




L. Apuleii Madaurensis philosophi Platonici opera, quæ quidem extant, omnia : & in primis De asino aureo libri XI, cum eruditissimis Philippi Beroaldi com[m]entarijs, ab innumeris quibus scatebant mendis nunc demum uindicati : Adiecto quo[que] rerum & uerborum in ijsdem memorabilium indice copioso. Reliquorum Operum catalogum Secundæ partis Titulus indicabit.

<https://hdl.handle.net/1874/416864>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

X oct.


105

U.B.U.



17





Hic est **o**mnium **q**ui **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit
Anti **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit
Hab **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit

Fundatio.
Simon **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit
Simon **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit

Hoc est
Con. **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit **u**erit



iii. Quidquid omni motu.

^{pro.} ^{quod est unum in natura.}
nequasi. vñ i mellis i aqua.

^{omni p. aliam dicitur. 2. quod omni motu. 2. quod unum.}
Altari namq; unguis pleni.

^{#. sic natus. 2. quod.}
Sineq; scdm motu leca. Salr.

omni e. n. omni i. motu local.

106

L. APULEI DE
ASINO AVREOLI-
ber Septimus.

LII. I SEPTIMI
Argumentum.

QUOD Lucianus uno tantum uolumine complexus est, id Apuleius membratim diēsit, pluribusq; uoluminibus latissime euagatus explicauit: ne interpret alieni operis, sed conditor nouæ histori uideretur: & ut rerum uarietate, quæ gratissima esse slet, lectores mulceret, caperet, oblectaret citra fastidium. Nunc itaque ut exequatur ordinem æstinatam, summam argumentum proponatur huiusce septimi uoluminis. Sub diluculum matutinum unus latronum reliquis colligis renunciauit, quemadmodum illa quæ cōtigerant in dono Milonis Hippatini latrocinia & facinora infanda, imputabantur Licio Apuleio: & quod nullus latronum super tanto scelere insimulabatur, sed solus Apuleius omnis facinoris auctor fuisse credebatur: quoniam nusquam cōparebat. quæ audiens Apuleius in asinum transformatus, secum quecebatur, & medullitus ingemebat: quod pro insonte fons, pro innocente nocentissimus haberetur: nec causam suam agere posset. Inseruntur narratiunculae festiuae: agasonis improbitas, & fæmineæ fraudes graphice describuntur.



Dies illbebat.] Soli, cum oritur, ardens color est, post radians, cuius ortu cuncta illuminantur: qui liem rebus ministrat aufertq; tenebras. unde nō immerò à

scriptoribus luis lentis mundi oculus, iucūditas di, cæli pulchritudo nominatur. Lucianus græcè ait, θεος ἵππῆρι, dicitur iam adere. Curriculū.] Namine curriculi, et cursus et currus se significantur.

Quint. Cur. In a3 nem præcipitauit curricula. Curriculo apud Plaut. & Gel. significat cussim. aduerbiū est. Collustrabat.] illuminabat, illustrabat, circumspiciebat. In hæc sententiã Virg. Postera Phœbæa lustrabat lampade terrã. itē, Omnia colustrans dixit, pro circumspiciebat. Solis autem hoc propriū est, ut omnia uideat. Vnde *ἡ ἀσπίς ἡγεῖ τὰ πάντα ἐγὼ* Græcis dictus, quasi cuncta intuens. Spelunca.] Domiciliū latrocinale significat. Ex anhelitu.] Plau. in Asinaria: Non uides me ex cursura anhelitū etiam ducere? Anhelatores Plinio sunt suspiriosi & asthmatici, qui anhelatione laborāt: quod uitij genus, ut inquit Cor. Celsus, omne in difficultate spirandi consistit: quod satis aptè dici posse suspiriū, credit Seneca inquit; Hoc animã agere est.



V primū tenebris abiectis, dies inalbebat, & candidum solis curriculū cuncta cōlustrabat, quidā de numero latronum peruenit: sic enim mutux salutationis officiū indicabat. is in primo spelūcæ aditu residēs, & ex anhelitu recepto spiritu, talē collegio suo nuncium fecit.

De orthopnoea & dyspnoea, quae & ipsa anhelationis vitia sunt, annotauimus in commentarijs Tranquilli. Vnde orthopnoici & dyspnoici dicti, hoc morbo affecti: qui ita distinguuntur, ut orthopnoea dicatur, quando spiritus nisi resista ceruice trahi non potest: dyspnoea uero modica est spirandi difficultas, neque ex toto strangulans. Haec uocabula perperam & indocte enunciantur ab interpretibus Galeni, & medicis recentioribus. Tale nunciū.] tale nunciationē. utrunque significat nunciū, & hominem & rem. Catullus nunciū neutro genere dixit, pro re nunciata: quod rarū reperiri est.

Milonis Hypa-

Quod ad domū Milonis Hypatini, quae proximè diripimus, pertinet, discussa sollicitudine iam possumus esse securi. Postquā uos enim fortissimis uiribus, cunctis ablatis, castra nostra remeastis: immixtus ergo turbulis populariū, dolētibus atque indignanti similis, arbitrar super inuestigatione facti, cuiusmodi consilium caperetur: & an, & quatenus latrones placeret inquiri: renūciaturus uobis ut mādaueratis, oīa. nec argumentis dubijs, sed rationibus probabilibus congruo cū ceterae multitudinis consensu, nescio qui Lucius auctor manifestus facinoris postulabatur:

tini.] Significatur Milo hospes Apuleij, ex Hypata Thessaliae ciuitate: cuius domum à latronibus direptam, supra copiose explicatū leges. Turbulis.] A turba turbula fit, & tertio diminutionis gradu turbulae. Vnde in Daemonio Socratis: Oēs, inquit, turbulae tempestatesque procul à deorum caelestium tranquillitate exulant. Populariū.] Plebeios

HYPATINOS intel-
ligit: aliàs popu-
lares dicuntur, qui
in administratio-
ne Reipub. ita se-
gerebāt, ut ea quæ
faciebāt, quæq; di-
cebāt, multitudini
iucūda esse uellēt.
auctor M. Tul. in
oratiōe pro Sestio.
Aliàs populares,
sceleris participes
ut apud Salustium.
lege Donatum in
Phormione. Pop-
ularitas dicitur
Plauto in Penulo,
pro ciuilitate &
iure cognationis,
quæ est inter po-
pulares, siue muni-
cipes & conterra-
neos. Arbitra-
bar.] Spectabā,
cōtēplabar. Et
an & quatenus.]
Duo dicit, se uide-
licet spectasse an
placeret inquisitio

APVLIILB

qui proximis diebus, fictis cō-
mēdaticijs literis Miloni sese,
uirum commentitus bonum,
arctius cōciliauerat, ut esset ho-
spitio susceptus, inter familia-
res intimos haberetur. Pluscu-
lisq; ibidē diebus demoratus,
falsis amorib. ancillæ Milonis
animum inrepens, ianux clau-
stra sedulo explorauerat, & ip-
sa mēbra, in quīs omne patri-
monium condi solebat, curio-
sē perspexerat. Nec exiguum
scelerati mōstrabatur indicium.
quippe cum eadem nocte, sub
ipso flagitij momēto, idē pro-
fugisset, nec exinde usquam cō-
pareret. nam & præfidiū fugæ,
quo uelocius frustratis insecu-
toribus, procul ac procul abde-
ret sese, eidē facile suppeditasse:
equum namq; illum suum cā-
didū uectorem futurū, duxisse
secum: planē seruū eius ibidē
in hospitio repertum, scelerū
cōsiliiorumq; heriliū futurum
indicē, per magistratus in pu-
blicam custodiam receptum,
& altero die tormentis uexatū
pluribus, ac penē ad ultimam

mortem excarnificatum, nihil quicquam rerum taliū esse confessum: missos tamen in patriā Lucij illius, multos numero, qui reum pœnas daturum sceleris inquirerent.

nem fieri apud Hypatinos super latronibus, nec nec: et si placeret quomodo et qua lege inquireretur.

Argumentis du-

bijis.] Cum sit argumentū, ratio probationem præstans, et rei dubiæ fidem faciens, ipsum sanè dubium esse non debet. Dubijs enim (ut inquit Quintilianus) probari dubia quæ possunt? firmissimis argumentis singulis instandum, infirmiora congreganda sunt: quæ si nõ possunt ualere pōdere, ualebunt quia multa sunt. Nescio qui.] Ita loqui solemus, quotienscunq; de homine ignoto et ignobili atq; despicato loquimur. Plaut. Nescio quis loquitur. M. Tul. in oratione pro Sestio: Intercessit Lignus iste nescio qui, additamentū inimicorū meorū. Lucius.] Apuleius significatur. Postulabatur.] accusabatur. Nam post direptā Milonis domum, facile crediderunt Hypatini, auctorem illius latrocinij fuisse ipsum Apuleium, ex eo quòd nusquam cōparebat, cum in asinum foret transfiguratus. Commendaticijs.] Ita interpretabatur, literas commendatitias, quas ab amico Demea ad Milonem detulerat, fuisse ficticias, & dolo cōcinnatas, ut tali uasfricia Miloni fieret conciliator, & ita posset facilius facere imposturam. Arctius.] arctiori uinculo amicitie. Falsis amoribus.] Hypatenses dum habent persuasissimum, ab Apuleio direptam esse Milonis domum, ita interpretabantur, eundē simulasse amore Fotidos se teneri, ut sub hoc prætextu explorare posset cuncta Milonianæ domus membra, & ga-

xarum repositoria. In quibus.] in quibus. Scelerati.]
 Apuleij. Flagitij momento.] Ita enim acciderat, ut
 eodem tempore Milonis domus latrociniali manu diriperetur,
 & Apuleius in asinum demutatus nusquam compareret:
 ut merito tanti facinoris auctor fuisse uideretur.
 Frustratis.] elusis, deceptis. Praesidium fugæ.] Crede-
 bant, Apuleio post facinus patrati, praesidium fugæ præ-
 stitisse equum, qui & ipse à latronibus fuerat abductus,
 onustus præda. Seruo eius.] Hæc omnia uidebantur
 esse argumenta potentissima aduersus ipsum Apuleiũ, tan-
 quam facinorosi facinoris auctorem. Herilium.] ipsius
 scilicet Apuleij: ab hero enim, herilia consilia dicta.
 Indicere.] Corrige indicem. ut dicat, seruum Apuleij fu-
 isse coniectum in carcerem, tanquam indicem demonstra-
 toremq; futurum, scelerum ab hero Apulcio perpetrato-
 rum. In pub. cust.] carcerẽ significat, *διομορφιον* græ-
 ci uocant. M. Tul. in 1. de Diuinatione: Socrates cum esset
 in custodia publica. Præcipit Plato in libris de Legibus,
 tres carceres in ciuitatibus constituendos esse: unum pluri-
 bus communem, in foro rerum uenaliũ. alterum, qui cor-
 rectionis nomine nuncupetur, qualis hoc tempore apud
 Florentinos est, quod traduntur improbi: & illic tantisper
 continentur, donec meliores fiant, correctioresq; , & ad
 bonã frugẽ conuertantur. tertius carcer in media regione
 aedificandus est, in deserto & siluestri loco, supplicij nomi-
 ne notatus. Differentia est inter publicam & liberam cus-
 todiam. publica custodia est carcer, ut diximus: libera ue-
 rò custodia significatur, quando quispiam uel in oppido,
 uel in aliena domo coercetur, ut liberẽ intra præscriptos
 terminos possit ambulare, nec possit effugere. Salust. in
 Catilinæ

& qualis quondā
 fuisse fortunæ opu-
 lentis instructus,
 uehementer inge-
 miscebam. Medul-
 litus, aduerbiū est,
 à medullis dictum.
 Ennius: Salue qui
 mortalibus pro-
 pinas uersus flam-
 meos medullitus.
 Subibat.] succur-
 rebat, in mentem
 uenibat, in memo-
 riā redibat. Plin.

cialle, cæcam & prorsus exocu-
 latam esse fortunam, quæ sem-
 per suas opes ad malos & indi-
 gnos conferat, nec unquam iu-
 dicio quenquā mortalium eli-
 gat, imò uerò cum his potissi-
 mū diuersetur, quos procul si
 uideret fugere deberet, quodq;
 cunctis est extremius uarias
 opiniones, immò contrarias
 nobis attribuat, ut & malus
 boni uiri fama gloriatur, & in-
 nocētissimus contrā noxiorū
 ore plectatur.

in 27. Tanto magis adorant priscorum in inueniēdo
 curam, in tradendo benignitatem subit. Cæcam For-
 tunam.] Aristoteles lib. Problematū duodeuigesimo: Cur,
 inquit, diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius
 quàm bonis habeantur? an quia fortuna cæca est, discer-
 nere sibi atq; seligere quod melius non potest? Philosophi,
 ut inquit Pacuuius, fortunam insanam, & cæcam, & bru-
 tam esse perhibent. cæcam, ob eam rem esse prædicant,
 quia nihil cernat quò sese applicet: insanam autem esse a-
 nunt, quia hæc atrox, incerta, instabilisq; sit: brutam, quia
 dignum aut indignum nequeat internoscere. M. Tul. in Læ-
 lio: Non ipsa, inquit, solum Fortuna cæca est, sed eos etiā
 plerunq; efficit cæcos quos complexa est. Plin. in 2. Fortu-
 na laudatur, sola arguitur, & cum conuicijs colitur, uolu-
 bilisq; à plerisq; uerò & cæca est existimata, uoga, incon-
 stans,

stans, incerta, uaria, indignorumq; faulrix. In caelo, ut docet Firmicus Maternus, locus est bonae fortunae, & malae fortunae. Namq; bona fortuna, quam ἀγαθὴ τύχη uocat, & ab horoscopo signo collocatur: mala uero in 6 ab horoscopo signo constituitur, quae à Graecis dicitur κακὴ τύχη. Tabula Cebetis Fortunam ostendit super lapide rotundo consistentem, esse caecam, surdam, & insanam: quae obambulans alijs facultates eripiat, alijs tradat, rursumq; ab eisdem illico auferat. Idcirco in rotundo lapide consistere fingitur, quoniam instabilia sunt eius munera. Turba fortunam circumstantes aspectu haudquamquam simili sunt, sed eorum alij letantur & gestiunt, alij mœrēt & lugent. Nam qui uidentur gaudere, hi quippiam à fortuna acciperunt, à quibus etiā bona fortuna nuncupatur: qui uero flere, & manibus sublatis tristari, hi sunt, à quibus abstulit quae antè tradiderat, à quibus fortuna mala nominatur. Veteres, teste Lactantio, simulachrum Fortunae finxerunt cum copia & gubernaculo, tanquā & haec opes tribuat, & humanarū rerum regimen obtineat. Vnde poeta inclutissimus fortunam uocat omnipotentem: & ab historico scitissime dictū est, Fortuna in omni re dominatur. Quod si ullo unquam tempore antehac cognitum est, fortunam rerum humanarum dominam esse, & ambigujs passibus uolubilem uolaticamq; nunc maxime spectatum, nunc maxime compertū est, nihil esse tam magnū quod non possit euestigio uolente fortuna possundari, & ex summo in imū precipitari. Erat quinto abhinc anno in Italia uiris opibusq; florente Ludouicus Sphorcia, ducatus Mediolanensis inclutus moderator, tam pollens, tam opulens, ut nutu hominis uel renutu fierent omnia, aut prohiberen-

tar. Eiusdem frater Ascanius in senatu Cardinalium aucto-
 ritate & potentia haud dubie princeps, Romanae curiae
 habenas instar aurigae moderabatur. Denique hi duo fra-
 tres cunctis ferme mortalibus erant formidandi: & in prio-
 ribus Ludouicus Sphorcia inter caeteros principes famigeo-
 ratos, more humani ingenij, quo plura habebat, eo amplio-
 ra concupiscens, libidine dominandi animum titillante, ma-
 ximum Galliarum regem Carolum multis inuitamentis in
 Italiam euocauit: qui ingentibus equitum peditumque copiis
 stipatissimus, a transgressu alpium adusque Neapolim nul-
 lis obicibus repagulisque transcurrit, & citra cruorem &
 sudorem subacta uelut a transcurrente Campania est, Ca-
 labri Apulique in ditionem ultronei uenerunt. Alphonsus
 rex Neapolitanus, uiris, equis, opibus praepollens, regno ex-
 turbatus uasa collegit, & in Siciliam festinanter aufugit
 totus ille tractus Italiae dicto citius redactus est in Gallo-
 rum potestate, afflatu fortunae obsecundantis. Recte picto-
 res & poetae uictoriam finxere pennata, quod hominum
 eum fortuna euntium non cursus est, sed uolatus. Verum
 eadem paulo mox reflante, rex Gallicanus domuitionem
 capessere coactus est: sed non euacuanti, id est, non sine san-
 guine. Siquidem ad Tarum amnem, qui agrum Parmen-
 sem perfluit, ancipiti cruentoque praelio inter regios mi-
 lites & Italos depugnatum est, cum Ludouicus Sphorcia, iam
 ex gubernatore Dux Mediolanensium factus, iam uoti
 compos, nouam cum Venetis societatem coiisset, & fae-
 dus sociale cum rege Carolo diremisset, post emissum uel
 eiectum ex Italia Gallorum regem ecce noua dissidia, no-
 uaeque emulationes inter principes populosque Italiae longe
 potentissimos gliscere coeperunt. Dux Mediolanensis Ve-

netos superiores, Veneti ducem parem ferre nō poterant: binc alterius mali labes, binc fax Italiae, & flagellū. Dux Venetis illudere: & cū felicitatis pedissequa sit superbia, neminem uereri, leges belli & pacis cunctis mortalibus dare, Imperatorem Maximianum inducere in Etruriam: mox modò hos modò illos fouere, euestigiò destituere, prout rebus suis conducibile arbitrabatur: cum attonitis cunctis, & quorsum tenderent eius conatus expectantibus, Veneti odium iamdiu occultum coquentes, decreuerunt Ludouicum alterum Gallorum regem, qui Carolo defuncto successerat, sollicitare in Italiam, rati neminem ad Ducem Insulubrium subuertendum esse accommodatiorem: qui & ipse priuato odio infensus Duci, & dominatum illum uelut ad se iure hereditario pertinentem reposcens, haud grauatè suscepit eam expeditionem, ad quam subditis Venetorū maximūq; Pontificis calcaribus atq; hortamētis factus est etiam atq; etiam propensior. Itaq; probè callens, Italiam non aliter quàm Italicis uiribus subigi posse (id quod olim Antiocho ab Annibale dictum ferunt) praesertim copia- rum militarium fecit Io. Iacobum Triuultium, ciuem Mediolanensem, claritudine natalium insignem, & apud populares suos fauorabilem, cuius gratia & uirtus paucis ante annis cum Ludouico Sphorcia formidolosa esse coepisset. iam pridem extorris factus, & domo profugus ad regem confugerat: cumq; hortari & impellere non desinebat, ut bellum inferret Duci Mediolanensi, ostendens se ductore nullo negotio illum posse profligari. Igitur rex Iacobus Triuultio impulsore, consiliario, ductore, bellum absens mira celeritate atq; felicitate confecit. Vix Galli fines hostiles inuaseraut, uix machinas oppugnatorias praeparauerant,

rauerant, cum repente maximus ducum dux, audito tantū belli nomine exanimatus, Fortunæ opinor impendentem procellam metuens, habenas rerum subito reliquit, & ad Imperatorem Germanorum Maximianum auro argētoq; omni assortato transfugit. Olim Cæsar Dictator significare uolens belli Pontici celeriter confecti uictoriam gloriabundus scripsit, ὄλθον, εἶδον, ἐβίην. id est, ueni, uidi, uici: Rex uero Galliarum gloriosius dicere potest, & uerius, Nec ueni, nec uidi, & uici, qui paulo post accepto tam insperatæ, tam incredibilis uictoriæ nuncio, confestim cū baronibus & Regio comitatu transgressus alpes, transiuit in Italiam, oculisq; lustrauit partem recēs imperium, Mediolaniq; consedit. Verū cum natura comparatum sit, ut quō se fortuna inclinat, eō fauor hominum sequatur: omnes ferè Italiæ principes & reguli iuerunt salutatum officiose & reuerentur maximum regem Gallorum, eiq; sunt tantam uictoriam gratulati. Inter cæteros alumnus quoque meus Annibal Bentiuolus, honestissimo comitatu stipatus, est profectus: uerū (ut est in ueteri Græcorū pro uerbio) οὐκ αὐτὸν ἢ ἄλλους, id est, non sine Theseo: hoc est, non sine Mimo Roscio delicijs meis, sine quo regulus Bentiuolus nil magnū inchoat: quo cū ob fidem, tum ob prudentiam & facundiam, consiliumq; præsentissimum in rebus magnis, plurimum utuntur Bentiuoli omnes, unā cum Maximo patre clarissimi filij. Hoc inclytus Annibal comite, immō collega (causa enim Reipub. nostræ destinabantur) reuerendissime officiosissimeq; salutauit Christianissimum regem, à quo comiter & obuijs (ut aiunt) manibus exceptus, & præconio regio dilaudatus, uoti compos domum remeauit. Quis quæso unquam credidisset, Ludo-

nicum Sphorciam inter duces omneis maximū, inter reges famigeratum, inter mortales memoratissimum, inter homines terrenum deum, tam repente, tam inopinatō, iacturam tanti tamq̃; opulenti ducatus esse facturum tam subito rebus deploratis, Mediolanum, ipsamq̃; Mediolani arcem deserturum qua nihil in terrarū orbe munitius: quam comitatibus copiosam, machinis repugnatorijs instructissimam, inexpugnabilem, & omnibus tormentis bellicis inuincibile esse, sciunt omnes qui uidere. Nimirum id totum fortunæ & fato assignandum est. Fato dantur imperia, & adimuntur fortunæ. hi ludi sunt: sola utraq; paginam facit. illi uni omnia accepta, omnia feruntur experta. *Fortuna Ludouicum Sphorciam ex fastigio excelsissimo deuolutum cernulauit: quem prius non tantum ut alumnū molliter fouerat, sed ut filium iucundissimum peculiariter erexerat, illustraueratq̃;. Exempla fortunæ uarietatis innumera sunt apud prisceos: quæ Dionysiu gentium quondam terrorem Corinthi literario ludo præfecit: quæ Perseum Macedonum regem captiuum fecit, eiusq̃; filium legitimum artem ferrariā ob quærendum docuit uictum: eadem Pompeium post triumphos ex toto terrarum orbe partos, post quæsiū ex rerum gestarum amplitudine Magni cognomentum, spadonum libidini in Aegypto trucidandum tradidit. Verūm hæc exempla recentissima, nulli prisceorum postferenda, abunde commonefaciunt, ut fortunæ blandienti, ut rebus secundis homo nimium nemo confidat. Namq; regnum Neapolitanum (ut cætera prætereā) adeo uertigine fortunæ circumactum est, ut spacio annorum quatuor, quinq; reges habuerit: quo quid mutabilius dici potest? Florentini, quorum opes diu florētissimæ uiguerunt,*

r. int, bello externo & domestico uexati: Medices, quæ fa-
 en. lia Florentiæ diuitijs, existimatione, claritudine multos
 annos primatum tenuit, in exilium missi: mutilatus Floren-
 tinorum dominatus auulsione Pisarum, quæ maritima ci-
 uitas plurimū rebus illorum conducebat. Nuperrimè Dux
 Mediolani, quo nemo maior, nemo opulentior, ex fastigio
 amplissimo decussus (quæ res uix apud posteros sit fidem
 habitura) cogitur alias suppetias implorare. Deniq; per
 hosce annos nulla fuit ciuitas in Italia, quam non belli ful-
 men afflaret, & turbo percelleret. Sola fuit patria nostra
 immunis & exors bellicæ uastitatis, bellis undiq; allatran-
 tibus: idq; factum prudentia, auctoritate, consilio illustris-
 simi principis Io. Bentiuoli, qui Bononiensem Rempub. in
 maxima tranquillitate, nec minori dignitate florentem,
 diutissime custodiuit: cui amplissima ocij & pacis & opu-
 lentie bona accepta referimus, optantes ut hic saluberr-
 mus status permaneat inconcussus, ut optimo principi be-
 ne rempub. & ex utilitate omnium regenti, deus perpe-
 tuitatem largiatur. Publicum enim uotum, est salus prin-
 cipis: à quo, uelut à filo, pendet salus ciuitatis. Ecce tibi
 cum hæc iam condidissem, nec adhuc edidissem, Dux Me-
 diolani succinctus copijs militarib. reuocatus à suis, redijt
 Mediolanum: estq; fauorabiliter plausibiliterq; receptus à
 cunctis ordinibus, restitutusq; in pristinum fastigiū: quod
 sanè plerisq; omnibus est perquam iucundum. Etenim
 stante Mediolani Duce, stant cæteri Italiæ reguli, Italor-
 rum existimatio maiestasq; consistit ac floret: illo cadente,
 hæc omnia similiter titubent, immò corruant necesse est.
 Itaq; Deum optimum maximum precor, ut fulcimentis fir-
 missimis fulciat, & stabilimentis ineluctabilibus stabiliat
 principatum Ducis inclytissimi Ludouici Sphorceæ, ut nos
 quoq;

quoq; solidatim cōsistamus, extra omnem lapsum, titubantiaq; periculum. Hæ rerum ambages, uarietatesq; tam improuisæ, tam subitæ, tam inopinatæ, euidenter cōprobant Plautinam illam ex Truculento sententiã: Actutum fortune solent mutarier, uaria uita est. In hæc digressiones diuertisse, & hæc transeüter inseruisse, non fuerit alienum, neq; intempestiuum: ob quotidianam fortune uariationis mentionem, quam cæcam & iurdam non immeritò finxere, ut exempla uetusta & recentiora testantur: quam optimo epitheto, elegantiq; uocabulo exoculatam Lucius noster appellat. Exoculatus autē, ut ex semita in uiam regrediamur, dicitur oculis priuatus. Martial. defioculum uocat scite & eleganter, cui defit oculus, quem luscum dicunt. Vetus uerbum est apud iuriconsultos, Eluscare: quod significat, luscum facere. sic enim scriptum legimus tit. ad legem Aquiliã: Aquilia teneri eum, qui eluscauerit discipulum in disciplina. Elucificare uerò, significat luce priuare. Demiror Nonium Marcellum, exponētem elucificare esse lucidare: idq; ex auctoritate Laberij, qui ita scribit: Volo elucificare exitum ætatis meæ. etenim (quod cum honore multo dictum sit Nonij Marcelli) apud Laberium elucificare accipitur contrario intellectu: non enim significat lucidare, ut ille opinatur, sed luce priuare. est enim apud Laberium diues auarus, avaritiæ & popinationē filij deplorās, qui ait, uelle se Democriti exemplo luminib. oculorū priuare, ne uideat filiū nequitia & luxu prodigentē patri monium. Laberianos uersus pro testimonio citat Gellius: apud quem lucificare legitur, pro elucificare. Bligat. J Augustin. in 4. de Ciuitate dei: Fortuna, inquit, quæ dicitur bona, sine ullo examine meritorum fortuuu accidit hominibus bonis & malis: unde etiam fortuna nominatur.

quomo-

quomodo ergo bona est, quæ sine ullo iudicio it ad bonos
 & ad malos? ut quid autem colitur, quæ ita cæca est, pas-
 sim in quoslibet incurrens, ut suos cultores plerunq; præ-
 tereat, & suis contemptoribus hæreat? Cum his diuer-
 setur.] Malis scilicet, & indignis. Extremius.] deterius
 & peius. Malus boni fama.] Præsto exempla sunt mul-
 torum, qui forinsecus Catones, intrinsecus Nerones sunt,
 & Sardanapali qui uulgo creduntur boni, cū sint pessimi.
 nam multis simulationum inuolucris (ut inquit uerissime
 M. Tul.) tegitur, & quasi uelis quibusdā obtenditur unis
 usciusq; natura, frons, oculi, uultus per sepe mentiuntur
 oratio uerò sapiissime. item in oratione contra Pisonem
 oculi, supercilia, frons, uultus deniq; totus, qui sermo quiddā
 tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit: hic eos
 quibus erat ignotus decepit, fecellit, induxit. Milia homi-
 nū sunt, quos ut bonos atq; sanctos, & ut Græci dicūt ἀγα-
 θοτάτους, id est impeccabiles fama circumfert, qui intercu-
 tibus uitij madescunt, & sub habitu ouillo lupinam occul-
 tant uoracitatem. e contrario uir probus, innocens, iustus,
 per sepe malè audit, & pro improbo damnatur. In hanc
 sententiam est illud Seneca: inuadit Temperatissimos mor-
 bus, ualidissimos phtisis, innocentissimos pœna, secretissi-
 mos tumultus. Scribit Firmicus Maternus, eos qui in horo-
 scopo habuerint hædum, fucato affectu mentiri seuerita-
 tem, ut Catonis frontem & institutum imitari uideantur.
 Nunc dolet Lucius, quòd cum ipse esset innocentissimus,
 pro nocentissimo culpabatur. Firmicus Maternus usitatim
 fieri scribit, ut iustus mendicet, ut sceleratus maximis hono-
 rum æmuletur insignibus.

Ego deniq; quē fœuissimus
 eius impetus in bestiam, extre-
 mæ sortis quadrupedē, dedux-
 erat, cuiusq; casus etiã cuiuis
 iniquissimo dolendus atq; mi-
 serãdus meritò uidetur, crimi-
 ne latrocinij in hospitem mihi
 charissimū postulabar. Quod
 crimen non modò latrocinium,
 uerum etiam parricidium quisq;
 rectius nominaret; nec mihi
 tamen licebat causam meã de-
 fendere, uel unico uerbo saltē
 denegare: deniq; ne mala con-
 sciëntia tam scelesto crimini præ-
 sens uiderer, silentio cōsentire.
 Hac tantum impatiëntia produ-
 ctus, uolui dicere, Non feci. &
 uerbum quidē præcedens, se-
 mel ac sæpius immodicè clami-
 rauit; sequens uerò nullo pacto
 differere potui, sed in prima re
 mansi uoce, & identidem boas-
 ui, Non non: quanquã nimia
 rotunditate pendula uibrasē
 labia. Sed quid ego pluribus de
 Fortunæ fœuitate conqueror?
 quanquã nec istud puduit, me,
 cū meo famulo, meoq; uectore
 illo equo, factū conseruū atq;
 coniugem.

Bius.] fortuna
 na. Extremæ
 fortis.] Asinum
 significat, cuius in-
 ter quadrupedes
 extrema fors est,
 et in pecore uilis-
 simo censetur. unde à Columella ui-
 lis uulgarisq; as-
 lus nuncupatur.

Casus.] Infor-
 tuniū suū signat,
 quo ex homine in
 brutum fuerat de-
 mutatus: qualis ca-
 sus uel inimico et
 hosti miserandus
 uideri meritò pos-
 set. Consimile est
 illud poeticū, Vel
 Priamo miseran-
 da manus. Pos-
 tulabar.] ac
 cusabar, & cula-
 pabar. Parici-
 dium.] Virumq;
 & latrocinij &
 paricidij crimen,
 atrox est ac ma-
 b b gnum:

gnum: sed atrocius & maius haud dubie est paricidium, in quo multa peccantur. nã uiolatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui in sede ac domo atq; in rep. collocauit. Sensus Apuleianus est: uiolasse ius hospitij, laesisse iouem hospitalem, hospitij domum compulasse, id non tam atrocium nominandũ, quã si et hospitem laesit, & paricida sit. [Silentio consentire.] Taciturnitas confessionis genus est, et (ut ait M. Tul.) dum tacent, satis clamant. Non feci.] Longe fortissima tuẽdi se ratio est, ut tradit Quint. si quod obijcitur, negari potest: si dicere possumus, Non feci, non occidi. Plin. in epistolis: Præterea Celer eques Romãus, cui Cornelia obijcebatur, cum in comitio uirgis caderetur, in hac uoce perstitit, Quid feci? nihil feci. merito ergo Apuleius innocentia sua conscius, ad refutandũ crimẽ quod in fonti obijcebatur, uoluit clamitare id uerbum quod in defensione malefici potentissimum est, scilicet Nõ feci. sed cum latinam dictionem, utpote asinus, Latialiter enunciare non posset, planẽ satis & dilucide, boauit particulam negatiuam, quæ est Non, uerbum autem Feci exprinere nequiuit. & profectò ruditus asinorũ Non non sonare uidetur. Præcedens.] Signatur non, quæ dictio præcedẽs & prima est in hac oratione, Non non feci. Identidẽ.] frequenter boauit, boando inelamaui, dixit Virg. in Geor. Reboant siluæq; & magnus Olympus. id est, resiliant & remugilã, ut exponit Ser. Maronis interpres, qui autumat id uerbũ Græcũ esse. Rotunditate.] ut uidelicet os in rotunditate conformatũ, planius lucidiusq; uerbũ explicaret. Vibrassem labia.] Labi. u. siue labium contorqueri, emoueriq; in dictionibus atq; literis enunciandis, Nigidius, Marciãnus Gelliusq; notificant. Quauquam.] Legi potest, quam-

quam: ut intelligas, quam scilicet fortunam non puduit fecisse me conseruum cum equo meo: & coniugem, id est cōiunctum copulatumq̄, & in eadem conditione coniugatum.

M. Cato myrtum coniugulum appellat, intelligi uolens cōiugale, à coniugijs quibus præest Venus, cuius tutelæ myrtus dicata est. unde Venerem modò Myrtea, modò Murtiam uocant.

Talibus cogitationibus fluctuantem, subiit me illa cura potior, qua statuto consilio latronum, manibus uirginis dcretam me uictimam recordabar, uentrem crebrò suspiciens meum, iam misellam puellam parturiebam. Sed ille qui commodum falsam de me notoriã pertulerat, expromptis mille aureis quos in sinu laciniaē con texerat, quosq̄ uarijs uiatoribus detractos (ut aiebat) pro sua frugalitate communi conferebat arcaē, in fit etiam de salute commilitonum sollicitè sciscitari. cognitoq̄ quosdam, immodè uerò fortissimum queng, uarijs quidē, sed impigris casibus adoppetisse, suadet tātisper pacatis itineribus, omniumq̄ præliorū seruatis inducijs, in-

Subijt.] in memoriam uenit.

Cura potior.] Si bi curam uitæ & salutis, quàm famæ, potiorem fuisse ait: quoniam, ut et prouerbiū Plautinū est, Tunica pallio propior est: &, ut inquit Gellius, nihil nobis pensius cariusq̄ est, quàm nosmetipsi: cetera extrinsecus & circa nos cruciat ac torquent, res autem uitæ intrinsecus grassantur. Parturiebam.] parturie

mibi uidebar ex
supplicio, quod
mibi latrões desti-
nauerāt: quādo sci-
licet me insuiciū
& fatilem, puel-
lāq; pragnatione
distentum, interi-
mere decreuerāt.

Qui cōmodū.]
tunc tūc, id horā.

Notoriam pertu-
lerat.] delationē,
insimulationemq;
notificauerat, &
me notatione fœ-
dissima infama-
uerat. Notoria ho-
die uulgaris di-
ctio est, & libel-
lionibus usurpata.

Exprōptis.] de-
monstratis, offens-
susq;. In sinu la-
cinia.] Id à ple-
risq; fieri solet, q
furtim & disti-
mulanter pecu-
nias ferunt, ut in

lacinia uestis aureos contexant: ut qui eos uiderint, panno

fos &

quisitionibus commilitonum
potius insisteretur, & tyroci-
nio nouæ iuuetutis, ad pristinæ
manus numerum, Martiæ co-
hortis facies integraretur. nā
& inuitos terrore compelli, &
uolētes prēmio prouocari pos-
se: nec paucos humili seruilq;
uita renunciantes, instar tyran-
nicæ potestatis, sectam suam
conferre malle. Se quoq; iam-
dudum, pro sua parte quendā
conuenisse hominem & statu
procerum, & etate iuuenem, &
corpore uastum, & manu stre-
nuū: eiq; suasisse, ac deniq; per-
suasisse, ut manus hebetatas
diutina pigritia, tandem refer-
ret ad frugē meliorē: bonoq;
secundæ, dum posset, frueretur
ualētudinis: nec manum uali-
dam erogādæ stipi porrigeret,
sed hauriendo potius exerce-
ret auro. Talibus dictis uni-
uersi omnes assensere, & illū
qui iam cōprobatu uideretur
ascisci, & alios ad supplendum
numerum uestigare statuunt.

sos & mendicos existiment. Communi arca.] Signat
 arcam nummariam fuisse latrocinali collegio cōmūnem,
 in quam unusquisq; latronum portuunculā pecuniæ ex ra-
 pto partē conferebat: sicut qui à Pythagora in cohortem
 discipulorum recipiebātur, quod quisq; familiæ pecuniāq;
 habebant, in medium dabant, & cohibebatur societas
 inseparabilis: fiebatq; cœnobium, hoc est contubernium.
 sic scribit Hieronymus, fuisse quoddam genus monachorū,
 qui de eo quod laborauerant, in medium partes conferre
 soliti sint, ut haberent alimenta communia. In actibus quo-
 que Apostolorum scriptum legimus, quod & Augustinus
 memorat, solitos eos qui in contubernium recipiebantur,
 uenditis possessionibus, pecuniam offerre ante pedes Apo-
 stolorum, & omnia habuisse communia. In castris, ut au-
 ctor est Vegetius, folles, hoc est crumenæ per cohortes sin-
 gulas ponebantur, in quibus depositum militare condeba-
 tur. Infit sciscitari.] pergit inquirere. Cognito.]
 cum cognouisset. loquutio elegans, & apud idoneos aucto-
 res frequens. Silius: Auditoq; furens socias non desore uis-
 res. hoc est, cum audiuisset. Cor. Tacitus: Deligit locum ar-
 etis faucibus, & à tergo silua clausum, satis cognito nihil
 hostium nisi in fronte, & apertam planiciē esse sine metu
 insidiarum. Adoppetisse.] perisse, mortuum esse. adop-
 petere enim est, mortem oppetere. Possumus autem sic uti
 hoc uerbo, ut per se plenum sit, & ut recipiat adiectio-
 nem. Dicimus enim, adoppetit & oppetit, pro eo quod est
 moritur: & oppetit mortem, sicut Expirat, & animam
 expirat. Tantisper.] interim. Annotandum, hanc par-
 ticulam Tantisper absolutè hoc in loco positam, & ple-
 nam esse sine appēdicula, accipi q; pro interim & interea

consimiliter. Liuius in primo: Id imperium ei ad puberem
 etatem incolume mansit tantisper tutela muliebri. aliàs
 ferè semper connecti solet, quo ad, dum uel donec, & si-
 gnificat tandiu. Plaut. in Menechmis: Meretrix tantisper
 blanditur, dum illud quod rapiat uidet. A. Gel. Vi uiuere
 quidem tantisper, quoad fieret permutatio. Inquisitio-
 nibus.] ut noui commilitones inquirerentur pro supple-
 mento mortuorum. Antiqui accensos uocabant, eos qui in
 locum demortuorum subrogabantur, qui adscriptiui siue
 adscripticij nominantur: ex eo dicti, ut interpretatur M.
 Varro, quod olim ascribebantur inermes, qui succederent
 armatis militibus, si quis eorum deperisset. Plaut. Idem is-
 tuc alijs ascriptiuis ad legionem fieri solet. Succenturiati
 quoq; uerbo militari dicuntur, qui explendæ centuriæ gra-
 tia subiiciunt se ad supplementum ordinum. Hinc illa ex
 Phornioque à re militari scite facta translatio: Ego insi-
 dys hic ero succenturiatus. Eadem metaphora succentu-
 riarum ponitur pro subycere, substituereq; quasi succeda-
 neum. A. Gel. Præfècti popinæ negant cœnam lautam esse
 se, nisi cum libentissime edas, tum auferatur, & alia esca
 melior succenturietur. Tyrocinio nouæ iuuentutis.]
 Suadebat, inquit, ut tirones ueteranis substituerentur, &
 ut iuuenes gladiatores in locum defunctorum sufficerentur,
 ad explendum pristinum numerum. Tyrocinium au-
 tem pro rudimento accipitur, non solum in disciplina mi-
 litari, sed in alijs quoq; rebus. Plinius eleganter tyrocinium
 nauium dixit. Manilius: Nec tyrocinio peccet, circumq; fe-
 ratur Acterna cum luce dies. Tirones non tam noui & ru-
 des in militia, quàm in gladiatura & latrocinio, atq; alijs
 quoq; rebus usurpantur. M. Varro de bobus scribens: Ti-
 ronem.

ronem, inquit, cum ueterano adiungunt. à Columella adoleſcentior canis tiruncula dicta. Scribunt iuriſconſulti tit. de re militari, ignoſcendum eſſe tironi, ignoſcanti adhuc diſciplinam. Optimi tirones, ex præcepto Vegety, deliguntur ex agricolis, humeris muſculoſis, ſuris expediti, non ſuperflua carne diſtentiſ, ſed neruorū duritia collectiſ. proceritas in tirone non magnopere deſideranda: utilius eſt enim fortes eſſe, quàm grandes. Præſtinæ manus.] prioris multitudiſ. Martiæ cohortiſ.] Martiam cohortem appellat bellicoſam latronū manum, quorum deus Mars eſt, & telum quod miſſile uibrant. ſimul alluſit ad Romanam militiam, in qua erat legio Martia exploratæ uirtutiſ, de qua M. Cicero in quarta Antonianarum: Quid legio Martia? quæ mihi uidetur diuinituſ ab ipſo Deo traxiſſe nomen, à quo populum Romanum generatum accepimus. Inuitoſ.] Ad latrocinium exercendum inuiti metu compelluntur, uolenteſ præmio inuitantur: nec parum multi reperiuntur, qui malunt in collegio latronum tyrannica poteſtate dominari, quàm in uita priuata humiliter degere, at que ſeruiliter. Et cum duo monofyllaba orbem terrarum regant, iuſ ſcilicet & uis: apud latroneſ uis colitur, iuriſquæ locum ſibi uendicat enſiſ. eſt tamen interdum cernere aliamquam iuriſ iuſtitiæquæ adumbratam imaginem apud latroneſ: nam qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpartiat, aut occidetur à ſuiſ, ut inquit M. Tulliuſ, aut relinquetur. quinetiam leges latronum eſſe dicuntur, quibuſ pareant, quas obſeruent. itaq; propter æquabilem prædæ partitionem Barguluſ Illyricuſ latro, de quo eſt apud Theopompum, magnas opes habuit: & multo maiores Viriatiſ Lusitanuſ, cui exercituſ Romani Imperatoresquæ ceſſerunt.

runt. Pro sua parte.] tanquam unusquisq; ex collegio
latrociniali pro rata parte commilitonem parare deberet.

Et statu procerum.] Statūra corporis & proceritate
grandissimum. Proceritatem tironum; inquit Vegetius,
ad uictoriam scio semper exactam: ita ut senos pedes, uel
certè quinos et denas uncias habere probarentur. Verum
non tam Statuere ratio habenda est, quàm uirium; quod et
Homeri suadet auctoritas, qui Tideum corpore quidè par-
uum, sed armis fortissimum fuisse significat. Statum autem
pro statura dixit; sicut tōsum pro tonsura. Aliàs status con-
sistitio dicitur, à stando uidelicet. inde basilicus status Plau-
to pro regius magnificusq; consistendi modus. apud eun-
dem illud prouerbiale, In statu stat senex: pro eo quod
est, in procinctu est, & stat paratus. De statu oratorio,
quæ res Græcè dicitur *ῥώσις*, & alio nomine constitutio:
& de statu Reip. & priuatae nihil notius. Scio tibi fami-
liarem esse, ex crebra lectione, libellum meum de Optimo
statu. Vastum.] enorme, & magnum. Virg. Vastumq;
caua trabe currimus æquor. In usu apud auctores est ua-
stitudo, uasticies, & uastitas, pro horrore, desertiōne con-
tagio & desolatione. Vastitudo apud Gellium pro magni-
tudine ponitur, & enormitate. Vastescere uerbum uetus
est, significans deseri & uastari. Persuasisse.] Suades-
mus facilia, persuademus difficilia: suademus monendo,
persuademus perficiendo. Pigritia.] desuetudo. pigri-
tia ueternum parit: diutino torpore hebetatur robur cor-
poris, & uigor ingenij. inde illud Sily sententialiter pro-
latum: Blandoq; ueneno Desidiæ uirtus paulatim euicta
senescit. & ut inquit Ouid. Ignauū corrumpunt ocia cor-
pus, Accirco salubriter præcipit Pacatus panegyrista, ter-
gendam

quendam ocy esse rubiginem, & opere ueternum discutiendum, ne uirtus quiete languescat. gaudent diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se uegetat aeternitas: stare sol ne scit. Eroganda stipi.] Persuasi, inquit, ne uellet rogando emendicare pecuniam, sed ut potius manus exerceret disciplina latrociniali: & ita aurum spoliando, rapiendo, trucidando congereret. Solent mendici & egenes eroganda stipi, id est, nummo manum porrigere. Seneca: In subelicium pontem me transfer, & inter egentes abige, non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero confedo, qui manum ad stipem porrigunt. Apud Frontinum erogatorius aquae modulus, & acceptorius, inter se opponuntur: ut erogatorius, qui erogat & praebet aquam, significetur: acceptorius uero, quo accipitur. Ascisci.] adscribi, adsumi in numerum latrocinalem.

Tunc profectus, & paululū commoratus ille, perducit immanem quendam iuuenem, uti fuerat pollicitus, nescio an ulli praesentium comparandum: nā praeter caeterā corporis molem toto uertice cunctos antepolebat, & ei commodum lanugomalis inferpebat: sed planē cētuculis disparibus, & malē confar cinatis semamictum, inter quos pectus & uenter crustata crassicie reluctabāt. sic introgressus, Auete (inquit) fortissimo deo

Immanē.] uastitate corporis ingentem. Aliās immanem dicimus foedum, truculentum, noxium. Molem.] uastitudinē. Toto uertice.] Ex Virgilio sumptum, qui ait de Turno, Vertitur arma tenens, & toto uertice supra est. An-
bb 5 tepollea

tepollebat.] exu-
perabat, excelle-
bat. Commo-
dū.] tunc primū,
iam iam. Lanu-
go malis in serpe-
bat.] Vix uesticia
p^m fuisse signi-
ficat. namq; uesti-
cipes antiquitas
uocat, quorū ge-
nā prima barba
uestiuntur: sicut
e contrario inues-
tes dicti, impu-
beres, quibus nul-
la uestis, id est
barba obumbrat
malis. In Apolo-
gia: inuestē à no-
bis accepisti, ue-
sticipē illico red-
didisti. Palladius:
per inuestes pue-
ros uasa curabis.
Illud Virgilianū,
Aurea caesaries
ollis, atque aurea
uestis: exponunt
grammatici, ut

Marti clientes, mihicq; iam fidi-
cōmilitones, & uirum magna-
nimæ uiuacitatis uolentem uo-
lentes accipite, libētius uulnera
corpore excipientem, quā au-
rum manu suscipientem: ipsaq;
morte, quam formidant alij, me-
liorem. nec me putetis egenum,
uel abiectum, ne ue de pānulis
istis uirtutes meas æstimetis. nā
præfui ualidissimæ manui, to-
tēq; prorsus deuastauī Macedo-
niā. Ego sum prædo famosus,
Hemus ille Thracius, cuius to-
tæ prouinciæ nomen horrescūt:
patre Therone atq; latrone in-
clyto prōgnatus, humano san-
guine nutritus, interq; ipsos ma-
nipulos factionis educatus,
hæres & æmulus uirtutis pa-
ternæ: sed omnem pristinam so-
ciorum fortium multitudinem,
magnasq; illas opes exiguo tē-
poris amisi spacio. Nam procu-
ratorē principis, ducenaria pe-
functū, dehinc fortuna tristiore
decussum, prætereuntem co-
rām fueram aggressus. Sed rei
noscendæ carpo or-
dinem.

uestis pro barba intelligatur, sicut illud Ennianum: Quid sibi uult hæc tam longa uestis? Mala autem infra oculos homini tantum sunt, quas prisca gens uocabant. Centuculis.] uestimētis uersicoloribus, uilibusq; pannosum, serotum, squalidum designat. Inter quos.] scilicet centuculos: de quibus relege, quæ annotauimus in primo commentario. Ostendit autem, inter pannos male confutos ac male consarcinatos, pectus & uentrem hominis uasti contineri non potuisse, quin denudatum & intectum conspiceretur, cui crusta callosa esset pro tegumento: id quod in rusticianis & gelicidio duratis persæpe conspicimus. Crustata crassitie.] Crusta interdum & crassitudo callosa int penetrabilisq; obducitur corporibus, quæ Ioue, æstu, algore durata sint. Auete.] Verbum saluatorium est, quod Græci dicunt *χαίρειν*. Martis clientes.] Latrones salutans, honorifico uocabulo clientes Martis appellat, tanquam omnes in clientela Martis sint: quibus dextra est & telum pro numine. Mars, Mauors, & Mamers dictus à ueteribus. unde Mamertinis, Sicilia populis, inditum nomen. Mamercus quoq; nomen est Oscum, eo quod hi Martem Mamertem dicunt. Volentes accipite.] Hortatur latrones, ut libentibus animis seipsum accipiant in cohortem: qui uiuacitate præditus, manu strenuus, uulnerum mortisq; contemptor existit. Vulnera excipientem.] Non potuit expressius significantiusq; ostendere hominem imperterritum, ac extrilidū, minimeq; uulnerum metuentem: quàm ut diceret, libentius excipere uulnera quàm aurum: cum mortales ferme omnes nihil libentius suscipiant quàm pecuniam, cum aurum libentius quàm solē intueantur: cum omnis oratio (ut inquit Ambros.) & supplicatio

tio ad deum aurū quærat. Qui ergo libētius uulnera quam aurum excipit, is nimirum spretor uulnerum, mortisq; cōtempтор dici potest: & consequenter, in latrociniali familia expetendus. Formidant.] Seneca: Metus, inquit, mortis uictores gentium uincit. & ut præcipit Lucretius, est metus ille foras præceps Acherontis agendus, Qui genus humanum penitus subuertit. Morte meliorem.] Mortē scriptores bonam appellant, quoniam finis est arumnarū, & requies malorum: ut M. Cicero lausissime explicat in Tusculanis quæstionibus. Inde à poetis dicitur mors bona. Valerius Flaccus: Miserere parentum Mors bona: & ut inquit Plinius noster, ex omnibus bonis quæ homini tribuit natura, nullum melius tēpestiua morte. præterea mors bona ex eo dici potest, quod neminem fallit, neminem præterit, nec huic magis quam illi gratificatur, sed æqua lance cunctos tollit. De pannulis.] In hanc sententiam scitum est illud Cecilianum: Sæpe est & sub palliolo sordido sapientia. Potest (ut inquit eleganter Seneca) ingenium fortissimum sub qualibet cute latere: potest ex casa uir magnus exire: potest ex deformi humiliq; corpusculo formosus animus ac magnus, consimiliter potest in pannofo & sordidato corpore animus generosus ac robustus delitescere. Plin. in epistolis tradit, nō paucos cultu pagano præcellentes inueniri. Itaq; non est quispiam de pannofo uestitu æstimandus, sed à uirtute & animi dotibus probandus, nec enim habitus uirtutem dat, nec cathedra sanctificat sacerdotens. Validissimæ ma.] cohorti gladiatorum robustissimæ. Prædo famosus.] Ferè semper in malā partem famosus usurpatur: ut famosus latro, famosus leno, famosus gladiator, & alia id genus. nōnunquam cum laude famosus

famosus dictus, ut alibi annotavi, & infra ostendetur. Hemus.] Nomen est famosi latronis: ut apud Theopompum Bargulus Illyricus latro, ut apud nostros scriptores Viriatus Lusitanus memorantur. Livius quoque celebrat Himasitheim archipiratam Liparensium, cum quo hospitium factum est à Romanis, donaque publice data. Alludere autem videtur ad nomen Hemi montis in Thracia, excelsum tate conspicui: ex cuius uertice uulgata opinio est, Ponticum simul & Adriaticum mare, & Histrum amnem & alpes conspici posse. Ideoque Philippum Macedonum regem cupido olim cepit ascendendi in hunc montem, ad cuius uerticem tertio demum die cum filio Perseo peruenit. Probus grammaticus Virgilianus interpres, auctor est, à nomine regis Hemi nuncupatum Hemum esse, à cuius sorore alter quoque mons Rhodope nominetur. Rhodopen & Hemum in hosce montes transfiguratos esse, fabula canunt, & signat Ouid. in 6. Metamorphoseos his uersibus: Threicam Rhodopen habet angulus unus, & Hemum: Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam. Posset nomen hoc quoque deduci non inscite à τὸν αἷματος, id est, à sanguine, tanquam prædoni congruat nomen sanguinolentum, cum sanguine latrones gaudeant. Hinc Mars apud Græcos αἰμαχῆς, bono epitheto cognominatus, quasi sanguine gaudens. Aliàs Hemus nomen est Græculi histronis, cuius meminit satyrographus. Therone.] Nomen accommodatum latroni, utpote à feritate deductum. βῆς enim Græcè fera est: unde Therodamus, quasi ferarum dominator, apud Ouid. hinc Theriotrophion dicitur Varro ni, septum quo ferae inclusæ pascuntur. Virg. meminit Theronis alterius, ex eadem origine Theriaca, Theriacique: pa-

stilli

stilli nominantur: quoniam scilicet medentur morfibus feo-
 rarum, & contra uenenata aduersantur: uel quia fiunt ex
 uipera, quã græco uocabulo θύρα appellanti: quod & Gale-
 nus indicat in libro de Theriaca (sic enim scribendū est, nō
 thyriaca) ubi ait ex uiperis fieri, amputatis utrinq; qua-
 ternis digitis si modò θύρα id est theres, hoc est uipera sint
 utiles. Idem tradit, theriacen esse antidotum contra deles-
 teria, id est cōtra uenena & uenenata. ἀνὰ τὴν ἰσθμὸν Græcè
 dicitur uenenum. Latrone in clyto.] Vocabulum est ex
 his quæ Græci dicunt τὸν κισθόν. namq; inclytus cum laude
 usurpatur, & cum reprehensione. A. Gellius, aliq; erus-
 diti, superlatiuum, quod est inclytissimus, usurpāt. Mani-
 pulos factionis.] Contubernia factionis gladiatoria signi-
 ficat. manipulus enim (si credimus Vegetio & Modesto,
 de re militari commentantibus) uocatur cōtubernium, ab
 eo quod coniunctis manibus dicebant. erant autem milites
 decem sub uno papilione degentes, quibus unus qui præest
 caput contubernij nominatur. Liuiο manipuli sunt nume-
 rosiore, qui sic scribit in 7. Manipulus leues uicenos mi-
 lites, aliam turbam scutorum habebat. M. Varro mani-
 pulū interpretatur, quasi manus plures. Cincius libro 6. de
 re militari: In legione, inquit, sunt centuriæ sexaginta, ma-
 nipuli 30, cohortes decē. quibus uerbis indicat, manipulū
 duas centurias continere, constareq; ex militibus ducentis.
 Grammatici manipulos pro signiferis accipiunt: quia sub
 Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, hastis fœni ma-
 nipulos illigabat, & hos pro signis gerebat. Quod sensis-
 se uidetur & Ouidius, cum ait: Pertica suspensos porta-
 bat longa manipulos, Vnde manipularis nomina miles
 habet.

habet. Inde commanipulones dicimus, ut commilitones, in eodem manipulo commilitantes. Cōmanipulationem dixit Spartianus, pro contubernalitate, & eiusdem manipuli societate & commilitio. manipulos pro fasciculis manualibus poni, nemo non nouit. Amisi.] Lego amisi, hoc est perdidit: ut uerbum sit, non participium. Procuratorem principis.] Apud iurisconsultos libro primo Digestorum titulus est, de officio procuratoris Cæsaris; ubi tradit Vlpianus, quæ acta gestaq; sint à procuratore Cæsaris, sic ab eo comprobari, atq; si à Cæsare gesta essent. Claudius Cæsar (ut referi Cor. Tacitus) procuratoribus suis omne ius tradidit, paremq; uim in rebus peragendis eorum esse uoluit, ac si ipse statuisset. Procuratoris nomine (docet M. Tullius in oratione pro Cecinna) appellatur nostri iuris uicarius, qui negotio nostro propositus est. Vlpianus libro tertio Digestorum: Procurator, inquit, est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Ducenaria perfunctum.] Legimus, annotauimusq; apud Suetoniū, quartam iudicium decuriam ab Augusto Cæsare additam esse, quæ ducenariorum uocaretur, iudicaretq; de leuioribus summis. Ducenarij autem nominari uidentur à censu ducentorum sestertium, cum legitimo iudici equitiq; sestertia quadringenta census fuissent. Nunc Apuleius procuratorem principis ducenaria perfunctum esse tradit, intelligi uolens, eum in decuria ducenariorum iudicium olim fuisse, uel potius signat, illum nomine Cæsaris publicanum exactoremq; exiisse. Est autem ducenaria nomen uedigalis & tributi, quales sunt, centesima, quinquagesima, uigesima, & reliqua id genus: quæ ex auctiōibus illicitis nomina publicani inuenerunt. Ego re diligenter curioseq; per-

pensa,

pensa, cenſeo hoc in loco primo haſtatum denotari. diceo
 batur autem primus haſtatus, qui duas centurias, id eſt, du
 centos milites ducebat in acie ſecunda, quem nunc ducena
 rium uocant: (ut Vegetius Modeſtusq; notificant.) Per
 functum ducenaria dixit Apuleius, quem intelligi uoluit
 fuiſſe ducenarium: hoc eſt, præfectum duarum centuria
 rum, qui ducatus in re militari erat honeſtiſſimus. Sicut au
 tem centenarium dixere, quem nunc centurionem nomi
 nant: ita & ducenarium appellauere præfectum manipu
 li, quo duceni milites continerentur. hic eſt intellectus, hæc
 ſignificatio Apuleiani uerbi: in quo pleriq; omnes cæcu
 tiunt atq; hallucinantur. Decuſſum.] Qui fuerat prin
 cipis procurator & ducenarius. quod aspirantis fortuna
 ſpecimen eſt: idem reſtante fortuna deuolutus decuſſusq;
 eſt ex priſtino faſtigio. qualia quotidie exempla conſpici
 untur, quotiens uoluit fortuna iocari. Solon amicos prin
 cipum calculis ratiocinatorum comparare conſueuerat. ut
 enim illi modo maiorem numerum, modo minorem ſi
 gnificant: ita & principes, prout libitum fuerit, aliquan
 do illuſtrem & inelytum amicum faciunt, aliquando ob
 ſcurum & ignobilem, nunc extollentes in ſummum, mox
 in inum detrudentes. Orontes Artaxerxis gener, cum ex
 ſummo faſtigio in inum cecidiſſet: quemadmodum, inquit,
 calculatorum digiti nunc millenarium numerum, nunc u
 num tantum ſupputant: eodem modo regum amicos poſſe
 quandoq; totum, quandoq; minimum. quod Græcè dicitur,
 βασιλέων φίλων νῦν μὲν τὸ πᾶν διδάσκει, νῦν ἢ τὸ ἀπύκτου.
 ita oppidò quàm decenter Sidonius Apollinaris conſuetu
 dinem principum flammarum naturæ bene comparat,
 quæ ſicut paulum à ſe remota illuminant, ita ſatis ſibi
 admotæ

admota comburunt. Prætereunte me orato.] Castigatior lectio est, prætereuntem coram: ut dicat latro Hemus; se coram aggressum esse prætereuntem principis procuratorem, unde sibi prima mali labes extiterit.

Fuit quidam multis officijs in aula Cæsaris clarus atq; conspicuus, ipsi etiã probè spectatus. hunc infimulatũ quorundam astu proiecit extorrem sæuiens inuidia. Sed uxor eius Plotina quædã, raræ fidei atq; singularis pudicitiaæ fœmina, quæ decimo partus stipendio uiri familiam fundauerat, sumptis atq; contẽptis urbiç luxuric delictijs, fugientis comes, & infortunij focia, tõso capillo, in masculinam faciem reformato habitu, preciosissimis moniliũ & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipsas custodierium militum manus, & gladios nudos intrepida, cunctorũ periculorum particeps, & pro mariti salute perwigilem curã sustinens, ærumnas assiduas ingenio masculo sustinebat. Iamq; plurimis itineris difficultatibus, maris que terrori-

Fuit quidam.] Narratio de procuratore principis, breuis, lucida, probabilis, ex disciplina rhetorica. Officijs.] Iulius Capitolinus officia palatina nuncupat, officiales (ut ita dicam) aulicos & imperatorios. sic enim inquit in Galienis: Cum iret ad hortos nõinis sui, omnia palatina officia sequebatur, prætores prouinciales, qui cum officio mittebantur. Officia quoq; prouincia nominantur, ut docet Donatus. In aula imperatoria erat ma-

c c

gister

gister officiorum dictus, cuius meminit Marcellinus.

Cæsaris.] Traianum, siue Hadrianum signat: illis enim temporibus floruit Apuleius.

Ipsi probe spectatus.] Principis est uirtus maxima, nosse suos: ut inquit Epigramatarum poeta. & profecto decet bonum principem, spectatos exploratosque habere mores aulicorum, ne lupi sub habitu ouium delitescentes obrepant. Insimulatum.] culpatum, accusatumque. Plau-

tus: Sic me insimulare falsum facinus tam malum. Astu.] In aula principum frequens est hic morbus, ut boni insimulentur, conculcenturque calumnijs susurronum: quibus principes aures nimis patulas præbent. ubi enim calumniator & detractor in aurem facile stillauit exiguum de naturæ ueneno, & morum, lumine principali uiri boni summo.

bus exanclatis, Zacynthum petebat, quam fors ei fatalis decreuerat temporariam sedem. Sed cum primum littus Actiacum, quo tunc Macedonia delapsi grassabamur, appulisset, nocte promota, tabernulam quandam littori nauisque proximam, uirtutis maris fluctibus incubabat. inuadimus, & diripimus omnia: nec tam periculo leui tentati discessimus. Simul namque primum sonum ianua matrona percepit, procurrens in cubiculum, clamoribus inquietis cuncta miscuit: milites, suosque famulos nominatim, sed & omnem uiciniam suppetiarum conuocans. nisi quod pauore cunctorum, quem sibi quisque metuentes delitescabant, effectum est, ut impune discederemus.

summouentur, & extorres à patria eliminantur, amandantur. Ammianus Marcellinus taxat Constantiū Imperatorem, apud cuius aures numium patulas uirulentæ linguæ, existimationem uiri fortis inuidia graui pulsaret. Habeat itaq; princeps in memoria & in pectore, scitum illud Domitiani: Delatores qui non castigat, irritat. Custodiat quoque illud intramentis penetrabilia, quod Alexander Magnus facere solebat: qui in iure dicundo accusatore dicente, altera manu aurem occludebat, eamq; reo illibatam conseruabat. Plotina.] Alludere uidetur ad Plotinam Augustam, Traiani Caesaris coniugem, fœminam sanctitate, probitate & omnibus quæ in muliebrem sexum cadunt uirtutibus celebratam: cuius fauore Hadrianus in interiorum Traiani familiaritatē receptus est. eadem olim Traianum corripuit, quod calumnijs suorum procuratorum prouincias diuexari permetteret. Raræ fidei.] Versus græcus prouerbialis, signat nullā esse in fœmina fidem, ἢ γὰρ γυναικὶ τίς ἐστιν αὐτῆς ἐπίσταν, id est, In fœminis fidem cauere non licet. Præceptum est Aesopi fabulatoris: τὴν γυναικὴ μὴ ἀπίσταν ἐπιγινώσκεις ἀπὸ βέλτου, id est, fœminæ nunquam arcana credideris. ἢ γὰρ τὸ τὸν γυναικῶν ἐστὶ φῶτος. infidum enim est genus fœminarum. Vetus prouerbiū est, Nec mulieri, nec gremio credi oportere: propterea quod mulier incerti & leuis animi est: & plerumq; in gremio posita, cum in obliuionem uenerunt exurgentium, prociidunt. Magna ergo est fœminæ laus, quæ à fide & pudicitia commendatur: cum pleræq; omnes infidæ sint, & impuditiæ infamia pulsantur. Doctissimi uiri uox est, pudicitiam in primis esse fœminæ retinendam, qua amissa omnis uirtus ruit. In hac muliebrum uirtutum principatus

est pudicitia: pauperem commendat, diuitem extollit, de-
 forme redimit, exornat pulchram: bene meretur de ma-
 ioribus, quorum sanguinem furtiua sobole non uitiat: bene
 de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre
 dubitandum est: bene in primis de se, quam à contumelia
 externi corporis uindicat. auctor diuus Hieronymus lib. i.
 contra Iouinianum. Thucydides optimam esse censet mu-
 lierem, de qua minimus apud extrarios sermo habeatur:
 existimans, probæ mulieris nomē perinde ac corpus, intra
 domesticos parietes contineri oportere. contra Gorgias
 Leontinus censet, mulieris non solum formam, sed egregiū
 quoq; nomen & formam, debere apud plurimos esse uul-
 gatam. quod & Plutarchus probat in lib. de Virtutib. mu-
 lierum. Decimo partus Stipem.] Notat Plotinā decies
 peperisse. Plin. memorat, Corneliam Gracchorū matrem
 duodecies, Agrippinam Germanici nouies peperisse. Cele-
 bratur & Butyche fœmina, quod enixa sit triginta par-
 tus, & mortua à uiginti liberis rogo illata. Stipendium au-
 tem partus dixit, ex translatione militari. milites enim Sti-
 pendiosi (sic enim appellantur, qui multa Stipendia fece-
 runt) solent ex numero Stipendiorum mereri prærogati-
 uas ueteranorum, & priuilegia: & ut in Codice Impera-
 torio scriptum annotauimus, uiginti stipendia militem fa-
 ciunt ueteranum, & uacationem militiæ præstant. Vxo-
 rem ducendam Plato præcipit gratia liberorum: sufficien-
 tem autem filiorum numerum esse duos, marem scilicet,
 & fœminam. in ii. de Legibus. Viri familiam funda-
 uerat.] Platonica lex filios duos satis esse præscribit ad fa-
 miliam fundandam. quanto igitur futura maiori domus
 illa fundatur, in qua quinques numerus filiorū Platonis
 multis

multiplicatur? Iurisconsulti excusationem dant parentibus,
 numero filiorum quinq; subnixis. Extorrem.] exulem,
 extra terram & genitale solum eiectum, eliminatumq;. si
 cut enim exul extra solum, sic extorris extra terram nomi-
 natur. A. Gel. Exul extorrisq; esto. Virg. Finibus extorris.
 exponit Servius, extra suas terras remotus. Sumptis.]
 Corrigo spreto sequitur enim, Atq; contemptis. Urbicæ
 luxuriæ.] M. Tul. in oratione pro Roscio Amerino: In ur-
 be, inquit, luxuries creatur, ex luxuria existat avaritia nec-
 cesse est. ex avaritia erumpat audacia. Ab urbe urbicus,
 urbanus, urbanicianus derivatur. Urbanicianos autem mi-
 lites dici inuenio apud auctores, nō tam eos qui urbani esse
 sent, & Romani quā qui ad urbem. Ab urbe quoq; urbi-
 carius dicitur. unde urbicaria procuratio à iurisconsultis
 tit. de minorib; usurpatur: quam urbanam intelligi uolunt.
 Fugientis comes.] Magna feminae laus, quæ fugientem ma-
 ritum & extorrem comitata sit. nanq; maritorum calami-
 tates materiam præbent uxoribus nominis æterni compa-
 randi. nec enim Alcestis, nec Penelope, ut inquit Aristote-
 les in secundo Oeconomico, tantam sibi gloriā comparaf-
 sent, si cum fortunatis uiris uixissent: uerū Admeti & Ve-
 lysis infortunia parauerunt illis memoriā sempiternā. Ce-
 lebrant historici Hypsicrateam Mithridatis regis uxorem
 uel (ut quidā tradunt) pellicem, quæ Persico habitu indu-
 ta, & in habitū uirilem reformata, tonsis capillis, uictum
 à Cn. Pompeio Mithridatem, per efferatas gentes fugiente-
 tem, animo pariter et corpore infatigabili secuta est: cuius
 tanta fides, maximum fuit solatium, & iucundissimum le-
 nimentum marito, ærumnarū aggeribus presso: qui eam
 ob uirilitatem & audentiam, masculino nomine Hypsicra-
 team

team appellabat. Hypsicrateam imitata Plotina hæc est, quæ tonso capillo uirum mentita, coniugem comitata est in exilium euntem, impauida, imperterrita, & quadam quasi uirago tolerans ærumnas acerbis. Versus Græcus est *πασι μινώδας*, id est prouerbialis, *γυνὴ ἢ χερσὶν ἢ ποδαῖσιν ἢ στήθῳ* nias, Vxor bona domus est fundamentum. Felices nimirum uiri illi sunt, quibus uxores tales contigerunt. Quod ad me attingit, nulli marito inuideo uxoriam beatitatem: habeo enim uxorem ex animi mei sententia. Auro monetali.] Periphrasice & per circumlocutionem, significat nummos aureos, qui & aureoli nuncupantur. Consimilis est illa apud Satyrographum circumscriptio pecuniæ: *Ὀόκισμον ἀργέντιον ἐν τίτῳ, σφαιρῶδες, μινώδες*. Aurum autem monetale dictum, ab eo quod cuditur in monetam, & figuratur uariis formis. tradunt iurisperiti, Triumuiros monetales constitutos esse, qui præessent monetæ cudendæ. monetarios appellant signatores cussoresque monetæ. Firmicus Maternus: *Habentes, inquit, horoscopum sub cygno, erunt monetarii. Zonis refertis.*] In libro Annotationum latissime explicamus uinum, morem priscorum fuisse, ut zonas nummis refertis haberent. Unde apud Tranquil. legimus, Vitellium zonam aureorum plena cinxisse. & Caius Gracchus oratori Zonas, inquit, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia in naues reuuli. Spartianus quoque auctor est, Pescennium Nigrum Imperatorem Romanum iussisse, ne milites in zonis nummos aureos uel argenteos portaret ad bellum. Quin etiam Læpridius Alexandrum Romanum dicere solitum refert, Miles non timet nisi uestitus & satur, & habens aliquid in xonula. In hanc sententiam est illud Horatianum, *Ibit eoque quod uis qui zonam perdidit, inquit.* Vbi exponit Porphyrio, milites

lites uaticū in zona portare solitos. cōsimiliter Plutarchus in Demetrio memorat, Sofigenē aureos nummos habuisse in cingulo militari pro uaticō. Hanc zonam aureo metallo refertam signat Iuuenalis illo uersu: Obrutus & zona lœua morsuq; tenebit. in quo commentatores per incuriam hallucinātur, nihil suspicantes subesse doctrinæ re motioris. Euāgelica lex præcipit, ne æs, hoc est pecuniā in zona habeamus. Incincta.] Sicut inaudire, inobscurare, accipiuntur pro simplici uerbo apud eruditos: sic & iningere dicimus, pro cingere: incincta, pro cincta. M. Tul. in nona Philippica: Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Apul. alibi in concupiscendam amicitiam dixit, pro concupiscendam. & id genus sexcenta alia apud auctores idoneos inuenire est. Plin. 30. Vipera inasfata iocinerum doloribus medetur. Idem in alpinos populos dicit, quos uulgò alpinos uocant. Ingenio masculino.] uirili scilicet, & imperterrito, neq; erumnis succumbenti. Exanclatis.] exuperatis, exhaustisq;. Zacynthum petebat.] Ante Etholiā Zacynthus insula est libera, prope Cephaleniā, Ithacā & Dulychiū: quæ omnes insulæ sub Ulyssis ditione fuisse memorantur. Plin. in 4. Zacynthum fertilitate præcipuā fuisse cum oppido magnifico tradit, quæ aliquando appellata Hyrie sit. Homer. in Catalogo, οἶρε ξάνουβον ἔχου. In insulis autem relegari deportariq; solitos damnatos, testis est antiquitas: quæ pœna ob hoc insularis dicta. Marcellinus: Nec strepente ullo, nec obsistente, insulari pœna mulctati sunt. Cor. Tacitus, plenum exilijs mare decenter dixit, propter insulas, in quas deportabantur, relegabanturq;. Apud iuriconsultos inter pœnas est insula deportatio, quæ pœna (ut inquit Ulpia.) adimit ciuitatē.

Relegatorum duo genera sunt. Sunt quidam, qui in insulâ relegantur: & sunt, quibus simpliciter prouincijs interdictur. In insulâ relegare præfides prouinciæ possunt. Tæporariam sedem. Quidam relegantur in perpetuum, quidam ad tempus: ut docet Vlpia. tit. de interdicitis. Hic temporaria relegatione & exilio significat procuratorẽ principis esse mulctatum. Pli. theatrum M. Scauri temporariũ appellat, quod ad tempus extructum fuit, cuius sedes perpetuò mansura non erat. Temporariæ amicitia dicuntur uulgares ab eruditis, quæ non sunt perpetuæ, sed ad tempus: quãdiu scilicet fortuna est secunda. De quibus Seneca hæc refert: Hæ amicitia sunt, quas temporarias populus appellat. Qui causa utilitatis assumptus est, tãdiu placebit, quãdiu utilis fuerit. Florentes amicorum turba circumfidet, circa uersos ingens solitudo est. Temporaria Græcorum ingenia scitissimè appellat Q. Curtius. quasi tẽpori seruientia, & fortunæ obsecundantia. Temporius aduerbiũ, quod significat maturus ac tempestiuus: cuius cõtrarium est Serius. Columella in nono: Ante crepusculũ gallinæ, inquit, cibi spe temporius ad officinam redeant. Ouidius: Modò surgis eoo Tẽporius cælo, modò serius incidis undis. Litus Actiacum.] Actium Epiri promontorium & oppidum est, cum templo Apollinis nobili: unde Actiacum litus dictum. locus est inelytus testimonio eruditorũ, & Augusti Cæsaris uictoria, ubi nauali prælio M. Antonium Cleopatra miquè deuicit: & ut Actiæ uictoria memoria celebratior, in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium cõdidit id est, uictoriae ciuitatem: ludos quẽ illuc quinquenales instituit: qui instar sunt Olympiorum, & Actia cognominantur, quorum meminertit Strabo, Tranquillus, ceteri.

ri. Ad quos alludens poeta, scripsit in tertio Aeneidos: A-
 Etiâque Iliacis celebramus littora ludis. Appulisset.]
 Appellere uerbum est nauticum, & proprie dicitur, cum
 ex pelago aut freto quis ad littus accessit. Virgilius: Hinc
 me digressum uestris deus appulit oris. Appellere quoque
 dicuntur pecora ad aquam accedentia, Vnde & appulsus
 usurpatur à iurisconsultis, pro ipso iure appellendi, ipsaq;
 appulsione. Nocte promotâ.] aliore. Denotat noctem
 uel intempestam, uel concubiam. Nam id horæ nox maxi-
 mē promotâ est. Naui.] qua aduectus erat cum Ploti-
 na maritus extorris. Incubabat.] cubando obtinebat,
 habitabatq; aliâs incubare dicuntur hi, qui in templis deo-
 rum dormiunt ad accipienda responsa. ut illud Plautinum
 ex Curgulione: Incubare te satius fuerat Ioui. Item: Siqui-
 dem incubare uelint qui periurauerint, locus non præberi
 potis est in Capitolio. Ex eodem intellectu est illud Maro-
 nianum: Pellibus incubuit stratis, somnosq; petiuit. De in-
 cubatu auium, & quot gallinæ incubant oua, notius est
 quàm ut debeat enarrari. Incubinam pro concubinam di-
 xit antiquitas. Matrona.] Plotina. In cubiculum.]
 dormitorium significat, de quo Plinius in trigésimo scri-
 bit, Lacertam uiridem in olla ante cubiculum dormitorij
 eius cui medetur, lieni remediū facere. Suppetiatum.]
 auxiliatum, & ad suppetias ferendas: super quo uerbo in
 superioribus satis multa.

Sanctissima.]

Sed protinus sanctissima
 (uera enim dicenda sunt) & uo-
 nicæ fidei femina, bonis ar-
 tibus gratiosa, precibus ad Cæ-

Virgilius: Tuq; ô
 sanctissima con-
 iunx Fœlix morte
 tua. Sanctum dici

mus, inuiolabile,
 & quod (ut re-
 fert Martianus iu-
 risconsultus) ab in-
 iuria hominū de-
 fensum atq; mu-
 nitum est. Sanctū
 autem dictum est
 à sagminibus: sag-
 mina uerò sunt
 herba, quas lega-
 ti Populi Ro. fere-
 re solent, ne quis
 eos uiolaret: sicut
 legati Græcorum
 ferunt ea quæ uo-
 cantur Cerycia.
 Dicitio mēdosa est
 libro primo Dige-
 storum, tit. de re-
 rum diuisione. nā
 ubi cerycia scribē-
 dum fuit, passim
 scriptum est ceno-
 cia: Græcè enim
 κέρυξ uocatur præ-
 eo et caduceator,
 quod nomen lega-
 ti est, ut aliubi do-
 cetur: et κέρυξ

saris numen porrectis, & mari-
 to reditum celerem, & aggressi-
 sura plenam uindictam impe-
 trauit Deniq; noluit esse Cæsar
 Hemi latronis collegiū, & con-
 festim interijt: tantum potest
 nutus etiam magni principis.
 Tota deniq; factione militariū
 uexillationum indagatu con-
 secta atq; concisa, ipse me fura-
 tus agrè, solus medijs orci fau-
 cibus ad hunc euasi modum.
 Sumpta ueste muliebri flori-
 da. in sinus floccidos abundan-
 te, mitellaq; textili contecto ca-
 pite, calceis fœmininis albis il-
 lis & tenuibus indutus, & in se-
 quiozem sexum insertus atque
 absconditus, a sella spicas or-
 deaceas gerenti residens, per
 medias acies infesti militis trā-
 sibi. nam mulierem putantes
 asinariam, concedebant libe-
 ros abitus: quippe cum mihi
 etiam tunc depiles genæ læui
 pueritia splendicarent: nec ab
 illa tamen paterna gloria uel
 mea uirtute desciui, quāquam
 semitrepidus iuxta mucrones
 Martios constitutus, sed habi-
 tus

tus alieni fallacia tectus, villas seu castella solus aggrediens, uaticulum mihi corrafi. Et diloricatis statim pānulis, in medium profudit duo milia aureorum: &, En, inquit, istam sportulam, immò uerò dotem, uestro collegio libēs, meq; uobis ducem fidissimum (si tamen non recusatis) offero, breuis temporis spacio lapideam istam domum uestram factururus aureā. Nec mora, nec cunctatio, sed calculis omnibus ducatum latrones, unanimis ei deserunt, uestemq; lautiusculam proferūt, sum eret abiectio centuculo diuite. sic reformatus, singulos exosculatus, & in summo puluinari locat⁹, cœna & poculis magnis inaugurat.

cerycia, insignita quæ gestant caduceatores, ut ita legati esse noscantur, ut inuiolabiles & sancti sint mortalibus. In cōmentarijs Suetonij non parū multa tradidimus, declarantes illud Seneca: Non uis nisi Ceryx aut Prytanis aut Suffes administrare rempublicam. Hieronymus sanctos dici autumat fidelium filios. Idioma sacrarum scripturarum sanctos interdum pro mundis

atq; purificatis nominat. sacrosanctū uerò id dicitur, quod iureiurando interposito est institutum: si quis id uiolasset, ut morte pœnas penderet. Sanctuarium nuncupatur templum ipsum, ut idem Hieronymus docet. Plinius dixit, in sanctuarijs Mithridatis inuentam esse à Pompeio antidoti compositionem, ubi sanctuaria accipi uidentur pro arcanis sanctionibus, & quæ Græci uocant ἀπέπυρα. Bonis artibus gratiosa.] Pleraq; femina malis artibus & impudicitia

pudicitia gratiosæ sunt, & favorabiles apud principes
 hanc uerò signat Apuleius bonis artibus, atque sanctitate
 matronali inuisse gratiam à Cæsare, impetrasseq; ab illo
 reditum coniugis ab exilio. Meretricum est, malis artibus
 gratiam aucupari. Matronarum est, bonis artibus collige-
 re fauorem, & gratia pollere apud summates. Matres fae-
 milias non tam nataliū claritudo cōmendat, q̄ bonitas &
 sanctitudo. Namq; ut docet Vlpianus, matrē familias neq;
 nuptiæ neq; natales faciāt, sed boni mores. Aggressuræ.]
 Sicut grassatura pro grassatione, sic & aggressura pro ag-
 gressione dicitur. significat autem, Plotinam impetrasse à
 Cæsare, ut ulcisceretur latrones pro aggressura, qua ma-
 ritum aggressi inuasarant, despoliauerantq;. Latronis
 collegium.] Collegia si qua fuerunt illicita, mandatis prin-
 cipalibus & constitutionibus, & senatusconsultis dissolu-
 uūtur: auctor Martianus iuriscōsultus, tit. de collegijs illi-
 citis. ubi scribit, collegium fieri non posse, nisi ex senatus-
 consulti auctoritate, uel Cæsaris. Augustus, ut refert Tran-
 quillus, collegia, præter antiqua & legitima, dissoluit.
 Quod uerò magis illicitum collegium sit, quàm latrocina-
 le, non dispicio, cum factiones latronum ubiq; locorū dis-
 soluendæ sint, ac exterminandæ: & si fieri potest, ad in-
 ternecionem redigendæ. & ut auctor est Vlpianus, con-
 gruit bono & graui præsidii, curare ut pacata prouincia
 sit quam regit, ut latrones furesq; conquirat & in eos ani-
 maduertat, Receptatoresq; eorum coherceat, sine quib;
 diutius latro esse non potest, Interibit.] Lego in-
 terijt. significat enim, confestim interijisse & extinctum
 esse collegium latronum, ubi id iussit Cæsar. nan de prin-
 cipe illud Psalmographi dici potest: Ipse dixit, & facta
 sunt.

sunt. & ut scriptum legimus in libro Esdra: Si rex dixerit Exterminate, exterminant: plantate, plantant: & omnes virtutes eum obaudiunt. Nutus magni principis.] No-
tissimus est ille uersiculus: An nescis logos regibus esse ma-
nus? & ut inquit Herodotus in Vrania, Regis uires supra
hominem sunt, & manus praelonga: idem pollet potestq;
in terris rex, quod in caelo Iupiter, cuius nutus pro lege ob-
seruatur. Veteres inter nutare & annuere & niectare hoc
interesse uoluerunt, ut nutare capitis dicatur, annuere na-
rium uel labrorum, niectere oculorum. quam differentiam
signare uidetur Plautus, sic scribens in Asinaria: Neq; illa
ulli homini nutet, niectet, annuat. Militarium uexillatio-
num.] Tradit Vegetius & Modestus, uexillationes dici
a uelo, quia scilicet uelis uterentur. Verba, ut
docet M. Tul. in oratore saepe contrahuntur: ut ex uexillo
uelum contractum est, e maxillis mala, ex pauxillo paulum.
Luius refert, ordines militares tribus ex uexillis constaret
uexillum autem centum octoginta tres homines erant. Pri-
mum uexillum triarios ducebat, secundum rorarios, tertium
accensos. Sunt autem rorarij, ut uerbum apud historicos
frequens intelligas, milites qui praelium ante commitebant
iaculis, quasi roratione quadam praeludentes. unde & a ro-
re dicti sunt: nam ante rorat, quam pluit. Indagatu.]
inuestigatu & inquisitione. Confecta.] contrucidata,
extincta: conficere enim interdum est occidere, & exani-
mare: inde confectores bestiarum dicti, pro interfectores.
M. Tul. gladiatorem confectum & faucium Catilinam ap-
pellat: translatione oppidum quam decenti, & uerbis gla-
diatori congruentibus. Medijs orci faucibus.] Ille dici-
tur euadere ex faucibus orci, id est Plutonis, qui praeter spem
euadit

euadit, subduciturq; à morte impendēte, sic Cicero: Ex flā
 ma atq; ferro ac penē ex faucibus Fati ereptam urbem, et
 uobis conseruatam ac restitutam uidetis. Orci autem fau-
 ces dixit, ex Virgiliāna imitatione: Vestibulum ante ip-
 sum, primisq; in faucibus orci. Floccidos.] A floccis,
 q; eminet in panno, dicti Sinus floccidi. Cornel. Celsus in-
 ter signa a groti mortifera esse dicit, si floccos colligit. &
 de floccis in hoc significato crebra est mētio apud Pliniū,
 & ceteros. Quidā corrigūt flaccidos, quasi languētes et
 fluxas atq; laxas uestes intelligi uoluerit. flaccere enim est
 languere. inde in Apologia scriptū est: Oratio rebus flaccet,
 strepitu uiget. inde et cognomina Flaccorū, quorū scilicet
 aures essent flaccidæ. Abundāte.] Quid si legas Undante?
 dicimus enim eleganter uestes undātes, quæ instar undarū
 fluctuant & undantur. Alia nimirum intelligitur uestis il-
 la quam Cymatilem ab undis & fluctibus dicunt, quæ cym-
 mata nominantur; cuius meminit Plautus in Epidico.
 Namq; Cymatilis uestis ex eo nomen accepit, quod fluo-
 ctuum similis sit, & textura ipsa fluctus & undas imite-
 tetur: qualia hodieq; uestimenta symbalota uulgo nomina-
 tant. De hac cymatili ueste Ouidium intellexisse arbitror,
 cum ait: Hæc undas imitata, nomen quoq; traxit ab un-
 dis. Quidam intellectum carminis Ouidiani ad caruleum
 uestimentum referunt, qui color est undarum. Miela.]
 A mitra, quod muliebre tegumentum est, per diminutionē
 mitela deducitur, de qua Virgilius in ludicro poematio: Co-
 p. Syrissa caput Graia redimita mitela. Sicut pilea uxorū
 sunt, auctore Seruio, ita mitræ feminarum quas calanti-
 cas dicunt. hinc Virg. huiusmodi ornatum in uiris quasi foe-
 mineum ac probrosum, criminatur, cum ait: Et tunica
 manicas,

manicas, & habent redimicula mitræ. Arabes mitrati de-
 gunt, ut tradit Plinius. In sequiorem sexum.] Id est, mu-
 liebrem qui sequior est, & alius à virili. Incertus.] qui
 ignorabar, delitescens sub habitu cultuq; scæmineo. Purior
 lectio est, Insuper. nam qui induit uestimenta muliebria,
 quasi inferitur & transfiguratur in alterum sexum. Lex
 Iudæica, ut in Deuteronomio scriptum legimus, præcipit,
 ne mulier induatur ueste virili, nec uir utatur ueste scæmi-
 nea. Probrosus enim id est, nisi quis ea causa indueret
 qua Euclides facit aut qui, ut scriptores annotauere, sub
 noctem, priusquam aduesperas eret, tunica longa mulie-
 bri indutus, & pallio uersicolore amictus, ad Socratem
 è domo sua clam contra decretum Atheniensium commeas-
 bat, ut sermonum doctrinæq; Socraticæ fieret uel tantillo
 tempusculo particeps: rursusq; sub lucem milia passuum
 paulo amplius uiginti, eadem ueste illa iniectu, domum re-
 dibat. Sensus est: Indutus cultu uestituq; scæmineo, & ita
 hoc astu ignotus euasi. Legimus apud historicos, Volusium
 à triumuiris proscriptum, assumpto habitu sacerdotali
 per itinera uisq; publicas stipem emendicantem, hac fal-
 lacia solutem quasiuisse. Per medias.] lego, per me-
 dias acies. Infesti militis.] infestorum infensorumq; mi-
 litum. numerus singularis pro plurali: quæ locutio apud
 scriptores omnes frequens & per æquæ decora est. Liu. Ro-
 manus bello uictor. in usu quoq; iuris frequenter, ut Cas-
 selus ait, singulari appellatione, cum plura generis & e-
 iusdem significare uelimus. nam multum hominem uenisse
 Roman, piscem uilem esse dicimus. item nomine hæredis,
 plures hæredes continentur. Liberos aditus.] liberum
 accessum. Potes legere abitus, ut sit sensus: liberam abis-
 tionem,

tionem, hoc est discessum, sibi concessam fuisse à militibus, opinantibus illum ex habitu feminam esse. Virg. Amphitryoniades armeta habitumq; pararet. Depiles genæ.] Genas depiles dicimus, leuigatas, & sine pilis: quales sunt hi quos inuestes uocant. Talis autē uultus facile feminam mentitur, quem Horat. decenter ambiguum appellat. Læui.] Prima longa tractim legendū & scribendū est, ut leuor pro terfitudine, & læuatus pro expolito. læuis optimo epitheto dicitur puer, & pueritia, quæ scilicet nullo barbatio, nullis pilis hirsuta est. Mart. Læuor ô conchis Galle Citheriæ. Virg. læuis ocreas dixit, pro expolitas et leuigatas. Desciui.] degeneraui. Populi desciscere dicuntur, quæ fidem fallunt, & deficiunt ab eo quem colebant. Dicit se non degenerasse à gloria patris, cum plerunque (teste Manilio) degenerent nati patribus, natisq; parentes. Habitus alieni.] uestimenti muliebris, quo fallebat oculos mortalium, & nullo quippiam suspicante impune grassabatur, dum mulier esse creditur. Aggrediens.] quasi aggressuris quibusdā & grassationib. inuadens. Viaticulum corrafi.] Græci ephodion dicunt, quod nostri uaticum, & per diminutionem uaticulum: uerbū Plautinum & uetus est uiaticari, quod significat uiaticum parare. iuriscōsulti tit. de iudicijs: Futurum sit, ut impune fraudē patiat, & egestate Romæ laboret, uiaticulo suo nō recepto, quod ad sumptus pater ei destinauerit. Corrafi.] confeci, corripui, & quasi radendo abstuli. Sic & illud Terentianum, Abradi potest, exponit Donatus, per uim auferri. Iuriscōsultus tit. de bonis damnatorum, Plerunq; corrafas pecunias præfides ad fiscum transmiserunt. Diloricatis.] discisis, dissutisq;. Egesippus in quarto: Qui-

eunq; reperiebant, diloricabant. Istam.] Sportulã. Qui
 cocunt collegium, & in sodalitijs societatem cooptantur, so-
 lent conferre pecuniam ex constituto. quod Martianus no-
 tat, qui ait: Dimittit tenuioribus stipem mensurã cõferret:
 & si quis in duobus collegijs fuerit, eligere eum oportet ex
 rescripto principali, in quo magis esse uelit, accepturum ex
 eo collegio à quo recedit, id quod ei competiit ex ratione,
 qui communis fuerit. id nunc nomine sportulæ, & dotis si-
 gnificatur. Nam sicut uxor tradita dote recipitur à marito
 in contubernium commune, futq; particeps rei maritalis:
 ita latro pecuniam quasi dotem confert in collegium la-
 tronum, tanquam uadem & prædam cõmilitij. Sportula
 autem, quod nemo non nouit, nomen est erogationis. Spor-
 tulantes Cyprianus eleganter appellat, sportulis accipiẽdis
 operantes. Sportulam in nuptiali quoq; festiuitate dari so-
 litam, testis est Apul. qui in Apologia ait: Ne ciues denuõ ad
 sportulas conuolarent. De sportula quæ clientibus & as-
 sectatoribus dabatur, de qua frequens mentio apud Iuue-
 nalem, Martialem, cæteros, copiosissimè scripsimus in Sue-
 tonij commentarijs. Facturus auream.] Hyperbole siue
 superlatio est, congruens personæ latronis magnifici & ia-
 ctuãtuli, qui plenus gloriarum, & gladiatoria firmutatis
 conscius, insolenter pollicetur se domum latronum, quæ la-
 pidea erat, & latericia, facturum auream: congestis sci-
 licet coaceruatisq; auri & diuitiarũ gazis, ex latrocinatu
 & grassatura. Calculis omnibus.] Cunctoriũ consensu
 & suffragijs dux latronum designatur. Calculos autem
 pro suffragijs dici, supra scriptum est. & Plin. in epistolis
 inquit: Si modo tu fortasse errori nostro albũ calculum ad-
 icceris. Ducatum.] præfecturam latrocinale. Inter uo-
 da cabula

cabula ancipitia, & quæ utroque uersum dici possunt, ducatus quoque est, qui non solum pro bono principatu primatiuque, sed etiam pro malo accipitur. sicut hoc in loco, ducatus latronum in deteriore partem usurpatur. honorem quoque ita ueteres dixerunt, ut etiam malus honos significaretur. Metellus Numidicus: Tanto, inquit, ille uobis quam mihi peiorem honorem habuit. quod significat, maiore uos affectu iniuria & contumelia quam me. Ducatus militares pro praefecturis usurpant frequentissime scriptores idonei. Si Mars solem in horoscopo constitutum aspexerit, auctore Materno, ducatus, imperia, potestatesque decernit. Laetiusculam.] Splendidiorē, & quæ duci latronum conueniret. Centuculo.] uestimēto pannofo: super cuius uerbi significatu multiplici affatim scripsimus in primo commentario. Diuite.] Repugnantia sunt centuculus & diues, cum centuculus proprie pannorum sit, & sordidorum. Sed nunc ex causa scitissime diuitē centuculū conominat, quasi diuitijs fartum: ex quo scilicet, diloricatis pannulis profuderat duo milia aureorum. In summo puluinari.] Plautus summi subsellij uirum decēter appellat eum, qui in summo, hoc est in honoratiore loco honoris causa discumbit: sicut econtrario imi subsellij & imi lecti uir accipitur, pro despectissimo, uilissimoque. Legimus tamen apud priscos, medium in mensa locum honoratiorem extitisse: quod & Xenophon tradit in Pædia Cyri: & nos suo loco non indiligenter annotauimus. Qui.] Quando. Cæna inaugurat.] Sermo ductus ex sacerdotum uerbis & ritu. Nam quando flamen, aut augur, aut pontifex in collegium cooptabatur, soliti erant lautiore cæna esculentioreque sacerdotalem dignitatem auspicari. Macrobius refert, cænam pontifi-

pontificis luxuriosissimam, in tertio Saturnalium, ubi ait Lentulum flaminem Martialem, quo die inauguratus est. triclinia lectis eburneis strata habuisse. per censetq; edulia non parum multa ganeata, quibus cœna illa pontificū facta fuit, et instructa. Hinc ab Horat. dictū, Pontificū potiora cœnis. hinc M. Varro in tertio de re Rustica scribit, Quod Hortensium augurali cœna primum pauones posuisse. cuius rei mentionem fecit & Plin. in 10. cuius uerba cum uariè legantur, uarijs interpretamentis torserunt Plinianos enarratores.

Tunc sermonibus mutuis de uirginis fuga, deq; mea ueretur, & utiq; destinata monstruosa morte cognoscit: & ubi locorum esset illa percontatus, deductusq; uisa ea, ut erat uinculis onusta, contorta & uituperāti nare discessit: & Non sum quidem tam brutus, uel certè temerarius, inquit, ut scitum uestrum in hibeam: sed malæ conscientia reatū intra me sustinebo, si quod bonum mihi uideretur, dissimulauero. sed prius fiduciam, uestri causa sollicito mihi tribuite: cum præsertim uobis, si sententia hæc mea displicuerit, liceat rursus ad asinum redire. Nam

Monstruosa morte.] ut scilicet uirgo asino exenterato, per mediam aluum nuda insueretur: & ita fertilis asinus super saxum expostus, solis uaporibus traderetur. Contorta nare.] Hic, cui ducatus latronum ultro delatus est, erat maritus captiua puella: qua uisa, ne agnosceret eam uideretur, irrisione quadam & subsannatione, quasi uituperans

rans abscēdit. Na-
sum enim, ut in-
quit Plin. subdole
irrisioni dicaue-
runt: unde narem
contortiam & uis-
tuperantem decen-
ter dixit, cum uitu-
peratorem deriso-
remq; signare uo-
luisset. Naribus, ut
inquit Quint. deri-
sus, contemptus, fa-
stidium significari
solet. Tam bru-
tus.] Brutum dici-
mus stupidū, gras-
uem, tardum, be-
betem, insensatū:
cui sapiens opponi-
tur. Cyprianus in
epistola de Deme-
triano: Nullus, in-
quit, effectus offer-
re lumen cæco, ser-
monē surdo, sapiē-
tiā bruior: cum nec
sentire brutus possit,
nec cæcus lumē
admittere, nec sur-

ego arbitror latrones, quiq; eo-
rum rectē sapiunt, nihil ante-
ferre lucro debere suo, ac ne ip-
sam quidem sæpe & alijs dam-
nosam ultionem. Ergo igitur
si perdidistis in asino uirginē
nihil amplius quā sine ullo
compendio indignationē ue-
stram exercueritis. quin ego cē-
seo, deducendam eam ad quā-
piam ciuitatem: ibiq; uenundā-
dam. nec enim leui precio di-
strahi poterit talis ætatula. nā
& ipse quosdam lenones pridē
cognitos habeo, quorū poterit
unus magnis equidē talentis
(ut arbitror) puellā istam præ-
stinare, cōdignē natalibus suis
in fornicem processuram, nec
in similem fugam discursurā:
nonnihil etiam, cum lupanari
seruierit, uindictæ uobis depē-
suram. Hęc ex animo quidem
meo sententiam cōducibilem
protuli. Sed uos nostrorū estis
consiliorum rerumq; domini.
Sic ille latronum fisci aduo-
catus, nostram causam pertu-
lerat, uirginis & asini sospi-
tator egregius.

dus audire. Verbum uetus est Obbrutescere, quod significat
 obstupescere. Afranius: Non possunt uerbum facere, obbrutui.
 Hor. dixit bruta tellus, pro graui et tarda, quod terra per
 petuum est. inde bruta animalia, pro tardis & irrationabi-
 libus. Plin. Bruta existimantur animalium, quibus cor durum ri-
 get. ubi bruta accipit pro hebetioribus, tardioribusque intelle-
 ctus. Scitum.] decretum & constitutionem. sic enim plebi-
 scitum dictum est, ab eo uerbo quod est sciscere. hinc locus il-
 le Plautinus ex Pseudolo: Plebiscitum non aequum scitum est.
 Reatum.] Sicut dicitur reatus homicidij & furti, ita rea-
 tum male conscientiae eleganter uocat pro crimine & cul-
 pa. Messala primus reatum dixisse traditur. Intra me.]
 Vetus uerbum est, Conscientia mille testes. & inquit Pa-
 catus in Panegyrico: Habet occultos conscientia carnifio-
 ces, qui magis lancinant et torquent uitalia, quam cruces, quam uerbe-
 ra, quam tormenta. ut Graeci dicunt, ξυείδιστος πάλισα τλιω
 ψυχῶν, conscientia animam ferit. Vestri causa.] Sum-
 inquit, sollicitus & anxius non mea causa, sed uestra, &
 sollicitudinem pro uobis patior. Querit apud A. Gel. Apollia-
 naris Sulpitius, qua ratione dicatur Habeo curam uestri,
 aut misereor uestri: cum uideatur non uestri oportere di-
 ci, sed uestrum: sicut Graeci dicunt, μήδ' ἴστωι δ' ἴστωι. Nihil au-
 tem aliud rationis esse opinatur, nisi auctoritatem quandam
 uetustatis, non nimis anxie nec superstitiose loquentis: sed
 procul dubio qui rectissime loqui uellet, uestrum potius di-
 xerit, quam uestri. Noster Lucius dicere maluit uestri
 quam uestrum. sicut a Plinio dictum est de terra: Quin &
 uenena nostri miserta instituisse credi potest. Ad asinum.]
 id est, ad sententiam uestram, qua decreuistis ut asino puel-
 la insuta perimatur. Anteferre.] Latrocinantur, &

grassaturis uias infestant, ob solum lucrum. id faciunt, lucro cuncta postponentes, lucrum plaris facientes quam uitam, quam deum: ut merito dicere possint, Lucri bonus est odor ex re qualibet: & illud, Vnde habeas querit nemo, sed oportet habere. Si ergo secta latronum censet summum bonum esse lucrum, nonne debebat puella captiua magno potius uendi, quam nullo facto compendio interiri? Damnosam ul.] Vindicta multis iucundissima rerum omnium est, iuxta illud: At uindicta bonum uita iucundius ipsa. & iram ueteres diffinierunt, cupiditatem ultionis reponenda. Sed latronibus, qui lucrum spectant, qui questiculo inhiant, ultio damnoſa & sine compendio omittenda est, nec indignatio cum iactura exaturanda. Ergo igitur.] Archaismos est. Veteres enim, ut inquit Donat. particulis hasce multiplicabant. Perdideritis.] extinxeritis. Compendio.] lucro. Censeo.] Vtitur uerbo illo, quo utitur senator qui in senatu sententiam dicit. ut Cicero frequenter ait: Censeo patres conscripti. Distrabi.] uendi: uerbum est peculiare iurisconsultorum. distractio quoque pro uenditione accipitur, ut supra scripsi. Talis aetate.] Mancipia quae adolescentiora sunt, & recentiora, longe maiore precio distractantur quam ueterana: propterea quod (ut scribit Vlpia. ad edilitium edictum) praesumptum est, ea mancipia quae rudia sunt, simpliciora esse, & dociliora, & ad omne ministerium aptiora. Trita uero mancipia & ueterana difficile est reformare, & ad suos mores formare: Quia igitur uenaliitarius sciunt facile decuceri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpollant ueteratores seruos, & pro nouitijs uendunt. Annotandum est, uenaliitarios dici à iurisconsulto, eos qui uendunt seruos
inter

interpollare uerò significat immutare, & in aliã quasi formam reformare. sic à Plin. medicina dicta est ars interpollis, quoniam sæpe immutata aliam atq; aliam formam accepit. Poterit unus.] In edicto prætoris continetur: Qui lenocinium facit, infamia notari. lenocinium autẽ facit is (ut interpretatur Vlpianus) qui quaestuaria mancipia habuit. apud Plaut. lenones graphice describuntur, qui puellas scitulae formæ magno precio emunt, quas mox amatoribus prostituunt, compendium uberius lucrumq; captantes. apud Senec. in cõtrouersijs leno emit uirginem à piratis, ut in lupanari prostituat. In Persa: leno sexaginta argenti minis puellam emit, decipiturq; dolis Toxili. Præstinare.] emere: uerbum in hoc significatu frequens. Plautus quandoq; dixit destinare, pro præstinare & emere. sic enim ait in Persa: Dij deaq; te agitant irati & scelus, qui hanc non properas destinare. Lenonis diminutiua sunt lenunculus & lenulus, quæ usurpat Plaut. & annotauit Prif. *ωγροβίωνον* Græci uocant lenonem, scorta alentem. In fornicem.] Fornices dicuntur curuaturæ, quæ arcus aut cameras faciunt, siue naturales, siue hominum manu perfectæ sint: auctor Donatus, Virgiliani poematis cõmentator. De naturali fornice ait Vir. Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi. De extructis fornicibus exempla affertim suppetunt. Cic. fornicem Fabium memorat, qui fuit arcus iuxta regiam in sacra uia, à Fabio censore cõstructus, qui deuictis Allobrogib. nominatus est Allobrogicus. Quoniam uerò meretrices in huiusmodi locis & cellulis prostare consueuerunt, factum est ut fornix pro lupanari & cella meretricia accipiatur, & fornicari pro scortari, & fornicator pro scortatore, & fornicatio; quibus uerbis

scatent scriptores ecclesiastici, quæ uix inuenias apud pri-
 scos illos terribiores purioresq; conditores. Scribit Paul. de
 fundo instructo, quod balneatorio instrumento legato con-
 iunctur & fornicator. ubi fornicator dici uidetur minister
 fornicis in balneo calefactandi. item ad legem Aquiliam men-
 tio fit fornicarij. Plin. Palma, inquit, econtrario fornicatur;
 id est, curuatur ad fornicis similitudinem. et ita omnes prisci,
 qui purissime loquuti sunt, usurpant hæc uerba, alio signi-
 ficatu quam faciant ecclesiastici scriptores, & indoctum
 uulgus usurpet. Nec ego fornicatorem dicere ausim pro
 scortatore, nec fornicari pro adulterari &c. quæ in ore i-
 diotarum sunt. Sed ad propositum: Quidam à furuo, quod
 nigrum significat, fornicis nomen deriuare nituntur: an re-
 ete, ipsi uiderint. Ruffus declamator de puella in lupanari
 deducta dixit oppido q̄ decenter: Redoles adhuc fuligi-
 nem fornicis. Satyrographus fornicem optimo epitheto o-
 lentem nominauit, à fœtutinis scilicet & graueolentia lu-
 panaris. Sensus est Apuleij: puella à lenone empta prostitu-
 etur in lupanari, quæ fœditas erit condigna natalibus. &
 ex hac uirginis prostitutione tam obscena, ex hoc meretri-
 cario puellæ quæstu tam impuro, nonnihil uindictæ la-
 tronibus persoluetur: quam enim maiorem ultionem possit
 homo deposcere ex fœmina inimicissima, quam uidere il-
 lam in lupanari inter lupos, inter lenonias puellas, lenonis
 iussu prostitutam, & corpus passiuo pudore prophanantem?
 quam citius nemo uiolaret, locus ipse uiolauit. Solet, quo-
 niam de lupo & lupanari sermo incidit, titulus superponi
 cellæ singularum meretricum, & nomen puellæ in limi-
 nari cellæ fronte perscribi: ut ita noscatur, in qua quæq; cel-
 la prostituat. quod docet Seneca, sic scribes in 2. suasoriarum:
 Dedu-

Deducta es in lupanar, accepisti locum, precium constitutum, titulus inscriptus. & mox paulo: In communi loco stetisti, suppositus est cellæ tuæ titulus, uenientem recepisti. item, Nomen tuum pependit in fronte, precia stupri accepisti. Ex his Senecæ uerbis iam satis planum est, cur dixerit Iuuenalis, Titulum mentita Lycisa. cur Mart. scripserit, Intraisti quoties inscriptæ limina cellæ. Annotandum obiter, dici à Seneca communem locum pro lupanari, sicut uulgo hodieq; lingua uernacula nuncupatur. Cæsius declamator tradit, uirginem, quæ steterit in lupanari, etiam si à nemine uiolatur, loco tamen ipso uiolari. Huic sententiæ Cæsiij reclamant ecclesiastici scriptores, & in primis Ambrosius, qui ita proclamat: Non lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiã: & sicut radius solis in luto & cæno non inquinatur, ita castitas fornicis fœditate non polluitur. In decretis canonicis 34. q. 5. id latissime explicatur. Talentis magnis.] Teren. Si quis daret talentum magnum. Priscianus in libro de ponderibus sic scribit: Talentum paruum est minæ 60. talentum magnum minæ 83, & uncia quatuor. talentum atticum ex computatione Romanis ponderibus pendit pondo, hoc est libras 80, Græcè dicitur *τάλαντον*. Annotauerunt scriptores, multa fuisse genera talentorum, ut Rhodiū, quod erat quatuor millium. D. denariorum; Alexandrinum, quod erat 12 denarium; Neapolitanum, sex; Syracusanum trium, Reginum uictoriatu unius. est autē uictoriatu, nummus à nota uictoriae sic nominatus, cuius frequens mentio apud Plin. Celsum, ceteros. fuit & talentum Aegyptium, quod taxatur sestertij 16. Conducibilem.] utilem & accommodam. Plautus in Epidico: Reperiamus aliquid calidi conducibilis con-

filij. conducere enim, unde conducibile derluatur, significat utile esse: conducenter aduerbium, pro utiliter & congruenter. Latronum fisci aduocatus.] Allusio ad fisci principis aduocatum. Fiscus autem, ut in cōmentarijs Suetonij diligenter annotauimus, propriè ad principem pertinet, ærarium uerò ad rempublicam. De iure fisci titulus est apud iurisperitos, & apud eosdem de aduocato fisci, scribit Vlpianus: Fiscus alicui status controuersiam faciat, quòd fisci aduocatus adesse debet. quod si sine fisci aduocato pronunciatum sit, Diuus Marcus rescripsit, nihil esse actum. Sicut ergo fiscus principis & aduocatus fisci dicitur, ita nunc aduocatum fisci latronum festiuiter nec inscienter appellat. Illud Satyrographi, Res fisci est ubicunq; nata: intelligendum planè est de fisco principali, tanquam ad principem pertineret captura piscis generosi. Nostram causam.] Hoc Apuleius propter se dixit, qui in asinum transmutatus, iam ex sententia latronum neci unà cum uirgine fuerat destinatus. Vtriusq; saluti consulebat nouitius latro, qui sponsus erat uirginis.

Mora cōsiliij.] Cunctatione consultationis, consiliijq; latrocinialis, sua præcordia lancinata discrucitataq; esse significat. Nouitij.] Nouitium à nouo dictum inclina

Sed in diutina deliberatione ceteri cruciantes mora consiliij mea præcordia, imò miserum spiritum, libenter tandem nouitij latronis accedunt sententiæ, & protinus à uinculis exoluunt uirginem, quæ quidè simul uiderat illum iuuenem, fornicisq; & lenonis audierat mentionem, cæpit risu lætissimo ge

mo gestire, ut mihi meritò su-
biret vituperatio totius sexus,
cum uiderem puellam proci iu-
uenis amore nuptiarumq; ca-
starum desiderio simulato, lu-
panaris spurci sordidiq; subito
delectari nomine: & tunc qui-
dem totarum mulierum secta,
moresq; de asini pēdebant in-
dicio. Sed ille iuuenis sermone
repetito: Quin igitur, inquit,
supplicatum Marti comiti per-
gimus, & puellam simul uendi-
turi, & socios indagaturi: sed,
ut uideo, nullū uspiā pecus sa-
crificatui, ac ne uinum quidē
potatui affatim uel sufficiēs ha-
bemus. decē itaq; mihi legate
comites, quīs contentus pro-
ximum castellum petam, inde
uobis epulas & alias res com-
paraturus. Sic eo profecto, cæ-
teri copiosū instruūt ignē, arā
cespite uirēti Marti deo faciūt.

tumq; est. Nouitiq;
ut indicat Varro,
dicuntur serui no-
ui in familia em-
pti. à Plinio noui-
tium inuentum di-
citur, pro nouum.
Hodie nuper ascii
ti in religionē, no-
uitiq; uulgò nomi-
nantur. Fornici-
cis & lenonis.)
Dixerat enim no-
uitius latro, fornici-
ci et lupanari uir-
ginem debere tra-
di ac mancipari.
Risū latissimo.)
laticiam præfe-
rentes: quia scilicet
illum recognoue-
rat non latronem
esse, sed sponsum.
quod si legas latif-
simo, expones pro

cachinnabili & lato & spaciofo risu, qualis interdum la-
tissimè effunditur. Physici dicunt, quod et Laclantius cre-
dit, laticiae affectum in splene esse, intemperantiamq; ri-
dendi constare ex lienis magnitudine: uerū hęc uiderit
Democritus. Me, ut inquit Cæsar apud M. Tul. non pudet
nescire,

nescire, quo pacto risus cōcitetur, ubi sit, quomodo existat. atq; ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere nequeamus: quæ ne ipsi quidem illi sciant, qui scire se pollicentur. Gestire.] gaudere, & gestu quasi quodam corporis gaudium intimū læticiamq; animi demonstrare. Subiret.] ueniret in mentem. Subire, Plinio frequenter est scanderet qui ait in quarto, Hemi excelsitas sex M. pas. subitur. Totius sexus.] Scilicet fœminici. Ex præcepto disciplinæ Rhetoricæ, ob uitium unius tota natio minimè infamanda est. sic & Ouid. Parcite paucarum diffundere crimen in omnes. Proci amore simulato.] Ita suspicabatur Apuleius ex re præsentī, uirginem hanc simulasse se angi desiderio sponst: quoniā scilicet uetula denarrauit, se ex gremio matris raptam, uiduam esse amplexibus adolescentis, qui iam maritus ipsius nuncupatus fuerat. Totarum mulierum secta.] Sicut philosophorum sectas, quorum dogmata ac placita non probamus, insectari & incusare solemus: ita sectam fœminarū tanquam improbam, & improbis dogmatibus refertam, uituperare cœpit, atq; infamare mores fœminarum, cum reuera crederet uirginem arrisisse quasi ex desiderio ad nomen lupanaris & fornicis. Totæ Euripidis tragœdiæ in mulieres maledicta sunt. uersiculi græci fœminas insectatè criminantur. γυνὴ γυναικὸς ἴδιον διαφέρεται, nihil fœmina differt à fœmina. ἔμ γὰρ γυναιξὶ ὡς τῷ ἴδιον ἴδιον ἴδιον: id est, in fœminis fidem uidere non est. δὲ-λασσα ἢ τῷ ἴδιον ἢ γυνὴ ἢ ἄλλο τρεῖς: Mare, ignis, fœmina, sunt mala tria. Marti comiti.] Non secundum latinitatē elegantiam, sed ἀνόμας, id est improprie Martem nominasse comitem uidetur: cum proprie comes pro inferiore persona accipiatur, dicaturq; is qui digniorem affectatur, comitaturq;.

mitaturq̄. nam, ut docet iurifconsultus tit. de iniurijs, comitem accipere debemus eū qui comitetur & sequatur, siue liber sit, siue seruus. Inter comites utiq; & pedagogi sunt. Dux & comes opponuntur, ut dux sit ille qui prait, comes qui subsequitur. Hinc Plinianum illud, Eum esse tui cōsily ducem, me comitē decet. Priscianus tamē in proemio operis sui dixit: Te comite, te quasi sole quodam dilucidius crescat. ubi comes honorifica appellatione, sicut & hic, usurpatur. Præterea comites à recentioribus scriptoribus idem cum laude dicuntur. Sic Ammianus Marcellinus: Comes, inquit, orientis Nebridius erat. item, Magontianæ comitem partis exulari morte multauit. item, Iuncto ad audiendi societatem Ursulo largitionū comite. ubi semper comes nomen dignitatis est. Hic uerò Mars comes cognominatur, magis uocabulo honoris quam de honestamenti ut comitem exponas pro eo qui comitetur, sequatur, foueat in bellum euntes, & in expeditionem atrocitalem progredientes. Vnde & in alio consimili cognomine secutor dictus, nimirum à sequendo. aliàs secutor nomen est gladiatorium, de quo apud Suetonium. Vspiam.] nullo in loco: nuspiam nullibi, nullo in loco. Sacrificatui.] ad sacrificandum. Potai.] Corrigo potatui, ut conueniat cum dictione illa sacrificatui, est enim sensus, uinum non habemus potatui: hoc est, ad potandū satis copiosum ac sufficiens: ideoq; id querendū est, assumptis comiibus. Legate.] tradite, mecum mittite. Salustius: Tres adolefcentes in Africam legantur. Quis.] quibus. uetus elocutio. Castellum.] Præter notissimam significationē, Castellum quoq; dicimus receptaculum, quod aquam publicam suscipit: ut docet Vlpianus, interpretamento interdicti prætorij de
aqua

aqua quotidiana et aestiua. Hoc significatu scripsit Plin. Agrippa fecisse castella 130, fontes centum 5. Hinc illud quoque Frontini ex eodem intellectu dictum est: Auctor castellorum, operum, lacuum Nerua. Et corrigendus est obiter vulgi error, castellanos uocantis praefectos artium: cum castellani ab his qui latine & puriter scribunt, dicantur castelli habitatores: sicut oppidani, sicut urbani. Praesto sunt exempla innumera, sed unum aut alterum, quod in praesentia suppetit, retulisse sufficiet. Liuius: Alotarum dein quidam, hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus. item: Stipens a castellanis colligens. & quoniam a Luio mentio fit. Alotarum, scito Alotas dici ab historicis, seruitia famulitiamque Lacedaemoniorum, quales Penelethe Thessalorum, quorum meminit Aristoteles in Politicis. Aram cespitum uirenti. Cespitiam aram significat. sic enim appellatur, ex cespitibus constructa, quibus simplicitas rustica antiquitus mensas torosque conficiebat, quod Tibullus signat illo uersus: Cespitibus mensas, cespitibusque torum. Plin. ait cespites castrorum uallis accommodos esse. De aris cespiticijs mentio fit a Iulio Capitolino, in descriptione Hecatombes, cuius uerba subiici, quae sunt haec: Hecatombe tale sacrificium est, centum arae uno in loco cespiticiae extruuntur, & ad eas centum sues, centum oues mactantur. Cespiticium quoque tribunal antiqui dixerunt, quod erat militare atque castrum, quod ex cespitibus in castris milites factitabant, quod denotat Lucanus, cum ait in 5. Pharsaliae, Stetit aggere fulti Cespitis intrepidus uultu.

Vinariis utres.]

Hircini utris uina
rij cinis, ut inquit

Nec multo post adueniunt
illi uinariis utres ferentes, &
gregas

gregatim pecuâ cōminantes, unum prælectū grandem hircum, annosum & horricomē, Marti secutori comitiq; uictimant, & illico prandium fabricatur opiparē. Tunc hospes ille: Non modò, inquit, expeditionum, prædarumq;, uerùm etiam uoluptatum uestrarum ducem me strenuū sentire debetis. & aggressus insigni facultate, gnauiter cuncta præministrat, uerrit, sternit, coquit, tuceta concinnat, apponit satulē: sed præcipuè poculis crebris, grandibusq; singulos ingurgitat. Interdum tamen infimulatione promendi quæ poscebat usus, ad puellam comecabat assiduè, partesq; subreptas clanculo, & prægustatas à se potiones, offerebat hilaris. At illa sumebat appetenter: & nonnunquam basiare uolenti, promptis sauiolis adlubescebat. quæ res oppidò mihi displicebat. Hem oblita es nuptiarum, tuicq; mutui cupitoris, puella uirgo: & illi nescio cui recēti marito, quem tibi paren-

plin. sanguinem
sistit. Pecua.]
Annotatum aliubi est, uetustissimos dixisse hoc pecu singulariter, & hæc pecua pluraliter: quod Priscianus docet in 6. unde pecuarum homines dicti, qui pecuarias habent: & pecuaria, pecoris pastio, cuius pecus est fundamentum, ut memorat Varro. pecuatus quoq; pro stulto apud antiquos usurpatur. Comminātes. Istimul agentes. Minare enim est agere gregē, & ante se propellere. quod uerbum in quotidiano sermone uulgi est, & in usu eruditorū. In libro Hieremias scriptura

scriptum legimus,
Me minauit &
adduxit in tene-
bras. item, Simul
agricolæ & mi-
nantes greges.

Prælectum.] Si-
gnificat eximiam
siue egregiam ui-
ctimam. eximie
enim siue egregiæ
hostiæ dicuntur

nomine sacerdotali, quæ ad sacrificium destinatæ eximan-
tur e grege: uel quòd eximia specie, quasi offerendæ numi-
nibus, eligantur. auctores Macrobius, Neratius, cæteri. Su-
per quo ita scribit Donatus: Eximij sunt porci maiores,
qui ad sacrificandum electi sunt: boues, qui ad hoc ele-
cti sunt, egregij dicuntur, & oues lectæ. Virg. Ma-
Etant lectas de more bidentes. Mos autem in præli-
gendis bidentibus, auctore Seruio, ille seruabatur, ne ha-
beant caudam aculeatã, nec linguam nigram, nec aurem
fissam. Hircum.] Pomponius in Atellana, Marti uer-
rem sacrificandum dixit, cum ait: Mars tibi uoueo factu-
rum bidenti uerre. ubi facturum accipe, pro sacrificaturũ.
M. Cato in re Rustica, Marti solitaurilia sacrificat, cuius
uerba subscripsi: Mars pater maeste hisce solitaurilibus la-
Etantius esto. sunt autem solitaurilia, sacrificia ex sue, oue,
tauro facta: unde & nomen. de quo sacro Lilius, Quin-
til. Asconius, Festus, cæteri. Horriconem.] horrentibus
nullis hispida & hirsutum. Victimant.] sacrificant.
uicti-

uictimare, est uictimam immolare. unde & uictimarij dicitur. Et, qui praesent immolationi uictimarum. Apud Suetonium culturarius significatur minister sacrorum, qui cultro uictimat, hoc est immolat hostiam. Popas quoque tales ministros uocant, & ita leges apud eundem Tranquillum in Caligula, Succinctus poparum habitu: id est, uictimariorum. Hoc obiter annotaui, ut retractarem locum Suetony, quem per incuriam dormitans transmiseram: apud quem in omnibus codicibus legitur, pomparum habitu. Tercior lectio & doctior est, poparum. Locum hunc Hermolao Barbaro acceptum referimus: est enim ingenui, ut scis, pudoris, fateri per quos profeceris. Opipare.] laute, ueteres opipari dixerunt, magnarum opum apparatus. Scribit Cicero, se accepisse Caesarem iucunde, opipare & apparatus. Hospes ille.] Nouicius ille significatur, cui ducatum latrones detulerant. Verum etiam uoluptatum.] Sicut, inquit, in paranda praeda & expeditione obeunda uobis fui dux ita & in uoluptatibus cibariae rei condiendae concinnator, structor, primarius esse discipulo: & ipse semet quasi symposiarcham & architriclinum ulroneus exhibet. Gnauiter.] Strenue & celariter. Verrit.] Qui apparatus caenam, curat ut uersa & munda omnia sint, iuxta illud Satyrographi: Verre pauimentum, & nitidas ostende columnas. Cato praecipit, ut uillica uillam uersam mundamque habeat. Prisci deam nomine Deuerra colebant, quae praerat uerrendis domibus. Scoparium uocant conuerritorem, hoc est ministrum illum qui scopis uerrit domum, & cuncta uenustat. Sternit.] Plautus eleganti uocabulo lectisternatorem appellat, qui lectis mensisque, sternendis praestit. sic enim ait in Pseudolo: Tu esto lectisterniator,

tu argentum id extruio. Tuceta concinnat.] edulia
 preciosa concinniter facit, paratq; , qua sint tuceta. Quid
 concinnare significet, supra annotatum est. Satule.] a-
 bundanter & copiose, quasi à satis dictione deducta.
 Quid si legas scitule? quasi iucunda omnia, scitiq; saporis
 apposita esse significet? Poculis cre.] Prima cratera ad
 sitim pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad uolupta-
 tem, quarta ad insaniam. Bacchus triplicem uim possi-
 det, ut inquit Aesopus fabulator, τὴν μὲν ἐπὶ τὸν πόθον, τὴν δὲ
 εὐφροσύνην, τὴν δὲ ἐπὶ τὸν νότον: hoc est, primam
 quidem uoluptatis, secundam ebrietatis, tertiam insanie
 & furoris. Ex uino, ut inquit Plin. rerum omnium obli-
 uio est, morsq; memoria. Vino sapientia obumbratur, inge-
 nium obruitur, uigor animi impeditur. In hanc sententiam
 inquit A. Gell. crebris & ingentibus poculis omne inge-
 nium ingurgitabat. In simulatione promendi.] Sen-
 sus est, dum simulat se promere uelle, & ad mensam infer-
 re quæ usui conuiuiali erant necessaria, itabat subinde ad
 puellam, illiq; partes eduliorum gaudibundus offerebat:
 hoc autem faciebat tanquam sponsus ad sponsam. à pro-
 mendo promus dictus, qui præest promendis cibarijs, ex
 promptuario. sic enim appellatur cella penuariaria. Plaut. E-
 go sum promus condus, procurator peni. Apuleius graphi-
 cè promum librorum dixit, qui præest promendis libris, &
 quasi bibliothecarius est. à Boetio promptuaria memoriae
 eleganti translatione dicta sunt, quasi repositoria, quibus
 doctrinæ memoria concredidit, quæ præsto sunt ac depro-
 muntur eadem exigente. Partes.] escarum scilicet &
 eduliorum. Suet. in Caligula: Equiti Romano contra se hi-
 laribus auidiusq; uescenti, partes suas misit. Cyrus, ut memo-
 rat Xe-

erat Xenophon in Pædia, quæ ex amicis ebaris, honoratissimi
 mumq; haberi uolebat, ad eum mittebat partes cibariorum ex
 mensa. De hisce obsoniorum partibus conuiuialibus, supra co-
 piose scripsi, explicato graeco prouerbio. Præguſta-
 tas.] Inde præguſtatores dicti, qui epulas & pocula præ-
 guſtant in mensa principum, explorantq; ne quid ueneno
 infectum inferatur: auctor est Tranquillus. Epulanti
 Claudio, uenenum datum est per spadonem præguſtato-
 rem. Appetenter.] Sitienter, auidè, cupienter. appeten-
 tiam eleganter appellat Plin. appetitum. M. Tul. ait, Ro-
 manos gloria appetentes fuisse ultra ceteras gentes. Appe-
 tones dixit antiquitas, homines appetentes & cupidos.
 Saniolis.] osculis amatorijs. Adlubescere.] lubens
 accedebat, placebatq;. Adlubescere enim, ab eo quod lubes-
 cere dicitur est. Plaut. in Milite: Hercle uerò iam adlubes-
 cit primulum. ubi adlubescit significat, lubere, hoc est pla-
 cere incipit. adlubescit dicitur, pro liuere incipit: hoc est, li-
 uidu fieri. Oppido.] ualde. En oblita.] Asinina indi-
 gnatio, & quædam quasi secum ex postulatio, de puella
 quam uiderat iuueni arridentè, ignorans scilicet hunc esse
 uirginis maritum, qui latro esse credebatur. Mutui
 cupitoris.] sponsi scilicet & mariti, qui te mutuiter cupie-
 bat. Nescio cui.] De homine nobis ignoto sic loqui-
 mur. Plaut. Hic nescio quis loquitur. Hunc adue.] Ma-
 gnum pondus est, ut inquit scitissime Donatus, in pronomi-
 nibus. sic Propert. iste quod est, ego saepe fui. Affectione
 cal.] posthabito amore coniugali, postposita uerecundia:
 qua deposita, uirtutes omnes in fœmina corruunt. Et
 gladios istos.] Expressit habitum cultumq; latronum, qui
 semper gladijs accincti sunt, qui semper lanceas in mani-

bus gestant. Germani frameas uocant lanceas breui ferro, & ita ad usum habili, ut eodem telo (prout ratio poscit) uel cominus uel eminus pugnent. alias framea dicitur gladius. Scortari.] libidinari, lasciuire, & instar scorti pluribus corpus prostituere. proprie scortari (ut docet M. Varro) est, meretriculam ducere: quod pertinet ad uiros. inde & scortatores dicti sectatores scortorum, atq; meretricarij. Recurres ad asinum.] Hoc secum mussabat Apuleius. saluti suæ metuens: ne scilicet iterum sententia latronum morti simul destinaretur. De alieno corio.] Prouerbiale est, quod significat, quasi tu dicas, alieno, non tuo periculo ludis: ut corium meum, & cutis, propter ludum tuum lancinetur: ex libidine tua periclitabor, impudicitia tua mihi magno constabit. Metaphora sumpta ab his lusoribus, qui ludunt de aliena pecunia, quorum alea fit cū aliena iactura. Potes hoc quoq; referre ad nummos, qui olim ex corio fiebant. & Numa Pompilius, ut scriptores annotauerunt, in congiario dedit asses scorteos: sic enim nominantur nummi ex corio facti. Hinc illud Hieronymi: De thesauris tuis ne scorteum quidem nummum proferre possis. Donatus quoq; in commentarijs Virgilianis, Pecuniã autumat ex corio bubulo prisca temporibus fuisse: et inde dictã pecuniã, quod ex pecore fieret. Placet simpliciter exponas, ut ludis de alieno corio dictũ sit propter asini pellẽ: sicut dicimus, ludis de alieno auro, quando quisquam non suam, sed alienam pecuniam ludit in foro aleatorio: ex quo fit, ut qui ludit, impune ludat, citra sollicitudinem: altero, cuius pecunia luditur, anxio & periclitante. Apud Plaut. Concidere corium est, lacerare flagris tergum & pellem hominis uapulantis: & ita est exponendum.

ponendum. cui subscribit illud Senecæ, scribentis in Suasorijs: Quod filius M. Tully flagra protinus & afferrī iussit, & Ciceroni patri de corio Celestij satisfecit.

Dum ista sycophanta ego mecum maxima cum indignatione disputo, de uerbis eorū quibusdam dubijs, sed non obscuris prudenti asino, cognosco, non Hemum illum prædonem famosum, sed Lepolemū, sponsum puellæ ipsius. Nam procedēte sermone, paulo iam clarius, contempta mea præsentia: Qui uere mortui, bono animo es, inquit, Charite dulcissima. nā totos istos tuos hostes statī captiuos habebis. & instantia ualidiore uinū iam immixtum, sed modico tepidum uapore, faucijs illis & crapula uinolentiaq; madidis, ipse abstemius non cessat impingere. & Hercules suspicionem mihi fecit, quasi soporiferum quoddam uenenum cantharis immisceret illis. cuncti deniq; sed prorsus omnes uino sepulti iacebāt, omnes parim parati morti. Tunc nullo

Sycophanta.] calumniator, falsus incusator, qui falso puellam mecum accusabam: cum ille cui adlucubescerat, esset sponsus uirginis. *ovonopæridau* apud Græcos est calumniari, sycophanta dicitur calumniator. Qui sycophantam dici autumant sicorū comedonem, labuntur errore non dubio. Sed super hoc uerbo aliubi plura. Prudenti asino.] Quæ scilicet asinus prudēs & solers, qualis erat Apuleius, intelligere potuisset. Famosum.] Significāter loquutus est.

famosus enim dicitur quidem inelytus, sed ex malis artibus ut famosos appellat iuriscōsulti, eos qui infamia notantur. Iam carius.] Lege clarius, id est, clariore uoce, & subaltiore. Qui uere mortui.] Obelo expungendū hoc est, tanquam subditiciū, & alieno loco inculcatum: nec enim conuenit exponere, operantes Veneti iacuerunt quasi mortui, atque animam anhelantes: nec ad latrones referri congruenter potest, quod tanquam mortui quieuerint, obruti uino, & crapula consepulti. Es.] sis, esto: uetus locutio. Charite dulcissima.] Hoc nomine, quod Gratiarum nomen est, quod gratiam significat, captiua haec puella nominabatur. Dulcissima.] Ex affectu coniugali dictum. nam ut uetus prouerbium est, Sua cuique sponsa est dulcis: & in primis dulcissima sunt uxores primis diebus illis & noctibus, quae plenae sunt amoris, plenae dulcedinis, plenae mellitissimae suauitatis. Tuos.] Hostes significat. Vinum iam immixtum.] Denotat uinum propinatum fuisse latronibus, à sponso Charites medicatum, commixtumque uenenis, uel potius medicamentis soporiferis: quale opion est, qui succus est papaueris, uisumifica praecellens, cuius largior copia mortifero somno necat. Saucius.] Vinum instar teli cerebrum ferit fumiculentis aspergine: auctor Macrobius in 7. Saturnal. Crapula.] Aristot. in problematis ad uinum pertinentibus Crapula, inquit, est feruor quidam & inflammatio, quae plus confluat quam temulentiae quod mentem illa quatit & alienat, crapula autem mentem sibi constante dolorem

admo

ad mouet. Plin. in 23. Resignatum uinum, inquit, nulli con-
 ducit, capitis dolorem & uertiginem facit. ab hoc dicta
 crapula est. Quibus uerbis signare uidetur, crapulam ἀπὶ
 ρῆς κῆρας, id est à capitis dolore nominatam. Idem in 9.
 crapulam ait flore resinæ crudo, & feritatem nimiam,
 frangi; uirus. Græcè dicitur ἡγαυράδα. Abstemius.]
 sobrius, & uino abstinens. prisci enim uino temetum no-
 men indiderunt. Vnde temulentia appellata, ebrietas; &
 abstemius dictus sobriosus, quasi abstinens temeto, hoc est
 uino. Abstemius quoq; dictus, qui abstinet: ut apud Horat.
 In medio pоторum abstemius. Hercules.] Certè, per
 Herculem: aduerbium est. Impingere.] ingerere: aliàs
 illidere. Hieronymus: Impegi in Daniele. Venenum.]
 Qui uenenum dicit, ut scribunt iurisperiti, ad huc de
 bet utrum bonum sit, an malum. nam & medicamenta
 uenena sunt. Græci pharmacon dicunt, quod nos uenenū:
 quo nomine apud illos quoq; tam medicamenta quàm no-
 xia uenena continentur. est ergo uenenū τὸν μέσον, quod
 inter ancipitia uocabula numeratur. Cantharis.] po-
 culis uinarijs. cantharū Libero patri dicatum, ut scyphum
 Herculi, sciunt omnes. in cælo est cantharus, tribus stellis
 constans: in aquario, ut docet Maternus. Obiter annotan-
 dum, Græcè κῆρυκος dici scarabeum: de quo intelligen-
 dum apud Laertiiū, scribentem, deorum colloquia fieri per
 cantharum & accipitrem. Fides interpretis, per scarabeū
 dicere debebat. scarabeū autem inter numina Aegyptio-
 rum coli, testis est Plin. in 30. Idem in 11. tradit, locum esse
 in Thracia paruum, appellatum Cantaroletron, à perni-
 cie scarabeorum, in quo unum hoc animal exanimatur.
 Est & cantharias gemma, ab effigie scarabei cognominata

ta. Vno sepulchri.] Virgilius: Somno uinoq; sepulti Pro-
cubere. Negocio.] difficultate. Impeditis.] illigatis.
impedire enim, sicut compedire, est innectere & illigare.
Horatius: Nunc decet umbrosa nitidum caput impe-
dire Myrtho. Hieron. uinculatos dixit, pro uinculis impe-
ditos: scite magis quam eloquenter. Imposita dorso.]
Lucianus narrat, manum militarem ad latrones capi-
endos accessisse: interq; illos milites fuisse sponsum uir-
ginis captivæ, qui puellam dorso impositam ad suos
reduxit.

Ad uotiuū con-
spectum.] ad opo-
tatum & uotis ex-
petitum specta-
culum. Votiuus e-
nim hoc in loco si-
gnificatur, uoto
desideratus. Alias
uotiuum dicimus,
quod ex uoto des-
betur et soluitur:
sicut ludī uotiuū,
apud Liuiū. et as-
pud Horatiū: Pa-
scitur in reditū ue-
strum uotiuua ius-
uena. Votiuum
ueteres dici uolu-
erunt, religione
aliqua prohibitu,

Quam simul accessimus,
tota ciuitas ad uotiuū conspe-
ctum effunditur, procurrunt
parentes, affines, clientes, alū-
ni, famuli læti, faciem gaudio
delibuti. Pompam cerneret
omnis sexus, & omnis aratis:
nouumq; & Hercules memo-
randum spectamen, uirginem
asino triumphante in. Deniq;
ipse etiam hilarior pro uirili
parte, ne presenti negotio ut a-
lienus discreparem, porrectis
auribus, proflatisq; naribus,
rudiui fortiter, imò tonāti cla-
more personui: & illā thalamo
receptā cōmodē parētes sui fo-
uebant: me uerò cum ingenti
iumentorū ciuiumq; multitudine,
confestim retro Lepolemus
age

agebat, nō inuitū. nam & aliās
curiosus, & tunc latronū capti-
uitatis spectator optabā fieri:
quos quidem colligatos ad-
huc uino magis quam uinculis
deprehendimus. Totis er-
go prolatis erutisq; rebus, &
nobis auro & argēto ceterisq;
onustis, ipsos partim constri-
ctos (uti fuerāt) prouolutosq;
in proximas ripas præcipites
dedere: alios uerò suis sibi gla-
dijs obtruncatos reliquere.

siue interdictum.
Parētes.]affines.
Dialyton est, siue
asyndeton, q̄ ex-
ornatio à nostris
dicitur Dissolutū
quæ fit, quando
oratio nulla con-
iectatione inter-
posita, simpliciter
effertur: ut, Eunt,
quæerunt, inueni-
unt, afferūt. A-
lumni.] qui in illi

us domo alebantur. Latifaciem.] facie lætitiā præse-
ferētes. Archaismos est, usitata apud ueteres elocutione. Sic
Virgilius: Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluētes. Gau-
dio delibuti.] læticia, & ut Heronymi uocabulo utar, gau-
dimonio repleti, perfusiq;: tales gaudibundos appellāt. Ad
animum transtulit, quod est corporū: imitatus Terentium
sic scribentem in Phormione: Satin est, si delibutum gau-
dio reddo? Delibutus proprie unctus & unguento nitens
dicitur. Spectamen.] Spectaculum. Ut alienus discre-
parem.] Præsentī negotio discrepat perinde ac alienus,
qui se rebus præsentibus non accommodat, qui in læticia
publica tristatur, qui hilaro omnium uultu frontem cor-
rugat. Prudentis est (ut aiunt) seruire temporibus. ille lau-
datur ut circumspectus & consultus, qui præsentī negotia
se se comparem præstat: qui facit, quod Plauti Sotia: uultū
o uultu cōparati: tristis sit, heri si tristis: hilarus sit, si gau-
dent.

dent. Proflatis naribus.] largo copiosoq; flatu anhelantibus. sic Virgil. Proflat de naribus ignem. Rudiui.] A sinorum proprie rudere est. sicut binnire equorum, balare ouium. Geta Romanus Imperator habuit hoc familiare, ut tales grammaticis quaestiones proponeret, ut illi dicerent animalia singula quomodo uocem emitterent. uerbi gratia: agni balant, porcelli grunniunt, elephanti barriunt, tauri mugiunt, asini rudiunt. Retro Lepolemus agebat.] Lucianus cocisior, Apuleius liberior. in Luciano mentio nulla fit de Lepolemo retro agente iumenta, & redeunte ad latrones morte multandos. Colligatos adhuc uino magis.] Maius sane est uinculum ad alligandos homines uinum, quam funes, quam pedicae, quam compedes. Vinum luctator dolosus est, ut inquit eleganter Plautus: pedes captat primum, ut Vergilius de iua scribens dixit: Tentatura pedes primum, uincturaq; linguam. Vinario uinculo colligatus, & corpore toto & animo pressus detinetur. Qui uult hominem uincire uinculis firmissimis, is uinciat uinculis uinarijs: quibus nihil firminus, nihil tenacius sane est ad homines alligandos. Prolatis.] de proptis, & in propatulum eductis. Nobis.] Significat se asinum, & caetera iumenta fuisse onusta praeciosis rebus. Praecipites dedere.] Graeci ἰππῶν κατὰ τὸ ὑψὺν dicunt: pro eo quod est, praecipites ex praecipitio dedere. Suis sibi gladijs.] Prouerbiale est. Terentius in Adelphis: Suis sibi gladio hunc iugulo. ubi exponit Donatus, ueteres sic solitos loqui, non suo, sed suo sibi gladio.

Custodela.]

Sic à custodia custodela, ut à fuga fugela, ab umbra

Tali uindicta laeti & gaudentes, ciuitatem reuenimus: & illas quidem diuitias, publica custodela

stodela commiserere. Lepolemo
 puellam repetitam lege tradi-
 dere. Exin me suum sospitato-
 rem nuncupatum, matrona
 prolixè quæritabat, ipsòq; nu-
 ptiarum die præsepium meum
 ordeo passim repleri iubet, fœ-
 numq; camelo Baétrino suf-
 ficiens apponi. Sed quas ego
 condignas Fotidi diras deuo-
 tiones imprecer, quæ me for-
 mauit non canem, sed asinum?
 quippe cum uiderem largif-
 simæ cœnæ reliquijs rapinisq;
 canes omnes inescatos atque
 distentos. Post unicam noctē,
 & rudimenta Veneris, recens
 nupta gratias summas apud
 suos parentes ac maritum mi-
 hi meminisse nō destitit, quo-
 ad summos illi promitterent
 honores habituri mihi. Con-
 uocatis deniq; grauioribus a-
 micis, consilium datur, quo po-
 tissimum factò dignè remune-
 rarer. Placuerat uni, domi me
 conclusum, & ociosum, ordeo
 lecto fabaq; & uicia saginari.
 Sed obtinuit alius, qui meæ li-
 bertati prospexerat: suadens,

umbella, à puera
 puella, aliaq; sex-
 centa. In Apolo-
 gia dixit: Nūc ma-
 gna fugela in gao-
 neum fugit. Anti-
 qui confugelā di-
 xerunt confugiū.
gracè dicitur uocari
 uocant carcerem,
 publicamq; custo-
 diam. hic signat,
 publica magistrā-
 tuū custodiæ diui-
 tias fuisse cōmis-
 sas. Repetitale
 ge.] Ex præscri-
 pto legis & foro-
 mula repetitur à
 sponso sponsa cae-
 pticia. lex præte-
 rea est, ut uir for-
 tis præmio quod
 optauerit done-
 tur Quidam for-
 titer facit: po-
 uit pro præmio a-
 lienam uxorem,
 & accipit. Ex
 imetū.] Lego exin
 me suum

me suum. Sospitatore[m].] seruatorem. Sospitare est seruare. Pacuius: Populum faustum semperternè sospitent. Sospitas est salus. Cassiodorus de medico: Visitatio tua sospitas sit aegrotatiu. Curruabat.] Corrigendum est, queritabat: ut sit sensus, Sponsa illa captiua me tunc maxime querebat, utpote ipsius sospitatore[m]. Vel lege quiritabat, quod

est in clamabat, uocitabatq; & de me plurimum sermonebatur. nam proprie quiritare is dicitur, qui quiritium fidem clamans implorat: ut docet M. Varro. Quiritari, inquit Donatus, ueteres dicebant, quirites conclamari. In hanc sententiam Lucianus *πρωὴν ἄγρον ἀχρῶν καὶ αὐτοειρημίας*. id est, de me concaptiuo multum fabulata est. Hordeo repleri.] Lucianus: *ἀπὸ τοῦ πωπίνου τοῦ πρὸς τὴν πρῶτην καὶ πρὸς τοὺς ὄφεις καὶ τὰ μύθημα* in arvis. id est, Prandium apponebatur mihi medimnus hordei, & fœnū uel camelo sufficiens.

Baetri

ut rurestribus potius campis in greges equinos lasciuens discurrerem, daturus dominis equarū in scensu generoso multas mulas alumnas. Ergo igitur euocato statim armentario equifione, magna cum præfatione deducendus assignor: & sanè gaudens lætusq; præcurrebam, sarcinis & cæteris iam nunc renunciaturus: naçtaq; libertate ueris initio, præter herbentibus, rosas utiq; reperiturus aliquas. Subibat me tamen illa etiam frequens cogitatio, quod tantis actis gratijs, honoribusq; plurimis a sino meo tributis, humana facie recepta multo tanta pluribus beneficijs honestarer.

Bactrinæ.] Camelos inter armenta pascit oriens: quorum duo genera, Bactriani uidelicet, et Arabici, qui in hoc dif-
ferunt, quòd Arabici bina tubera in dorso habent, singula Bactriani, & in pectore alterum cui incubant: oderunt e-
quinum genus, sitim et quatrinduo tolerant, lutulētias aquas
libenter potant: aliter potu non gaudent. auctores Plinius,
Solinus, Aristoteles, ceteri. annotauimus, apud iuriscōsult.
tit. de munerib. camelariam dici curationem camelorum,
qui publica pecunia alebantur. & camelarios, ipsos cura-
tores: quod sanè munus personale est, ut scribit Archadius.
Bactrianum uerò regnum olim mille urbibus inclytum fuisse ferunt. Vir. Nec bactra, nec Indi Laudibus Italiae cer-
tent. Deuotiones.] execrationes & maledicta. Non
canem.] Incusat & tacita deuotione testatur Fotidem Mē-
lonis ancillam, quòd non in canem potius ab ea transfor-
matus sit, ut ita posset uesci reliquis cœnæ opulentioris
quod canes factitare consueuerunt, qui culinas unctiores
sectantur. Lucianus: ἰγὼ ἢ τότε μέλιτα κατασώμω τὴν πα-
λαίστραν, ὡς ἔνοιμι, καὶ ἐκείνα τῆ τέχνη μεταδῆσαι. ἰώρων
γὰρ τὸς νέκρας αἰς τὴν ἀναίον παρασιόντας, καὶ λαφύροντας
πολλὰ, καὶ ἴσα ἐν γάμοις πλεσίωυ νυμφίωυ. id est, ego tunc
maximè Palæstrā detestabar, quæ me a sinum, non canē,
arte sua transformasset: aspiciens uidelicet canes introcun-
tes in aulam, & multa deuorantes, qualia in nuptijs diui-
tum sponzorū esse solent. Inescatos.] quasi esca cap-
ptos. Teren. Nescis inescare homines. trāslatio, sumpta ab
his qui esca & cibo capiuntur. Distentos.] saturos,
plenos. Plin. in Panegyrico: Distētus solitaria cœna. Virg.
Distendunt nectare cellas. Ad animum quoq; transfertur,
ut apud eundem: Cum sis distentus imperij curis. Rudis
mentis

menta Veneris. id est, post habitas primas cōiugales palæō
 stras uirginales, post dulcissimam illam noctem marita-
 lem, quæ plena uoluptatis, plena omnifariæ suauitatis est.
 Mibi.] in beneficium meum & commodum. Illi.] pro-
 rentes ac maritus. Gratias summas.] Lucia. *χάρει μοι*
ἵνα ἰδῶ πατέρα ἵκεν *παρὰ τῷ πατρὶδι* est, dixit domina apud
 patrem mihi gratiam habere, ac meminisse. Ordeo les-
 eto.] Potes seiunctim legere, ut Ordeo & cubili molliori
 dicat asinum saginandum. potes etiam iunctim copulateq̃
 connectere, ut ordeum lectum exponas pro electum &
 eximium, atq; sincerum, omnibus purgamentis excusis.
 Vicia saginari.] Non pauci sunt qui existimant, summum
 bonū esse ocium, uentrisq; delicias. Ex hoc quidam censuit
 saginandum esse asinum cibarijs congruentibus, qualia
 sunt ordeum & uicia. Plin. uiciam ait feri oportere Boote
 occidenti: quod & Virgil. præcipit. Rurestribus cam-
 pijs.] rusticis & uillaticis. Ita suprâ: sic Sidonius & alij
 sapissime loquuntur. In greges equinos.] Cum grex
 proprie minoris pecoris sit, armentum maioris, ἀνὸς ποτὶ
 dixisse uidetur equinos greges. Sed Columella, M. Tullius &
 cæteri greges armentorum dicunt. M. Varro greges equo-
 rum & equarum dixit: quoniam scilicet grex nomen ge-
 neralius est, armentum specialius. Legato usufructu gregis
 uel armenti, debet ex agnatis gregem supplere, ut scri-
 bit Vlpianus. Equitium eleganti uocabulo dicitur armentū
 equinum, qua dictione iurisconsulti frequenter utuntur.
 Inde equitarius dictus armentarius, quasi præfectus equis.
 Firmicus Maternus refert, equitarium futurum, qui na-
 tus fuerit oriente centauro. Lucianus in hanc sententiam
καίτοι οὐκ ἰσχυρὸν ἀγρίων ὑπαιθροῦν, καὶ σὺν ταῖς ἀγελαῖσι
ἵπποις

ἐπιπυρὶς ὑμῶν. Iussit liberum asinum sub diuo emitti in
 greges equinos, & pasci. græci ἀγίλλου gregē dicunt. In-
 scensu equarum.] subagitu & admissura. ab inscendere
 inclinatum, inscensus nomen. Mulas alumnas.] Ex asī
 no & equa mulus gignitur: ex equo uerò & asina genit-
 os, binnulos antiqui uocabant. M. Varro in secundo de re
 Rustica: Ex equa, inquit, & asino fit mulus, cōtrā ex equo
 & asina binnulus, uterq; eorum ad usum utilis. Aristot.
 in 6. de Animalibus, hipphelas uocat, nostri equimulgos
 interpretantur: qui sunt pulli asinorum, sugentes lac-
 quinum. ita enim fit, ne à coitu equarum mox arceantur.
 ex onagro (qui est asinus siluestris) mansuetudo, & equa,
 generantur mula ueloces in cursu, duritia eximia pedum:
 onagro & asina genitus mulus omnes antecedit. in gene-
 ratione mularum, quo seminio sit asinus spectatur. Arca-
 dici enim in Græcia, Reatini in Italia, admissarij sunt præ-
 stantissimi. Mulas non calcitrare, cum uinum biberint, au-
 ctor est Plin. in 8. & in 30 alumnas mulas dixit, uel quasi
 asino genitas, uel quia (ut ait M. Varro) mulos & mulas
 nutricantes educamus. Armentario equifone.] Lucianus
 ἐπιπυρὶς uocat, quem Apuleius armentarium equifo-
 nem nominat. græcè enim ἐπιπυρὶς pastor equorum, &
 armentarius nuncupatur: equifones equorum moderato-
 res & magistrōs dicunt, qui & equitarij nuncupantur.
 De equifonis uasamento scribit Valerius Maximus in se-
 ptimo. Præterea, ut annotāt grammatici omnes, quibus re-
 gimen conceditur cuiuslibet rei, equifones dici posse, uete-
 res uoluerunt. Armentarium uerò, armenti pastorem dici,
 ab armentoq; deduci, nullus ignorat, qui uel tantum leges
 rit illud ex poeta uulgatissimum: Armentarius Asfer agit.

Hyadum.

Hyadum sydus in horoscopo armentarios facit, bubulcos, ouiumq; pastores, ut docet Maternus in septimo matheos. M. Varro refert, se curasse ut armentarius suus crebro aliquid de Magonis libris legeret, quibus remedia continebatur pertinencia ad armentici pecoris sanitatem. Equitium ponunt iurisperiti tit. de usufructu, pro uniuersitate gregis equini. Item tit. de usu & habitatione scriptum sic est: Equitij quoq; legato usu, uidendum ne & domare possit, & ad uehendum sub iugo uti. Natus oriente centauro (ut inquit Firmicus Maternus) aut auriga erit, aut equorum nutritor, & equitarius. Sarcinis renunciaturus.] Lucianus, ἐγὼ ἐχάρημι ὡς ἀνέτι ἀχρηστώτων. Ego Leotabar, utpote qui non esse deinceps sarcinas laturus. Herbantibus.] herba uirentibus, & herbescere incipientibus pratorum epitheton commodissimum. Ambrosius in Hexamero primo: Germinare, deinde herbescere campos statuit. Idem, uiriditatem pratorum herbescentem decenter appellat. Subibat cogitatio.] in mentem ueniebat. Plin. subit recordatio. Pluribus beneficijs.] Sensus est: Cogitabam ipse mecum, si mihi asino tot honores tributi sunt; tantæ gratiæ repensæ, quanto magis honest labor, & pluribus beneficijs afficiar apud istos, ubi gustatis rosas humana faciem recepero, & in pistrinum Apuleium reformatus afficiar?

Gregarius.]

A grege gregarius dictus, magister gregis, quem paulo ante nominauit armenta

Sed ubi me procul à ciuitate gregarius ille perduxerat, nullæ deliciae, ac ne ulla quidem libertas excipit. Nam protinus uxor eius, auara quidem, nequissimaq; illa mulier, molæ machi-

machinarię sub iugum me dedidit: frondosoq; baculo subinde castigans, panem sibi suisq; de meo parabat corio. nec tantum sui cibi gratia me fatigare contenta, uicinorum etiam frumenta mercenarijs discursibus meis conterebar. Nec mihi misero statuta saltem cibaria, pro tantis prestabantur laboribus. namq; ordeū meum frictum, & sub eadem mola meis quassatum ambagibus, colonis proximis uenditabat: mihi uerò per diem laboriosę machinę attento, sub ipsa uespera furfures apponebat incretos ac sordidos, multoq; la-
pide salebrosos. Talibus ærumnis edomitum, nouis fortuna sæua cruciatibus tradidit: scilicet ut (quod aiūt) domi forisq; fortibus factis adorię plenę gloriarer. Equinis armatis namq; me congregem pastor egregius, mandati dominici serus auscultator, aliquando permisit.

rium equisonem, qui à Luciano in *πρόσφορος* uel *uolūde* dicitur. Alias gregarius ponitur pro uilis, & promiscuis: ut gregarius miles. Gregales sunt, eiusdem gregis & sodalitię. Plinius equas gregales uocat, q̄ in grege sunt.

Mille delicia.] Legendum Nulla. Libertas.] Non solum hominibus, uerum etiam brutis animantibus, dulcissima libertas est: ut non immerito à iuriconsultis dictū sit, libertatem rem esse inestimabilem, & à Plauto scite scriptum est: Herce uerò liberum esse, id multo est lepidius
ff sumus

dius. Item in Captiuis: Omnes profecto liberi libentius

sumus quam seruiamus. Auibus quoque & feris, si se
 mel fugiendi data est occasio, satis est: nunquam post illas
 possis prendere. Molæ machinariæ.] Lucianus ait, *ἰσὶς
 εἰς τὴν τῶν ἰππῶν*: id est, præfectum equorum dedisse ip-
 sum uxori, quæ *μύλη ὑπὲρ ὄνυχον*, hoc est molæ subiugauerit.
 Molæ autem machinariæ nomine significatur hoc in
 loco mola pistrinensis, siue asinaria. unde & asinus mola-
 rius Catoni dictus. Idem memorat molas trusatiles, quæ
 sunt manuariæ: & quia manibus trudentur, ideo trusa-
 tiles dictæ. M. Varro, A. Gellius, & plerique alij memorie
 mandarunt, Plautum ob quærendum uictum operam pi-
 stori locasse, ad circumagendas molas quæ trusatiles ap-
 pellantur. Subiugum.] iunctim & prima acuta lego,
 ut sit dictione unica subiugus eleganter dictus, qui sub iu-
 gum mittitur, qui Græcè dicitur *ὑποσῆγιος*. Subinde.]
 identidem, frequenter. Castigans.] Exemplum elegan-
 tiæ: contra eos qui asserunt, castigationem pertinere tantum
 ad uerborum reprehensionem, obiurgationemque: quine-
 tiam apud iurisconsultos, qui latine & puriter loquuntur,
 scriptum legimus, inter genera pœnarum esse flagellorum casti-
 gationem. Castigare ergo ex auctoritate eruditorum, ad quæ
 ueluti ad anchoram confugiendum est, & ad uerba, & ad
 uerbera refertur. Vicinorum frumenta.] Lucian. scri-
 bit, asinum ἀνάμ τῶνδε ἡγεῖται ἵππας ἄσας, coactum esse mo-
 lere frumenta & ordea non solum dominorum, uerum
 etiam aliorum, cum misero ipsius cruciatu. Statuta ciba-
 ria.] Iusta indignatio: quod uidelicet post concinnata alio-
 rum cibaria, ipse legitimo & debito cibo fraudaretur.
 Namque & mercenarijs seruis cibarium iustum dandum
 est, quod seruo (ut inquit Seneca) dominus debet, Seruus
 qua-

quaternos modios frumenti accipiebat in mense (auctore
 Donato) & id dimensum dicebatur: utrum à mense, an
 à metiendo, incertum est. M. Cato cibaria ruris operarijs
 iusta ceu lege dari iubet. Ex præcepto Varronis, asinos la-
 boriosos fieri atq; hordeo largiore pascere debemus, &
 vires cibis suffundere, ne magno nequeant superesse labo-
 ri. hæc uerò secus factuabat. nam cum iugi labore crucia-
 ret asinum (quia fortassis legerat apud M. Varronem, quòd
 asinus in remissione laboris sit deterior) illum deinde mini-
 me copioso pabulo roborabat, tanquam ieiunium & fa-
 mes ita conduceret asino discursanti, ut homini lucubranti.
 ti. Hordeum frictum.] Ex Luciano, qui ait, *ἡγεῖται τὰς μὲν
 ἡγεῖται τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ φρύζου*, quod significat, prandium
 fuisse hordeum frictum. φρύζω enim est sicco, & frigo.
 Plautus dixit cicer frictum, intelligi uolens rem uilissimam.
 Quidam legunt fractum, referentes ad molam, qua cicer
 molitur, quassatur, infringitur: unde & faba fræsa. sequi
 tur enim, Et sub eadem mola meis quassatum ambagibus.
 Græci hordeum appellant *κρόκον*. inde tuberculum oculo-
 rum à Græcis crube nominatur, à similitudine uidelicet
 hordei, cuius & Cor. Colus meminit in 7. Ambagibus.]
 discursibus & circuitu multiuio, qui fieri solet à pistrinen-
 bus iumentis. Attento.] intento, & perseveranter ope-
 ranti. Terent. in Adelphis: Nimum ad rem in senecta at-
 tenti sumus. Furfures incretos.] Accipe incretos, permix-
 tos, non purgatos, neq; excretos. sequitur enim, Sordidos.
 sic Horatius in Sermonibus, Incretum puris circumposuiss-
 se catillis. ubi exponunt commentatores, incretum, permix-
 tum, uel incretos expone pro cribratos, qua scilicet elegan-
 tior scitiorq; expositio est. Incernere enim & succernere,
 est cribris & excussorijs repurgare. M. Cato, cum semen

serito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito altam digitum transuersum. Plin. in 18. Farinario cribro succernunt. inde incerniculum cribri genus uocant, de quo Plin. in 8. Ne frumentarij negociatores ab incerniculis arcerent. item M. Cato iubet, in supellectile uillatica habendum esse incerniculū unum. Furfures aut̄ increti, hoc est cribrati, haud dubiè deteriores uilioresq; sunt, cū farina sequestrata sit ac separata. Lucianus: *ἡ κριβρα ἀπὸ τῆς σιτίδος* id est, mihi fursur prandiū erat. Græci *κρίβρα* uocant fursurē, unde fursurei panes pityrii dicti: quorū mentio fit à Galeno in 1. de alimen. Rustici ueteres (auctore Gellio) apludam dixere fursurem frumenti, sicut flores uini fecem. Hinc illud, in esitantem fursureum panem, & uinum foetidum potantem: Apludam edit, floces bibit. Plin. uerò tradit, purgamenta milij & panici apludam nominari. Inter uitia corporis foeda sunt & fursures, quorū mentio apud Plin. frequens. canicas appellant fursures de farre: à cibo canum. Salebroso.] Signat panes fursureos, qui sibi in cibatu dabantur, fuisse lapillis plenos, & ob id minimè edules, cum aspredine fauces lancinarent, neq; mandi possent. Salebras dicunt asperitates saxorū. M. Tul. Nunquam in tantas salebras incidisset, item: Hæret in salebra. inde salebrofus, pro asper & durus. Virg. Non tam salebrofus ut antè. Domitum.] scilicet me. Fortibus fa. ado.] Prouerbiale est, de hominibus qui domi, foris, in urbe extra urbem, forti animo & subnixo labores eruminosos tolerauerunt, qui fortibus factis adoriam laudemq; consequuntur, qui gloriantur fortunæ cruciatibus sese haudquaquam succubuisse. Adoriam ueteres dicunt laudem, siue gloriam: quia gloriosum eum putabant esse,

esse, qui farris copia abundaret, quod ador nominatur. Plin. in duodevigesimo; Gloriam deniq; ipsam à farris honore adoriam appellabāt. Horatiani uerò interpretes exponentes illud Flacci, Qui primus alma risit adoria: tradunt, adoriam dici laudem bellicam, ex eo quòd adorandi sint qui laudem ex bello reportant. Congregem.] Sic ut segregem dicimus egregium, & à grege separatum, ob excellentiam: ita congregem appellamus gregi copulatum, cōmixtumq;. Seneca in Hippolyto: Segregem sparsit per agros. Mandati dominici.] A domino, dominicus deriuatur: inde res & rationes dominicæ frequenter apud iuriconsultos. & à Seneca non minus mordaciter quàm eleganter dictum est in epistolis ad Lucilium: Adyce obsonatores, quibus dominici palati noticia subtilis est. Pastor egregius.] Ironicos pronunciantum. Serius auscultator.] Serium auscultatorem nuncupamus, qui serio, diligenter, sedulo audit mandata domini, & ea nauiter exequitur. Sed hic quidē malim legere serus quàm serius, tanquam subindignanter dixerit Serius, hoc est tardus, lentus & cunctator: qui non statim mandatum dominicum peregerit, sed serò & cunctanter id tandem impleuerit. M. Cato duo hæc uerba Audire & auscultare, ita disparasse uidetur atq; disiunxisse, ut audire sit negligentis, & eius qui minime obsequi uelit: auscultare uerò, attendentis, & auditioni obtemperantis. Verba Catonis subscripti, quæ sunt hæc: Ita est cupidus orationis, ut cōducat qui auscultet: itaq; auditis, non auscultatis tanquam pharמעopolam. nam eius uerba audiuntur, uerum ei se nemo committat si æger est.

Liber.] solutus & nactus libertatem, quam semper expetiueram, qua nil dulcius est. Quas concubinas.] Festiuiter dictum in translatione speciosa à fœminis facta, quæ cœcubinae sunt uirorum. Ex eadem metaphora capræ dicitur uxores hircorū, ipsi uerò hirci capellarū mariti. Horatius: Quærūt latentes per thyma deuia Olenis uxores mariti. Iuriscōsulti scribūt, cœcubinā eam uocari, quæ cum uxor nō sit, cum aliquo tamen uiuit, quæ nomine minus honesto amica appellatur. quidam pellis eam uocant. Cui

At ego tandem liber asinus, lætus & tripudians, graduq; molli gestiens, equas opportunissimas iam mihi cœcubinas futuras deligebam. Sed hic etiā spes hilarior in capitale processit exitium. mares enim, ob admissuram ueterem pastifacienter, ac diu saginati, terribiles alioquin, & utiq; quouis asino fortiores, de me metuentes sibi, & adulterio degeneri præcauentes, nec hospitalis Iouis seruato fœdere, riuale summo furentes persequuntur odio. Hic elatis in altum uastis pectoribus, arduus capite, & sublimis uertice, primoribus in me pugillatur unguis. ille terga pulposis torulis obcœsa conuertens, postremis uelitur calcibus. alius hinnitu maligno comminatus, remulsiis auribus, dentiumq; candentiū renudatis hastis, totum me cōmorficat. Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos deuorandosq; porrigebat. Adeo præpotens ille

ille tyrannus, sic parcus ordei iuscunq; atatis cō
fuit, ut edacium iumentorum cubinā haberi pos
famem corporum humanorū se palam est, nisi
largitione sedaret. Ad eundem minor annis 12.
modum distractus & ipse uarijs equorum incurfibus, rur
sus molares illos circuitus re
quirebam. sit. Quæ in concu
binatu est, ab inui
to patrono pote
rit discedere, &

alteri se in cōcubinatu dare. Cōcubini quoq; dicuntur pueri
pathei, q in cōcubinatu sūt eorū q libidine obscæna et præ
postera oblemētatur. Quintil. in primo: Nostras amicas, no
stros cōcubinos uidēt. Hic spes.] Hæc spes. Mares.] ea
quos intelligit. Ob admissurā.] Admissura dicitur tēpus
& actio ipsa, qua mariti gregū admittuntur ad coitū fœtu
ræ causa. Papinius in Siluis: Expectatur equus, cuius de stē
mate longo Fœlix emeritos habet admissura parentes. Co
lumella, docens quæ ætas idonea sit ad admissuram uac
carum: Ex his, inquit, qui quadrimis minores sunt, maio
resq; duodecim annis, prohibentur admissura. admissarij
quoq; equi appellantur, qui peculiariter deliguntur ad es
quas incundas, causa stirpis propagandæ. In admissario
(ut inquit Palladius) quatuor spectanda sunt: forma, co
lor, meritum, pulchritudo. & ut præcipit idem Columella,
admissarius equus eo tempore quo uocatur à fœminis, ro
borandus est largo cibo, & eruo hordeoq; saginandus,
ut Veneri supersit: quantoq; fortiter inierit, firmitera femi
na præbeat futuræ stirpi. Vnus admissarius non minus q
15. nec plures quàm 20. debet implere: usq; admissuræ po
test & usq; in annos uiginti plerunq; idoneus esse. Quod
si admissarius iners in Venerem est, odore perfricatur de

terfis spōgia fœminæ locis, & admota naribus equi. Quod locos fœminæ dixit Columella, scito significari genitalia eoque. nam Columella, Cato, Celsus & ceteri, locos appellant uuluam, siue genitalia, de quibus Plinius sic in 11. Fœminis eadem omnia, præterquam uesicæ iunctus utriculus. Vnde dictus uterus: quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus uuluã. Cato locos fœminæ uitiosos dixit, intelligi uolēs fœminam catulientem, cuius genitalia uiri coitum sitienter appeterent. Satienter pasti.] abunde, opulenter, affatim roborati, refectiq;: cum ex admiffura uetere exhausti, lateribusq; (ut inquit Catullus) ex futuris largiore pabulo fuissent saturati, saginatiq;. Terribiles.] Notat suapte natura fuisse feroculos equos, & ci bi largitate ferociores factos. Cibus enim, ut inquit Plutarchus in problematis, insolentiam gignit. hinc illud Plautini: Satur homo est, habet profectò in uentre cōfidentiã.

Adulterio degeneri.] Scribendum est, degeneri. nam coitus asini cum equa inuisus infestusq; est equo generoso, tanquam degener & uilis. nec enim uidetur esse decorũ, quod asellus uilis & uulgaris uelit inscendere equas præstantiores, quarum mariti sunt equi, et non asini. ipse quoq; equæ dicuntur fastidire asellum subactorem & adulterum; iccirco, teste Plinio, præcipiunt equarum iubas tonderi, ut asinorum in coitu patiantur humilitatem. comãtes enim gloria superbire. Nec hospitalis Iouis.] Græci ξίνοπιον, id est hospitalem Iouẽ colũt, qui præest hospitibus, qui iura hospitalitatis inter hospites sancta illibataq; seruari iubet. de quo illud notissimum: Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. Verũ equi minimè reueriti Iouem hospitalem, polluto iure hospitij & fœdere, hospitem asinum

num incurfare cœperunt, tanquam riualem, qui eundem amoris quasi riuum peteret, & equis adulterare gestiret. nam, ut uerissimè dixit ille: Riualem possum non ego ferre Iouem. Aliubi annotatū est, riuales dici propriè qui ius habent aquam petendi ex eodem riuo: ex quo saepe rixa & concertatio exoritur. inde riuales dicimus, quasi in eundē amorem deriuantes. Quidam autumant riuales dici, æmulos de mulieribus: facta translatione à feris bestijs, quæ sitientes cum ex eodem riuo haustum petunt, in prœlia contra se inuicem concitantur. hinc riualitas pro ipsa æmulatione usurpatur. Vastis pectoribus.] Qui uasto & prægradi pectore præditus est, is pectorosus nominatur. In obsceno poemate: Nemo est feroci pectorosior Marte. Verbum uetus est Pectorare: quod significat, extra pectus eijcere. M. Tul. in 3. de Oratore: Nouantur, inquit, uerba quæ ab eo qui dicit ipso gignuntur. ut, Tum pavor sapientiam omnem mihi exanimato expectorat. Vastis ante pectoribus pluraliter dixit, ad enormitatem pectoris & firmitudinem *ἰσχυρῶς* declarandam, per exornationem Rhetoricam, quæ libro ad Herennium quarto intellectus nominatur. Arduus capite.] Secundum Virgilianam descriptionem: Illi ardua ceruix, Argutumq; caput. Pugillatur.] confligit, pugnat, colluctatur. translatio à pugillibus, qui pugillatu aduersarium premunt, & luctatione subuertunt. Dicitur autem pugil, pugillatus, pugillaria, & ipsa pugna, à pugno. Veteres namq; ante usum ferri et armorum, pugnis & calcibus & morsibus corporumq; luctatione certabant. Quod & Lucretius signat illo uersu: Arma antiqua manus, ungues, dentesq; fuerunt. Græcè *πυγες* dicitur pugil, qua dictione & nostri utuntur: ut Columel-

la, Plinius, Julius Firmicus. Inde pyctale certamen, pro pugillatu. Homerus Pollucem appellat $\pi\upsilon\lambda\lambda\alpha\delta\iota\upsilon$, hoc est, pugillatu præstantem. Inter spectacula popularia exhibebantur & pugiles, qui cum populo mirè placerent, ideo satyricè dixit Horatius: Poscūt aut ursum aut pugiles, nās que his plebecula gaudet. Plautus in Epidico inquit: Valet pugilicè, pro firmiter & robuste. Primoribus ungulis.] Equi ex genere solidipedum sunt: ita enim eleganter dicuntur animalia, quibus ungula solida est. Alberius Magnus magis doctus quàm tersus, cum solidipedes dicere deberet, dixit, corneas soleas habens animal. Nulli solidipedum (aut Etore Plinio) sunt cornua. à Græcis $\mu\omicron\nu\nu\alpha\ \sigma\omega\alpha$ dicuntur animalia, ungulam solidam habentia: ut sunt, inquit Suidas, $\iota\pi\pi\omicron\sigma$, $\omicron\nu\sigma$, $\sigma\pi\omicron\sigma$: id est, equus, asinus, mulus. Obesa.] pingua. Ex descriptione poetica: Brevis aluus, obesaq; terga, Luxuriatq; toris animosum pectus. in Neviano carmine, Ex corpore pectoreq; undiq; obeso. Vbi notavit A. Gellius, obesum propriè magis quàm usitatè dictum pro exili atq; gracilento, tanquam $\alpha\nu\gamma\iota\sigma$ & improprie obesum pro pingui atq; uberi uulgo dicatur. Verù eruditi omnes obesum pro pingui usurpant. Notissimum est illud Horatianum, Cum sit obeso Nil melius turdo. Plinius minus solertes esse homines tradit, quibus obesissimus est uenter. Pulposis torulis.] Toros, & per diminutionem torulos accipimus pro carne musculoſa, pulposa, succulenta, cui inest robur & firmitudo. In Hercule poetæ laudant toros laertorum. hinc apud Sophoclem gemebūdus Hercules inſit, O pectora, o terga, o lacertorū tori. Inde torosus derivatur. Ovidius: Colla torosa boum. Hieronymus diaconum taxat, cui taurina cervix eſſet, toris adipeis intumescens.

Plinius,

Plinius, inulam torosiore[m] appellat, plantis toros inesse tradens, per translationem decentissimam. Et quoniã in-
cidit mentio de toris & torosis, dispiciamus obiter, discu-
tiamusq; quid sint Trosuli: quod uocabulũ in ore omnium
est, & in scholis grãmaticalibus protritũ. Nihil illo Per-
siano carmine uulgatius, Trosulus exultat tibi per subsellia
leuis. Commentatores, grammatista, scholastici omnes com-
muni consensu & una uoce conclamant, Trosulos dici ex
autoritate Plinij & Festi Pompeij, equites Romanos, ab eo
quod oppidũ Thuscõrũ nomine Trosulũ, sine ullo adiuuen-
to peditũ capissent. nec nos id uerũ esse inficiamur. sed ni-
mirũ subest occultior quãpiã significatio in uocabulo Tro-
suli, non omnibus obuia, animaduersaq;: proinde nos, ut
pro uirili parte, quod ubiq; librorum nostrorum facere co-
nati sumus. studiosos iuuaremus, re diligenter curiosiq; per-
pensa, animaduertimus Trosulos, præter illam significan-
tiã notissimã, dici delicatos, obesos, succulẽtos, quorũ deus
uenter est: quasi torosulos, à torosa scilicet carne & arui-
na. Et hoc est quod signat Nonius Marcellus, si sinceriter
& rectẽ legatur, cum ait, Trosuli dicti sunt torosuli, quasi
habitiores a torosa scilicet pinguitudine. In Nonianis codi-
cibus mendosa diuisione scriptum est, Trosuli dicti sunt tor-
ro solui: emenda Torosuli. in hanc sententiam est illud à
Hieronymo scienter & decenter depromptum in Iouinia-
num: Vnius tantum philosophi exemplum posui, ut formo-
suli nostri & trosuli, & uix summis pedibus adumbrantes
uestigia, imutetur saltem gentilium parcitatem. Hoc signi-
ficatu dixit Varro, Nunc emunt trosuli nardo nitidi uulgo
attico talento equum. Hoc haud dubie est, quod intelligi
uoluit Plinius, cum in 33. scribens, equites trosulos uocatos
esse,

esse subiungit: Quia, inquit, non intelligunt trosuli nomen quid ualeat, multos pudet eo nomine appellari, inuitosq; etiamnum trosulos uocari. Verba hæc Pliniana nos ita interpretamur: Equites, qui historiam de oppido Trosulo ab equitibus capto, & inde Trosulos se uocari, nesciunt quod uirtutis est nomen: ægreferunt, erubescuntq; quando Trosuli uocantur: tanquam Trosulus, quasi torosulus dicitur, pro succulento & habitiore: quod nomen uitij est, & eius hominis qui solas Veneris delicias curet. Ad hunc eundem intellectum referri commodissime potest & scitissime Persianum carmen, ut Trosulus non magis pro equitibus iudicibus accipiat, quam pro auditoribus uoluptuarijs, succosis & opimis: quos magis pigmenta, flosculi, lenocinia orationis, quam res, quam sensa, quam argumenta commoueant. Lector perpende quæso hoc nostrum de Trosulis interpretamentum, & sequestrato liuore diiudica, nunquid dignum sit quod in Secretarijs disciplinæ remotioris recondatur. Præterea torulus pro quodam quasi torque accipitur apud Plaut. sic scribentem in Amphitryone: Tum meo patri autem torulus inerat aureus sub petaso. Victru. quoq; torulum eijci tradit ex arbore excisa. ubi torulus accipi uidetur pro materie torta, & callo ligni in se conuoluto. Mendū est in impressis Victruuij codicibus. qui non torulo habent, sed torculo. Velitatur.] depugnat, contendit, congregitur: à pugna uelutum uerbo deducto. Sunt autem uelites, leuis armaturæ milites: à quibus uelutatio dicitur, leuis contentio. Plautus: Nescio quid uelitati estis inter uos. idem: Verbis uelitationem fieri compendioso uolo. Hastam uelitarem Tyrrhenus primus inuenit, de qua intellexit Ouidius illo uersu: Nondum calefacti uelitis Ha-
staso.

sta solum. Remulsis auribus.] Quidam codices manus scripti habent remissis. Natura generosissimo cuiq; animalium notas animi peculiare tribuit: cauda leonum index est: in equis uero & omnium iumentorum genere indicia animi aures præferunt, fessis marcidæ, nutantes pavidis, subrectæ furentibus, resolutæ agris. Ex hac Pliniana sententia aures remulsas accipio, non tam resolutas & remissas, quàm subrectas, & quasi retro ac sursum reclinatas. Antiqui remissum dicunt, quasi repandum. Quidam legunt remissis, sensu manifestario. Cadentium.] Lego candentiū, hoc est albicantium dentiū. nam decidui dentes, signū sunt senectutis & inualentiæ. Dentes in cæteris senectæ rubescunt, equo tantum candidiores fiunt. Senectus in equis intelligitur dentium brochitate siue bruncitate, hoc est præminencia. brochi enim dentes, siue brunci, dicuntur prominuli. Hoc transeunter dictū sit, ut intelligas dictiones, quibus Plinius, Varro, Lucilius, & cæteri utuntur. A dente, quod annotatu dignum est, & scitu, fit uerbum Edentare: quod significat dentibus priuare, & excussis dentibus edentulum efficere. Hoc in transcursu cõmemini, ut restituerẽ Plauto suam elegantiam, suamq; dictionem, et plane Plautinissimam: quem correctores, immo corruptores interpolauerunt. sic enim scriptum legitur in Rudente: Nimis uelim improbissimo homini mala se dẽtauerint. Tu ita corrigito, et distincte legito, Malas edẽtauerint: id est, uelim maxillas ita contundi pugnis improbo lenoni, ut edentulus fieret: & ut malas, id est maxillas illi edentarent: hoc est, dentibus spoliarent, excussis crebra pugnorum incussione. hic est comicus intellectus, hæc Plautina elegantia, hoc uerbū Plautinissimum, edẽtare malas, dentibus excussis maxillas edentare.

edentata relinqueret. Nam & edentata belua dicitur, carens dentibus, cuius morsus est minime noxius. Iuvat me in hæc diuerticula identidem diuerrere, ut una opera iuuent Latinitatis curiosos, & simul uitam ex uniformi narratione fastidium. *Hastis.*] exercitiis preparatisq; dentibus instar hastarum: metaphoricòs intelligi uult acuminatos dentes, prominentes, exertos. De rege Thracio.] Diodorus & poetae tradunt, Diomedem Thracem equos feritate notabiles habuisse, quos carnibus humanis pascere solebat. Errant equorum præsepia aenea, ferreis ipsi catenis uinciebantur, caro hospitalis erat pro pabulo. hos Hercules ex Thracia Argos pduxit, occiso Diomede, què suo ipsius exèplo equis mādendū apposuit. hos Eurystheus ad se deductos Iunoni sacrauit. ex hoc equorum genere progenitus est equus Scianus ille famigeratus. Plin. & Solinus auctores sunt, Tyridam oppidum fuisse in Thracia, Diomedis equorum stabulis dirum. Equorum qui feri sunt, & nominantur, meminit Plinius. *Adeon.*] Pro adeone. Tyrannus.] Diomedes Thrax. *Edacium.*] manduconū: ita enim ab edacitate dicuntur. *Distractus.*] discerptus, diuulsus, dilaceratus. *Molares circuitus.*] molarum pistrinensium gyratus ambagiosos & multiuios. *Requirebam.*] tanquam minus molestum foret molere, & molas circumagere, quàm subire calces & morsus equinos.

Insatiabilis.]

Fortuna cum dicatur uaga, instans, instabilis: tamen in quibusdā uexandis nimium pertinax est, &

Verum fortuna meis cruciatibus insatiabilis, aliā denuò mihi pestem instruxit. delegor enim ligno monte denehūdo, puerq; mihi præfectus imponitur, omnium ille quidem puer deter-

deterrimus, nec me montis ex
 celsi tantum arduum fatigabat
 iugum, nec saxæas tantum sus-
 ces incurfando conterebam
 unguilas: uerū fufiū quoq; cre-
 bris ictibus perfaxe dedola-
 bar, ut ufq; plagarum mihi me-
 dullaris infideret dolor, coxæq;
 dextræ femper ictus incutiens,
 & unum feriendo locum, difsi-
 pato corio, & ulceris latiffimi
 facti foramine, imò fouea, uel
 etiam feneftra, nullus tamen
 definebat identidem uulnus
 fanguine delibutū obtundere.
 Lignorum uerò tātum me pre-
 mebar pondere, ut farcinæ mo-
 lem elephanto, non afino para-
 ram putares. ille uerò, quoties
 in alterum latus præponderās
 declinarat farcina, cū deberet
 potius grauantis ruinæ fuftef-
 demere, & leuata paulifper
 prefura fanare me, uel certè in
 alterum latus translatis peræ-
 quare: contrā lapidibus addi-
 tis infuper, fic iniquitati pon-
 deris medebatur. Nec tamen
 poft tantas meas clades immo-
 dico farcinæ pondere conten-
 tus, cum fluiuium transcendere

immobilis, ut ueo
 rē illud planè fit,
 An miferos triftis
 fortuna tenaciter
 urget? Tali fortu-
 næ obnoxii fe fu-
 iffe teftatur Lu-
 cius nofter, fcribēs
 eam infatiabilem,
 inexplebilemq; fu-
 iffe continentibus
 ipfius cruciatibus.
 Peftem.] exitiū,
 calamitatem, in-
 fortunū. Dele-
 gor.] deftinor, tra-
 dor, afignor.
 Ligno.] lignis de-
 portādīs: quod eſt
 afinorum doffua-
 riorū, fic enim no-
 minantur, qui dor-
 fo baiulant oner-
 ra. M. Varro in fe-
 cundo de Re ruſti-
 ca: Afellis doffua-
 rijs comportāt ad
 mare oleū aut uis-
 num, itemq; fru-
 mentum, aut quic-
 quid aliud. Nam
 quod

quod dicimus dor-
sum, ueteres dos-
sum nominabant.
unde dossuarius di-
ctus, qui dorso cō-
portat. Dorso alia
quoque appellamus
dorsi tegumenta,
maximeque in bo-
bus ac iumentis.
Iulius Capitolinus
tradit, boues dor-
sualib. sericis præ-
fulgentes proces-
sisse in pompa Ga-
lieni imperatoris.
Omnibus deterri-
mus.] Attende lo-
quutionem inusi-
tatam, neque ex
regula gramma-
tica, que præci-

pit superlatiua iungi debere cum genitiuo: ut dicatur, om-
nium deterrimus, omnium pessimus. Archaismos figura
est: sic enim ueteres loquebantur, quibus mutatio casuum
erat frequens, & quasi peculiaris. Illud Ciceronis non ab-
s simile uidetur: Similimum deo iudico. quod tamen (ut do-
ce t Priscianus) significat ualde simile. hoc autem totum
tr anstulit ex Luciano, qui ait, εἰς τὸ ἕψος αὐτῶ ἐπιπέδω, ἢ
ἐν ὄρει τοῖς ἀμείνω ἰνὸς ἰσῶ. id est, in montem superiorem mit-
tebar,

mus (qui fortè præter uiam de-
fluebat) pedibus suis ab aquæ
madore consulens, ipse quoque
insuper lumbos meos infiliens
residebat, exiguum scilicet & il-
lud tantæ molis superpondiū.
At si quo casu limo cœnoso ri-
pæ supercilio lubricante, one-
ris impatientia prolapsus de-
ruissem, cum deberet egregius
agaso manum porrigere, capi-
stro suspendere, cauda subleua-
re, certam partem tanti ponde-
ris quoad resurgerem saltem
detrahere, nullum quidem de-
fesso mihi ferebat auxilium,
sed occipiens à capite, imò ue-
rò & ipsis auribus, totum me
compilabat, cædens fuste gra-
uissimo: donec fomenti uice,
me plagæ fuscitarent.

tebar, ad ligna humeris deferenda. De puero quoque quens
 deterrimum pessimumque mortalium Apuleius appellat, Lu-
 cianus graece inquit: *δυνατάτω παλαιότατον ἀνώτατον*, id est,
 Asinarium puerulum impurissimum. Saxeas sudas.] Ut
 sudas lignae ustulatae uicem telorum implent, et perforant:
 sic & saxa acuta, quae sudas saxae dicuntur, ungulas asini
 comminuebant, conterebantque. & id facilius continge-
 bat, propterea quod soleis ferreis minimè erat calciatus.
 Lucianus: *ἀνὴρ ἰσχυρὸς ἐπεὶ ἐν λιβύῳ*, id est in mote saxeo erant
 sine calciatu. Iumentorum autem calciamenta sunt soleae
 ferreae Conturbam.] Corrige, conterebam. Dedolae
 bar.] Verbum est propriè fabrorum, cum materiarum
 complanatur asperitas. Verum ab alia quoque translatione
 speciosa transfertur. Ennius dixit, Vnum ego libellum non
 edolem. Sicut ergo faber dedolando complanat aspredinè
 in materijs, ita asini coriù fustuarijs ictibus laeuigabatur,
 expolie baturque quodam quasi dolatorio. est enim dolatoriù
 ferramenti genus, quo lapides & ligna dolantur: quidam
 asciam appellat. auctor Hieronymus. Fustium autem, *πλάσ-
 δωτικὸς* dixit: quoniam ut inquit Lucianus, *ὁ φόλῃ ἀπλῶ
 ἐταυροῦ, ἀλλὰ τῷ ἴσῃς πυνυρὸς ἔχοντι καὶ ἐξῆς*: id est, non sim-
 plici ligno percutiebat, sed ramos densos habente, et acuo-
 tos. Medullaris dolor.] Signat, ad medullas usque plagas
 à puero inflictas penetrasse. Medulla nõ nisi canis osibus
 inest, nec cruribus iumentorum aut canum seuosa corni-
 geris, à iuuenta rubens, & à senecta albescens. Coxae
 dextrae.] Lucianus, *καὶ αὖ ἐν ταυροῦ σὺς τοῦτον*: id est, semper fe-
 riebat in ipsa coxa siue femore. interpretatur, semper po-
 curans uerbum uerbo reddere, interpretatur, semper pos-
 teriora dorsi perurgebat. sed profectò aliud est τὸ τῶτον,

aliud ἰσχυρὰ. illud dorsum, hoc femur coxam ue significat. Immo fouea.] Hoc totū ὑπερβολῶς dictū est, simul & festi uiter: nā mētitur hyperbole, & est omnis ultra fidē. Sed, ut præcipit Quintilianus, nō tamē debet esse ultra modū, & ut ait Seneca, incredibilia hyperbole promittit ut credibilia impetret. Nostri superlationē uocāt. Igitur Apuleius emphaticōs & hyperbolicōs dixit non foramē, sed foueā, atq; adeo fenestrā latissimā sibi in fœmore dextro fuisse patefā. Etam, ut crederet lector corium in asinina coxa ictibus asinarij pueri crebrioribus eodem ingestis fuisse foramina tum, exulceratum, dissipatum. Nullus.] id est, non: sic ueteres frequenter posuerunt. Identidem.] per sepe, subinde, frequenter. Obtundere.] sapius tundendo repercutere: trāslatio à fabrorum malleo. Elephantopararam.] Lucianus, αἰὲν μοι ἰπτιδα φορτίον ἔστω χαλκίον αἰὲν καὶ ἐπὶ ἡλίφρωτι ἰνυκῆν. id est, postea mihi imposuit onus, quantum elephantopararam ferre molestum foret & graue. Præponderās sarcina.] iumentis sarcinæ imponendæ sunt compares, & quasi ad æquilibrium, ut commodius ferāt. ubi enim in alteram partem præponderant, torquentur diro cruciatu laboriososq; iumenta: ideoq; æquis portionibus æquandæ sunt sarcinæ, demendo scilicet, non addendo. sed ut puer, qui nihil aliud meditabatur nisi asini cruciatu et exitium, non ligna demebat sarcinæ præponderantis ad releuandum asinum, sed saxa insuper addobat ad cruciandum. hoc idem Lucianus. Pressura.] pressione: nomen est, sic Lucanus: Corycij pressura croci. Circa.] Lego contrā, hoc est contrario. Immodico.] nimio, prægrāditi una dictio est. Præter uiam.] iuxta: quo in significatu propter quoq; accipitur, sic Lucretius: Propter aquæ riuū. sic

sic Virg. Propter aquam. apud Terentium in Phormione
 scriptum est: Ita fugis ne præter casam, quod aiunt, ubi il-
 lud, Præter casam, exponitur à Donato, pro ante casam.
 item apud Gellium, Fugitium præter oculos domini iter:
 pro ante oculos, & iuxta. Ab aquæ madore.] assergie
 ne & infusione. sic in primo, Urinæ madore me perluerēt.
 Mador enim significatur infusio, & humectatio. Salust.
 Ingens terror erat, ne ex latere noua monumenta madore
 infirmarentur. Madulsam ebrium dixerunt, quia madidus
 uino esset, & madore Liberi perfusus. Lucianus in hanc
 sententiam: *ἄξις ποταμὸς τὸ ἀέννητος ἐν τῇ ἐσθῆϊ, ὃ ἢ τῶν ἰσοο
 ἀυμάτων πελάγους, ὁπίσω τῶν ξύλων ἰπ' ἐνοὶ καθίστην ἐ-
 νίπα τῶν ποταμῶν*: id est, fluiuis erat in uia perēniter fluēs.
 puer autem calceamentis parcens, post ligna mihi insidens
 flumen transibat. Superpondium.] Elegans scitumq;
 uocabulum, quo significatur illud pondus, et quoddā quasi
 auctariū, quod super sarcinā legitimā imponitur: dictio cō-
 posita copulataq; ex integro & corrupto. eadē formula di-
 xit Plaut. Centū pondiū, pro pōdere centū librarum: sic assi-
 pondiū & dupondiū ueteres dixerunt. Ripæ supercilio.]
 margine & summitate. Consimiliter Virg. Ecce supercilio
 cliuosi tramitis undā Elicui. ut enim supercilia in nobis alta
 sunt & sublimia, sic & methaphoricōs superciliū pro alti-
 tudine ac summitate aliarū quoq; rerum usurpatur. Plin.
 in 11. Nihil altius supercilijs, eruptiusq; superbia inuenit in
 corpore, ubi solitaria esset. Superciliū pro fastu ipso et gra-
 uitate accipi, satis notum est uel illo testimonio: Terrarum
 dominum pone superciliū. Vnde superciliū Censorium,
 pro grauitate maiestateq; accipitur à Valerio; & superci-
 liosus dicitur austerus & grauis, ut supra diximus. Deo

uiffem.] corruiffem, cecidiffem. Lucianus: κάμψαν ηγεὶ ἀγασ-
 θοφροῦν κατὰ πίσειμι: id est, labore & pondere pressus ce-
 cidiffem. Egregius agaso.] Ironicós. Suspendere.]
 subleuare, sustollere, χαμῶδες ἐπιγέρας, id est ex humo sub-
 rigere. Interpres Luciani deceptus inquit, Camo erigebat.
 credidit enim χαμῶδες à camo, quod genus freni est, deri-
 uari: cum aduerbium sit, significans ex humo. quod sat li-
 quet græca callentibus. Manum porrigere.] χεῖρὰ μὴ
 ἐπιθεῖναι Pöderis detrahere.] τὸ φηγίς ἀφελῶν. Oc-
 cipiens.] incipiens. Compilabat.] pilos peruellebat:
 signat enim ita se fustuario casum, ut nec pilus in toto cor-
 pore relinqueretur. Namq; compilare (ut auctor est Asco-
 nius Pedianus) est ita peruellere & furari, ut ne pilos quis-
 dem in corpore compilatores relinquant. Ex eodem fonte
 illa quoq; uerba sunt, suppilare, & expilare. binc compi-
 lare dicitur scriptor, qui aliena furatur, & in unum quasi
 corpus redigit. compilare enim, auctore Festo, est cogere.
 Ambrosius dictus est à Hieronymo cõpilasse hexamerõ O-
 rigenis: quoniam uidelicet, quæ ob Origene dicta fuerant
 græca lingua, hic furtim in librum suum transtulit, latine
 compositum: & quod ille fusius tradiderat, et uberius, hic
 succinctius retulit, & asstrictius. Virgilius compilator Ho-
 meri dictus est ab æmulis, quoniam uersus Homericos ad
 uerbum penè transferebat, ex alienisq; racemis uindemiã
 sibi faciebat: quod ille respondit magnarũ esse uirũ, clauã
 Herculis extorquere de manu. Auctores ueteris bibliote-
 ca mutuò se compilauerũt, ut inquit Macrobius. Lucianus
 in hanc sententiam: ἀλλὰ αὐτῶς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ηγεὶ τῶν
 ὀτων ἀρξάμενος συνέκοψεν ἐν τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπιγέρας ἐν αἰ-
 σῶναι: id est, superne incipiens à capite & auribus, fuste
 me conse

me concidebat, eò usq; dum me plagæ ipse excitarent.
Cedit.] Purior lectio est cædens; hoc est, feriens, ac per-
cutiens.

Idem mihi talem excogi-
tauit perniciem. Spinas acer-
rimas, & punctu uenena-
to uiriosas, tortili nodo in
fascem constrictas, caudæ
meæ pensilem deligauit cru-
ciatum: ut incessu modò cõ-
motæ, incitataq; funestis a-
culeis infestè me conuulne-
rarent. Ergo igitur ancipiti
malo laborabam. nam cum
me cursu proripueram, fu-
giens acerbissimos incur-
sus, uehementiore nisu spi-
narũ feriebar. si dolori par-
cens, paululum restitissim,
plagis compellebar ad cur-
sum: nec quicquam uideba-
tur aliud excogitare puer il-
le nequissimus, quàm ut me
quoquo modo perditum i-
ret. idq; iurans, & nonnun-
quam cõminabatur, & pla-
nè fuit quod eius detestabi-
lem maliciã ad peiores cõa-
tus stimularet. nam quadã
die,

Spinas acerri-
mas.] Lucianus di-
xit, ἀνέχθωρ ἰσχυρά-
των ποστρίων. id est, spi-
narum acutissimarũ
fascem uinculo stri-
ctissimo deligasse sub
cauda. Viriosus.]
uirulentas, exitiales,
pestiferas. Inter ui-
rosam & uiriosam
hoc interest, quòd ui-
rosus dicitur uenena-
tus: uiriosus uerò, ap-
petēs uiri. unde faci-
na uiriosa, & loci
muliebres uiriosi di-
cti, scilicet coitum ap-
petentes: à uiro uirio-
sus, prima correpta
deducitur uiriosus ue-
rò ab eo quod est ui-
rus, quod uenenũ si-
gnificat, prima pro-
ducta inclinatur. i-
deoq; hic legere ma-
lim uiriosas, quàm ui-
riosas.

probe, ut postilena possit ex te fieri. uocabulum hoc nuspiam aliubi, quod equidem meminerim, reperitur. Ancipiti.] duplici: spinarum scilicet aculeis, si procurrissem; & plagis agasonis, si substitissem. Lucilius ancipites cardines dixit, pro duplices, et M. Varro: Ancipiti (inquit) iurgetur bello, pro duplici. Alias anceps, dubium periculosumque significat. Virgilius: Anceps belli fortuna fuisset. Interdum anceps accipitur pro acuto ex utraque parte. Lucilius: Vete atque ancipiti ferro effringam cardines. Nixu.] conatu, impulsu spinarum aculeatarum. Græcè προσβολή. ex Luciano, totum ad uerbum sic scribente: εἰ μὴ γὰρ ἀτρεῖα προϊοίμι, φυλαττέμενος τῶ ἀνασθῶν τιμῶν προσβολῶν, ὑπὸ τῶ ξύλων ἀπολλόμενος. εἰ ἢ φεύγοίμι τὸ ξύλον, τότε ἕδρα τὸ δαιμόνιον ἀποδῶν ἐξὸ προσπίπτει. id est: Si enim lentè irem, cauens spinarum nisum, fustibus malè peribam; si autem fugiens ictum fustium procurrerem, tunc me illud sub cauda aculeatum lancinabat. Perditum iret.] uexaret, extingueret, morte mulcicaret. Terentius: Cur te is perditum? Lucianus ait, καὶ ὄλωε ἔργον ἐν τῷ ἀναστάτῃ τῷ ἐμῷ, ἀποτίσσειμι. id est, Hoc unum opus erat agasoni meo, me conficere ac perdere. M. Cato dixit, Contumelia factum itur: significans, o peram dari quo fiat cōtumelia. Expugnata.] Cum, inquit, patientiam meā insolentia agasonis immodica expugnasset, uicissetque. Expugnatur patientia in nobis, quando amplius patientes tolerantesque iniuriarum esse non possumus. Ouid. Multa diuque tuli, uitis patientia uicta est.

Calces extuleram.] Lucianus ait, λάξ ἐκίνησα, calce percussi. ἄχων ἀπὸ τῆς τῆς λάξ ἐν μνήμῃ. id est, habuit semper in memoria illum calcis ictum. Græci dicunt λάξ per aduerbium, quod significat cum calce. Annotat Caper gram

maticus, dicendum esse & scribendum calces, per lc, quando significatur glutinum parietum: cum uero pedis dicitur calx, per x. Verum obseruationes tales præarancidæ nimis sunt, & superstitiosæ. Calcem dicimus partem pedis, & ipsam quoq; percussionem. Stuppæ sarcina.] Græci *στυπτιον* uocant stuppam, & à Græco uocabulo (ut opinor) dictio latina defluxit: quamuis Seruius græmaticus stuppam à stipando dictam esse prodiderit. Plinius in 19. Quod proximum cortici fuit, stuppa appellatur, deterioris lini, lucernarum ferè luminibus aptior. Ab eodem stupporius malleus dictus, quo lina tunduntur, curanturq; spirantem carbunculū.] prunam uiuentem, ardentemq;. Quæcunq; spirant, uiuunt: & quæcunq; uiuunt, spirant. inde carbo spirans, eleganter dictus scintillans, ardens, lucens: illa enim carbonis uita est. sicut e contrario extinctus, qui sine spiritu est carbo, cum in foco perlucet, tempestatem præfagit. Lucianus non carbunculū, sed titione ignitiū raptum esse de foco tradit, his uerbis: *ἐκ τοῦ ἐστίας κλίψας δαδὸν ἐν τὴν δίκουον*. id est, ex foco furatus torrem etiamnum ardentem. Meditullio.] in medio ipsius sarcinæ stuppæ rixæ. Meditullium enim dicitur medium: super qua dictione in superioribus plura. Lucianus, *ἐν τὴν ἐν τὴν ἀσ τὸ στυπτιον*: Torrem intra stuppam clanculum recondidit. Fomento] Quis ignorat, stuppam, potentissimum esse flammæ suscitabulum, & ignis alimentum? Virgilius quoq; in Troiæ classis incendio posuit stuppam, uelut fomitem, flammam corripuisse, extitisseq; uaporis incentiuum. Fomenta à fouendo, id est, calefacundo dicta sunt. uocamus autem generali uocabulo, omnia quæcunq; ad fouendum sunt accommodata. Apud Plinium & Celsum frequens mentio est de

est de fomentis. Aegritudinū fomites quoq; flammæ nutri-
 menta dicuntur. grāmatici assulas ex arboribus excussas,
 fomites appellāt. alij scintillas, quæ ex ferro cādēt imalleis
 excutiūtur. Suffugiū.] Sic Silius: Suffugiū infelix miseris
 & inhospita quercus. Vstrina.] crematio, exustioq;
 Præuertitur.] præuenit, anticipat, præterit. exustio enim
 ac flamma non sinit hominē meliora excogitare consilia,
 sed remedio præsentissimo sese quocunq; modo liberare
 compellit. præuerti signat Plautus, antepone. in Capti-
 uis inquit: Sequere te ut amittam, ei rei primūm præuerti
 uolo. Fortunæ nutus.] Sicut dei & principis nutus pol-
 lens potensq; est: ita & fortuna nutu hilariore blandiri
 interdum solet his quos mox grauius allidit & cernulat.
 Statuta morte.] quam mihi statuerat decreueratq;
 nequissimus agaso.

Nam fortè pluuiæ pridianæ
 recens conceptaculum aquæ
 lutulentæ proximum conspi-
 carus, ibi memet improvido
 saltu totum abijcio: flammæq;
 prorsus extincta tandē, & pon-
 dere leuatus, & exitio libera-
 tus euado. Sed ille deterrimus
 ac temerarius puer, hic quoq;
 suum nequissimum factum in
 me retorfit, gregarijsq; omni-
 bus affirmauit, me sponte uici-
 norum foculos transeuntem,
 titubanti gradu prolapsum, i-

Pridianæ.] prio-
 ris diei. pridianæ
 enim à pridie, id
 est priori die de-
 nominatū est. Pri-
 diana obsonia di-
 xit Suetonius in
 Tiberio, quæ su-
 persunt die pristi-
 no, item in Calig-
 la: Marcescente,
 inquit, stomacho
 pridiani cibi one-
 re. Plin. pridianæ
 balnea appellat,
 quibus

quibus pridie homo usus sit. Conceptaculum.] Lacunam signare uideatur, quæ (ut grammatici tradunt) proprie fossa est, qua stare consuevit aqua collecta. alio nomine lamæ uocantur, de quibus Horatius: Viribus ureris per cliuos flumina lamas. Frontinus cœptelas appellat, aquarum conceptacula: quas ipsemet piscinas interpretatur, sic scribens libro primo de aquæductibus: Nec Virgo, nec Appia, nec Alstina conceptelas, id est, piscinas habet. Lucianus Græco uocabulo *ρίνα* dixit, quod hic noster

gnem ultroneum accessisse. Mihi etiam arridens addidit, quousque ergo frustra pascemus ignigenum istum? nec multis interiectis diebus, longè peioribus me dolis petiuit. Ligno enim quod gerebam, in proximam casulam uendito, uacuum me ducens, iam se nequitix meæ proclamans imparem, miserimūque istud magistrum renuens, querelas huiusmodi cœcinnat: Videtis istum pigrum, tardissimumque & nimis asinum: me præ cæteris flagitijs, nunc nouis periculis etiam angit. ut quemque enim uiatorem prospexerit, siue illa sit uetula mulier, siue uiro nubilus, seu tener puellus, sese illico disturbato gestamine, nonnunquam etiam ipsis stramentis abiectis, furibus incurrit, & homines amator talis appetit, & humi prostratis illis inhians, illicitas atque incognitas tentat libidines, & ferinas uoluptates, auersam uenerem inuitat ad nuptias. nam imaginem etiam sauij mētiendo, ore improbo compulsat ac morsicat.

cat: quæ res nobis non medio-
 cris lites atq; iurgia, immò for-
 sitan & crimina pariet, nunc
 etiam uisa quadam honesta ius-
 uene, ligno quod denehebat
 abiecto, dispersoq; in eam furi-
 osos direxit impetus: & festi-
 uus hic amasio humo sordida
 prostratam mulierem, ibidem
 in corona omnium gestiebat
 inscendere. Quod nisi ploratu
 gestuq; fœmineo cõclamatum
 uiatorum præsidium accurris-
 set, ac de medijs unguis ipsius
 esset erepta, liberataq; misera
 illa compauida atq; dirupta,
 ipsa quidem cruciabilem cladẽ
 sustinuisset, nobis uerò pœ-
 nale reliquisset exitium. Talis
 bus mendacijs admiscendo ser-
 mones alios, qui meum uere-
 cundum silentium uehemen-
 rius premeret, animos pastorũ
 in meam perniciem atrociter
 suscitauit.

cõceptaculũ. Gre-
 ci τάλμα uocãt, lo-
 cũ cœnosum, &
 lacunã. uerba Lu-
 ciani hæc sunt, π-
 πη ἰμαυτὲρ τὸ τίλ-
 ματος ἐς τὸ ὑγρὸν
 τὰτα: proijcio me-
 met in humectissi-
 mam lacunã para-
 tem. Retorsit.]
 reflexit, conuer-
 tit, perinde ac ego
 huiusce noxæ au-
 ctor extitissẽ. Lu-
 cianus: ἡγὲ τὸ τὸ γ-
 ὲ τοῦ κερὸς πᾶσι
 προσελθὼν ἰμὲ κα-
 τὰ ψόβου, id est,
 audax puer domũ
 reueniens, in me
 hoc totum crimẽ
 cõiecit, dicens mee
 apte sponte in fo-
 cum prosilyisse.

Gregarijs.] A

grege gregarij dicti. est autem gregarius, uilior homo, qui
 in grege sit. Gregarios milites uocãt uiliores, abiectioresq;
 sicut econtrario egregios dicimus præcellentes & exi-
 mios, quasi exemptas ex grege. possunt quoq; gregarij ac-
 cipi

cipi pro pastoribus, qui gregibus pecuinis praesunt. ut exponitur hoc in loco gregarios pro pastoribus, siue mancipijs, quae in eiusdem familiae grege haberentur. Suprà dixit, Gregarius ille perduxerat: ubi exposuimus gregarium dici, gregis armenticij nutritorem & praefectum. Titubanti.] uacillanti, & lapsabundo. Titubantia apud antiquos dicta est uacillatio. Suetonius refert, Claudium linguae titubantia laborasse. Talipedare uerbum est prius, quod significat titubare, uacillare, & quasi talis insistere. Ultroneum.] me scilicet sponte & ultro in ignem accessisse. Hieronymus: Ultroneas aiunt putere merces. Ignigenum.] quasi ignis & flammæ progenitorem, auctoremq; ignigenus, quasi ignem gignens: contra ignigena, ex igne genitus. sic poetae Bacchum ignigenam uocant, propterea quod igne Iouiali ex Semele progenitus esse memoratur. Petiuit.] insidiosè inuasit, & aggressus est. petere enim interdum percutere est, inuadere, aggredi. inde petitiones, gladiatorum aggressiones dictae. M. Tullius in Catilinam: Quot ego tuas petitiones, ita coniectas ut uitari posse non uiderentur, parua quadam declinatione, & (ut aiunt) corpore effugi? Bouem cornupetam appellat, quasi cornibus percutientem. de quo iurisconsultus: Si bos, inquit, cornu petere solutus petierit, aut mula propter nimiam ferocitatem. Ligno uendito.] lignis uenditis: singularis numerus pro plurali. Ligni appellatio (ut scribit Vlpianus) nomen generale est: et proprie lignum dicimus, quicquid comburendi causa paratum est. Ideoque si cui ligna legata sint, quod comburandi causa paratum est continetur, siue ad balnei calefactionem, siue dietarum hypocaustum. haec uerba passim leguntur libro de legatis tertio, ubi Acur

sum, tanquam aliquid præclarum interpretaretur, hypocaustas exposuit loca esse ubi stant ægroti, quod latinis seruantissimi ualetudinarium appellant. Sed nil mirū, si in dictione mendosa mēdosissimum dedit interpretamentum: cum in sinceris cacutiens subinde hallucinetur. Ego emendandum censeo Hypocaustum, siue hypocaustum, siue hypocaustarium: tot enim modis dici potest, quod uoluptarium interpretatur. est enim locus, in quo ignis succenditur & erumpit, calefaciendis uaporandisq; balneis cubiculisq; præparatus. Vnde ætī rē vōnōcū dicit, id est subtercalere ac succedere est nominatus. Vitruuius in quinto, in describenda balnearū dispositione, elegāter docet, quæ admodū supra hypocaustum, siue hypocaustum abena tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium: et ita collocanda, ut ex frigidario in tepidarium, ex tepidario in caldarium aqua influat. de his Papinius in primo Siluarum: Tenuem uoluit hypocausta uaporē. Plinius quoq; in epistolis meminit hypocaustorū, Latini uaporarium interpretantur. M. Cicero in epistola ad Quintum fratrem: Ita erant posita, ut eorum uaporarium, ex quo ignis erumpit, esset subiectum cubiculo. Erit itaq; sensus hic iurisconsulti Legatis lignis, contineri illud quod paratum est ad balneas calefaciendas, & ad hypocaustum dietarum, id est ad uaporarium cubiculorum (ut planius explicem) quod paratur ad calefacienda uaporandaq; cubicula, qualia apud transmontanos sunt frequentissima: ipsi stufas uocant. interdum enim uocabulis barbaricis utendum est, ut res eruditior liquidius illustretur. nam illud ignis conceptaculum ad calefaciendam dietam, non absurde hypocaustum dici posset, dietæ autem, quarum crebra

crebra est mentio in libris iuriconsultorum, historicorum,
 poetarumq; sunt cubacula siue cœnacula, in quibus uiuimus
 uersamurq;. Vnde à conuersatione uictuq;, uerbo Græco
 dicta sunt. *Διατροφή* enim significat uiuo & conuersor.
 Quidam nostro seculo clarissimi, quos à me nominari in
 ea parte qua reprehenduntur inhumanū est, dietas appella-
 tas esse autumant, quòd in eis die edaturi idq; etymon ful-
 ciunt auctoritate Varroniana. nusquam hoc à Varrone
 traditum lego: & quia non lego, numimè credo hæc esse
 Varroniana. À dieta dietarij nosantur, qui in aliena cœ-
 nacula se dirigunt furandi animo: qui (ut scribit Vlpianus
 titulo de extraordinarijs criminibus) plusquam fures sunt
 puniendi. inibi perperam & corruptè legitur *de dietarij*
pro dietarij. Non inuitus diuerto nonnunquam in extraor-
 dinaria hoc genus annotamenta, propterea q; scio talia nõ
 minus esse iucunda & grata studiosis, quàm ordinaria in-
 terpretamēta. In cõmentarijs Suetony, Propertij, Tuscula-
 narum, secutus sum morem hunc, ut flosculos doctrinarum
 per interualla insererem, & nodos scriptorū aliorum sal-
 tuatim, in transcursumq; enodarem: quæ lectores (nisi mihi
 amici blandiuntur) ualde delectant, & ex illa commenta-
 tione continentis quasi lassescētes reficiunt, recreant, recen-
 tant. Sed iam domum repedandum est, & institutum opus
 peragendum. Vacuum.] sarcina lignaria exoneratū.
 Lucianus dixit, *γυμνὸν ἡγεῖ ἀξυρῶν νομίσας*. Magisteriū
 reuens.] recusans officium muniaq; asinarij, et in beluas
 præfecturam. magistrare est, moderari, & monstrare.
 unde magister, magisteriū, magistratus deriuantur. Cõ-
 cinnat.] aptè confingit, & cõcinniter facit. Videtis.]
 Apud Lucianum sic inquit, *τῶν τῶν ἀκροῦτα τὸν ἕνα ἢ ἑνὸς*

ὄτι βίονα μὲν ἀργύρου καὶ βραδύον ἔστι: id est, o domine nō uides quod pascimus hunc asinū cessatorē & tardū? Nimis asinum.] Allusit ad asinorum naturam, qui ferē tardigradi sunt, & pigri. hinc optimo epitheto dixit poeta, Tardi costas agitator aselli. Præ cæteris.] præter cætera flagitia. Angit.] cruciat, torquet, angor animi est & corporis cruciatus. ab angendo angina dicta, qui morbus angit fauces, & stragulat; Græcè synæche appellatur, uulgo squinantia, & ita apud Hippocratē passim legitur. Morbus est acutus, mortiferusq; statim necās, nisi citissimē succurratur. hinc Angerona quoq; dea nominatur, cui à Romanis sacra instituta sunt ad anginā propulsandā arcedandāq; cum omne genus animalium, quodam tempore angina consumeretur, cuius festa Angeronalia dicebātur. Hæc diua præsul silētiū habebatur, ideoq; eius simulacrū fit prænexo obsignatoq; ore. Tradit tutelare deum urbis Romæ fuisse Angeronam, quæ digito ad os admoto silentium denunciat, quasi monens silendum esse alterum urbis Romæ nomen, quod in arcanis ceremoniarum habebatur, quod inuulgare nefas erat. auctores Plinius, Solinus, Macrobius, Festus, cæteri. Aliud adde, quod anginam uinariam habere dicuntur, qui uino suffocantur. Viatorem.] Generali uocabulo uiantem. alias uiatores nominati sunt ministri, qui ex uillis senatores accersebant in curiam. auctores, M. Tullius, Plinius, & Columella. Siue sit uetula.] Lucianus, ἡ τῶν γυναικῶν ἢ παρθένων καλῶν καὶ ὡραίων ἰδίῃ, ἢ παλαιῶν ἀπελευθέρων ἢ παλαιῶν ἀφροῦν ἢ αὐτῶν. id est, Si mulierem uel uirginem formosam, ac uiro maturam, siue puerum uiderit, calcitrando furens eos cursu infectatur. Viro nubilis.] Iam matura uiro, iā plenis nubilis annis. Quæ

todecimo ætatis anno homines pubescunt: tunc enim moueri incipit uis generationis in masculis, & purgatio fœminarum: tunc puellæ maturæ uiro sunt, & nubiles: tunc masculi alicuius tutela eximuntur, quasi uirili iam reboe muniti. fœminæ uerò propter uotorum festinationem maturius biennio legibus à tutela liberantur. Iustinianus Imperator libro primo Institutionum, constitutione imperatoria pubertatem in masculo terminat (ut diximus) post decimumquartum annum, fœminas uerò post duodecim annos cõpletos uiripotetes nubilesq; esse sancit. Puellus.] Antiqui puellus dixerunt pueros: ut M. Varro, Lucilius, Traquilus, & ceteri. Græcè *παῖδες ἄνδρῶν* nominatur. Gestamine.] sarcina. Amator talis.] Asinus asinas appetere debet instinctu naturali. hoc uerò monstrum est, si homines appetit, & cum hominibus concubere gestit. Inbians.] sitienter desiderans, et cupienter appetens. Dicimus inbio huic rei, et hanc rem, cum datiuo et accusatiuo. Martialis: Inbians gazæ, ut magnus draco, quem canit poeta. Statius: Fraternos inbiantem obitus. Qui appetenter quippiam & immodicè concupiscit, ore patulo & bianti imminet incumbitq; rei expetitæ. Inde inhiare dictum, pro concupiscere. Inuitat ad nuptias.] Symbolicòs, et uelamento uerborum uerecundo concubitum significat. Lucianus quoq; consimiliter Græcè dixit, *γαμῶν ἕσπαιτα*, uxorem ducere uoluit. Auersa Venere.] Concubitum puerilem, & obscenum atq; præposterum, eleganter auersam Venere appellat. Iulius Capitolinus in uita Albini imperatoris: Mulierarius, inquit, fuit inter primos amatores, auersa Venere semper ignarus. M. Cato in hominem muliebria patientem: Auersus, inquit, & auersus impudicus es. Præpos-
stus

stera quoq; & postica libido nuncupatur auersa Venus, de qua dixit Plinius seueriter & sancte: In hominum genere maribus diuerticula Veneris excogitata, omnia scele-
ra natura, feminis uero abortus: quantum in hac parte mul-
to nocentiores quam fera sumus? Quicunq; horoscopus ha-
buerit in quarta parte Capricorni, praepostris libidinum
amoribus mulieres persequetur: ut docet Maternus in se-
ptimo. item ille cum uxore sua impuro coitu miscetur, in cu-
tus horoscopo Iupiter & Mercurius positi fuerint in occa-
su, & eos Saturnus diametra raditione percutiat. Coitum
auersum esse elephantis, camelis, tigribus, leoni, cuniculis
tradunt, quibus auersa sunt genitalia. Saurij.] basij, οο-
sculi. Morsicat.] Lucianus, δίνου ἐν πρὶντατος οὐρα-
τι: id est, mordet sub osculi praetextu. Morsicatim aduer-
bium est, quod significat cum morsu: quod alio quoq; ad-
uerbio mordicus dicitur. Lites pariet.] Lucian. ἐν ἑβραῖο
οὐκ ἴστας ἔσθι τὸ γέγραυατα παρῖξαι: id est, ex hac re lites tibi
& negocia facesset. Quadam iuvene.] De femina dis-
ctum. sic Ouidius: Siue petis iuuenem, iuuenes tibi mille pla-
cebunt. Plinius in septimo: Cornelia iuuenis est, & parere
adhuc potest. Amasio.] amator. declinatur amasio a
masionis, pro amatore usurpamus. ut adagium & adagi-
onem dicimus pro prouerbio: sic amasionem et amasium.
apud Plautum ἰωνοειδῆς amatorculus, pro humili, pu-
sillo, minuto amatore ponitur. In coram omnium.] Ar-
chaismos, pro coram omnibus. Terentius: Vereor te in co-
ram laudare. Sic & infra in 10, dixit: Iuniorum in coram
sui funerari uidebat. Inscendere.] subagitare. Com-
pauida.] pauescens, tremiscensq;. Romani codices habent
companita, quod non displicet, ut compauita significetur

complanata, compressa, conculcata ab asino: sicut pavimenta paviendo coequantur, & pistatione solidantur. Dirupta.] enormitate scilicet genitalis asinini. Pœnale.] noxium, pestiferumq̄. à pœna, pœnale deducitur.

Publicum maritum.] Festiviter, nec minus decenter asinum apellat publicum maritum. tanquã feminas omnes inire ac subagitare cupientem. De Casare dixit Curio, Eum esse omnium uirorum mulierem, omnium mulierum uirum: à Iuuenale quoq̄ dictum est, Fiet amator publicus. Mœstruosis nuptijs.] Illæ nimirum mœstruosæ portentosæq̄ sunt nuptiæ. quæ inter dispares fiunt, quibus iumenta & homines copulantur, quæ inter asinum

Deniq; unus ex illis: Quin igitur publicum istum maritum, inquit, imò communem omnium adulterum, illis suis monstruosis nuptijs condignam uestimamus hostiam. & Heus tu puer, ait, obruncato protinus eo, intestina quidem canibus nostris iacta, cæteram uerò carnem omnem operariorum cœnæ referua. Nam corium affirmatum cineris inspersum dominis referemus, eiusq; mortem de lupo facile metiemur. Sublata cunctatione, accusator ille meus noxius, ipse etiam pastoralis executor sententiæ lætus, & meis insultans malis, calcisq; illius admonitus, quam inefficacem fuisse mehercules doleo, protinus gladium cotis atritu parabat. Sed quidam de cœtu illo rusticorum, nefas ait, tam bellum asinum sic enecare: & propter luxuriam lasciuiamq;

uiamq; amatoriam criminatū,
 opera seruitioq; tam necessa-
 rio carere: cum alioquin exe-
 ctis genitalibus, possit neq; in
 Venerem ullo modo surgere,
 nosq; omni metu periculi libe-
 rare, insuper ēt longē crassior
 atq; corpulērior effici. Multos
 ego scio nō modō asinos iner-
 tes, uerūm etiā ferocissimos
 equos, nimio libidinis calore
 laborantes, atque ob id truces
 uesanosq; adhibita tali detesta-
 tione, mansuetos ac mansues-
 exinde factos, & oneri feren-
 do non inhabiles, & cæteri my-
 sterij patientes. deniq; nisi uos
 bis suadeo uolētibus, possum
 spacio modico interiecto, quo
 mercatum proximū obire sta-
 tui, petitis ē domo ferramen-
 tis, huic curæ preparatis, ad
 uos actutum redire, trucemq;
 amatorem istum atque insua-
 uem disitis femoribus emas-
 sculare, & quouis ueruece mi-
 tiorem efficere.

funt & foemina.
 Naturalis enim cō-
 iunctio & conu-
 ille est, ut asinus
 asinae, equus ea-
 qua, homo homi-
 ni coniungatur.
 Namq; (ut docet
 Aristot. in Proble-
 matīs) in totum
 cognata cognatis
 & sui generis con-
 cumbunt. Vi-
 etimamus. Immo
 lamus, sacrificia-
 mus. uictimarū di-
 etī, qui praesunt
 hostijs imolandis.

Hemus tu.] Le-
 go, Heus tu: ut uox
 sit uocantis, incla-
 mantisq; puerum.

Iacta.] iacta-
 to, projectio: im-
 perantis est uer-
 bum. Lucianus,
 ἀποσφάξαι αὐτῶν,
 καὶ τὰ μὲν ἕνα τα

τοῖς κύνεσι δότε, καὶ τὰ κρέατα τοῖς σκύλασι φάλαξαι. id est,
 ipsum iugulate, & intestina quidem canibus date, carnes

autem operarijs reseruate. Affirmatum cineris inspersum.] Sic emendo, offermatum cineris inspersu. ut sit Seno-
sus, Dominis reportabimus asini corium offermatum: hoc
est, purgatum, induratum, concinnatum, inspersum insper-
gine cinerulenta. De lupo.] Lucianus: λύνου τούτο καί α
ψόσας αδι: id est, à lupo interemptū mentiamini. Pastro-
ralis sententia, quam unus ex pastorum grege dixerat.
Calcis admonitus.] ictus ille calcis residebat in memoria
pueri agasonis. nam, ut inquit Lucianus, εἴ τις ἡγεῖ τούτο τὸ
λαῖξ ἢ μνήμη. Sententia catholica est: Cui dolet memi-
nit, cui placet obliuiscitur. memoria iniuriarum immorta-
lis est, beneficiorum obliuiscimur. Attamen (ut inquit ue-
rissimè Seneca) magni animi est iniurias despicerè. hinc
laudatur M. Cato, qui per imprudentiam à quodam per-
cussus, eidem postea satisfaciendi: Nō memini, inquit, per-
cussum me. In laudem Caesaris dixit M. Tul. Qui nihil ob-
liuisci soles nisi iniurias. Inefficacem.] quæ uidelicet a-
gasonem non peremerit. Bellum.] elegantem, scitum,
uenustum. Seruitio necessario.] Columella in 8. Plurio-
ma, inquit, asini & necessaria opera supra portionem re-
spondet, cum et facile terrā aratri proscindat, et nō mini-
ma pondere uehicula trahat. Iam uerò molarū & confici-
endi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. omne-
rus tam maximè necessariū instrumentum desiderat a sel-
lum, qui pleraq; utensilia & uehere in urbem, & repor-
tare collo uel dorso commodè potest. Cotis attritū.]
Inter operarios lapides sunt cotes, ferro acuendo præstan-
tissimæ. Multa eorum genera. Creticæ diu maximam lau-
dem habuere. ex cotibus aliæ sunt aquariæ, aliæ oleariæ:
quales in constrinarum officinis haberi solent. inter aqua-

rias laus maxima fuit Naxijs, mox Armeniacis. ex oleo & aqua Ciliciæ pollêt: sunt enim oleariæ simul, & aquariæ. Sunt quædam quoq; saliva hominis proficiêtes. Cos, ut inquit decenter Horat. ferrum acuerè potest, cum ipsa exors secandi sit. Aristot. iram dixit cotem esse uirtutis. Silius & Cor. Tacitus, ferrum saxo exasperari scribunt: intelligi uolentes, cote acutum fieri. Diminutiuum cotis est coticula. Verùm coticulæ alius usus, alia significatio est quàm cotis. Nam coticulæ (ut docet Plin. in 33.) sunt lapides, non ad ferrum acuendum, sed reperti in experimentum auri argentiq;: his coticulis utuntur aurifices periti, cum è uena rapuerint lima experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti uel æris, scrupulari doctrina mirabili, ratione non fallente. hunc lapidem alij Heraclium, alij Lydium uocât. Illud adde, cotarias dici fodinas cotis, loca scilicet in quibus cotes fodiuntur. Vlpian. tit. de publicanis, sic refert: Cæsar cum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat. Antiqui decotes togas dixerunt detritas, à cotis attritu. Excētis geni.] amputata uirilitate. Lucian. καὶ τὸν αὐτὸν ἰσχυρὸν: Cape ipsum, & castrato. Nullo modo.] Legendum est, ullo modo: aut duæ negatiuæ particule unius significantiam habebunt, ex ritu scilicet, & consuetudine prisca loquutionis. M. Varro: Nō modo ignorasse me clamat, sed omnino omnis heroas negat nescisse. Corpulentior.] Nulla res ita exhaurit corpus, & attenuat, sicut frequens coitus, in cunctis ferè animalibus: e contrario nihil magis firmat uires, & corpulentiam facit, quàm Veneris abstinentia. hinc illud Maroniam: Sed non ulla magis uires industria firmat, Quàm uenerem & cæci stimulos auertere amoris. sic galli galli-

nageci macrescunt in guine exhausto, castrati pinguescunt, capones enim, ut inquit ille, coacti non amare, pinguedine gliscunt. sic equi, sic asini, sic cetera interdico per castrationem coitu sunt corpulentiora, habiioraq;. Lucian, in hunc sensum, ἄ γὰρ ἰραποδοῖς τὰ ὄντα ἀποιῖς ἀπαρῖδ' ἐς, ἰ-μῶσ' ἰσὸδ' ἡγὰρ ἰσὸδ' ἰσὸδ' ἰσὸδ', id est, subductus ab hoc impetu libidinis, mansuetus statim erit, & pinguis. Ob id truces.] Scilicet ante omnes furor est insignis equarū. ut scribit Columella, libidinis extimuletur furijs, per sepe admisarij equi furentes in libidinem afferunt gregi perniciem, & ferocia insanientes abruptis uinculis grauidas inquietant, ceruicibus dorsisq; sceminarum morsus imprimentes. Quod ne faciant, paulisper ad molam uincti, amoris scuitiam labore temperant. qui ergo truces ferocesq; libidine iusuntur, ydem castrati fiunt miliores, mansuetioresq;.

Detestatione.] Quidam corrigunt defecatione, pro excretionem genitalium, amputationeq; uirilitatis. Mibi oppido quam placet ut legas Detestatione: quod uocabulū nouum mirè congruit nouatori opificiq; uerborum Apuleioq; itaq; eleganter detestatio significatur testium abscisio, & masculuocq;, à testibus uidelicet, hoc est testiculis formata dictione. Alijs detestatio dicitur denunciatio, facta conestatione, ut docet Vlpianus. Aliàs ponitur pro execratione, Apocopi eleganti uocabulo dicuntur à Iulio Materno, castrati quasi abscissi, amputata uirilitate. Castratorū quoq; illa nomina sunt, eunuchi, spadones, thlibiz & thlibia. priora uocabula omnibus notat posteriora pluribus ignota, à me explicantur in commentarijs Tranquilli, & corriguntur in libris iuriconsultorum. Mansues exinde factos.] Aristot. auctor est, spadones ex castratione effeminatos fieri, trāsmutari in naturā muliebrem. Ideoq; si

aut mulieres, ita & spadones esse cruribus ulcerosis, nec uaricosos fieri. consimiliter equi, asini, cæteriꝫ animantes abscissis testibus effæminantur, funtq; restincta per emasculationem ferocia mansuetiores, tractabilioresq; mansuetum dicunt, quasi manu assuetum: quod omnia quæ sunt natura fera, manuum permulsione mitescant. Mansues pro mansuetus usurpatur apud antiquos. Actius: Nunc sine matre misericordia mansues fit. Nisi uolentibus.] Per anastrop hê expones id est, si uobis uolentibus persuadeo. Mercatum.] Emporium signat, forumq; reru uenaliu. Obiisse.] adiisse, accessisse. hæc enim præpositio Ob, interdû significat ad: ut Ob os, et obire, adire. Ferramētis.] Ferramēta intelligit, quæ castratoria nominantur. Palladius in primo: Item cauterēs, castratoria ferramenta, atq; tonsoria, uel quæ ad animalium solent pertinere medicinam. Quod cauterēs dixit Palladius, scito sic appellari instrumenta chirurgi, siue ferramēta, quibus ignitis & cædentibus uruntur putridæ carnes, & ulcera: quando enim lenia medicamenta nil profunt, austeriore hac & mordaciore medicina uti solemus. Eadē cauteria quoq; dicuntur. Caustica uerò medicamenta sunt, habentia uim causticā, id est urentem. Hinc illud prouerbiale apud Hieronymum, Putridæ carnes ferro curantur & cauterio, inde cauteriata conscientia à Paulo apostolo, in Epistola ad Timotheum dicitur, quasi cauterio notata: qualis in Hipocritis est. Illud adde dignum annotatu, Cauteria dici quoq; instrumenta pictorum, quibus utuntur peculiariter in ea pictura quæ encaustice appellatur, quæ sit coloribus inustis, & resolutis igniceris, de qua Plin. in 35. de qua intellexit Ouid. illo bemistichio: Tabulisq; coloribus uris. De cauterijs in

hoc significatu Martianus iuriscōsultus Tit. de fūdo instrū-
 Eto, sic refert: Pictoris instrumēto legato, ceræ, colores, simi-
 liaq; horū legato cedūt. Itē: punicoli, et cauteria, et cōcha.
 Actutum.] confestim, eueſtigio, sine dilatione: aduerbiū
 est temporis. Ouidius: Quos equidē actutū: sed quid prædi-
 cere pœnam Attinet? Virgilius: Actutum pius Æneas atq;
 integer cui Ascanius.] disitis femoribus.] disclusis, diua-
 ricatis, diductis. Disitum media correpta dicimus, distans,
 remotum, disclusum. Econtrariō adsitum, adiunctum, ac
 propinquum. Disitum, quasi procul situm: adsitum, iuxta
 situm. In Floridis, hæc duo ueluti inter se contraria oppo-
 suit atque disparauit, sic scribens: Homines neque longulē
 disita, neq; proximē adsita possumus cernere. Agretius
 grāmaticus adsitum dicit esse, cui aliquid ut sustineat ad-
 iungitur. citatq; Horatij testimonium ex Epistolis: Qua po-
 pulus adsita certis Limitibus. tanquam populus arbor ab
 Horatio adsita nuncupetur, quia uilibus maritatur. Ego
 uerō ab Agretio dissentiens, ita interpretor, ut populus ad-
 sita dicatur ab Horatio, arbor sita positaq; iuxta certos li-
 mites, ad iurgia inter conterminos dirimenda: quales hoo-
 dieq; in limitibus agrorum conspiciuntur. et ita Adsita sim-
 pliciter accipietur pro opposita ad limites agrorum, & fi-
 nes, siue maritata sit uilibus, siue cecebs: immō ferē semper
 in collimitio agrorum sunt arbores incultæ, minimeq; fru-
 giferæ: Qui sumpserit in manum nouissimam Horatij epi-
 stolam, eaq; accuratē perlegerit, is haud dubiē cognoscat,
 interpretamentū hoc nostrū cum Horatiana sententia ada-
 musim conuenire, illud autē Agretij affectatū esse nimis &
 præstigiosum. Igitur ut ad rem redeamus, scēmora discludū-
 tur, disseparantur, disjungūtur, et (ut dixit Apuleius) disita
 fiunt

fiunt in asino, quæ ferramentis castratorijis uelis excastrare,
 & abscondere uirilitatem. Emasculare.] excastrare,
 & mascula uirilitate uiduare. Emasculatores eleganti sci
 toq; uocabulo dicti pædicones, & puerorum subactores,
 atq; libidine præpostera abutentes, quos Græci ἀποστυνίλας
 uocant. nam tales quasi emasculant pueros concubinos &
 catamitos, qui uicē implent præstantq; feminariū: pro suis
 effæminati, & in sexum muliebrem penè reformati. Con
 simile est uerbum illud Euirare, quod significat uiro uirili
 tateq; spoliare: inde euirati molles dicuntur, & fluxi, quos
 pœnitet quòd uiri nati sunt. Martialis: Cum sis cinædo eui
 rator fluxo. Veruece.] Lucianus, καὶ οὐ τοῦτον οὐρα
 νισ ὄσσην ὑπὸ βαρῆς ὑπερῆξαι τῆς τομῆς, id est, hunc tibi modestia
 orem ouicula reddam ex sectione. Veruecem uocant arietē
 castratum, & cui dempti sunt testiculi: à uersa natura di
 ctus ueruecx, ut interpretatur M. Varro. Mitigari autem fe
 rociam arietis, quando transfiguratur in ueruecem exectis
 genitalibus, opiliones & ouiarj pastores optimè norunt.
 Probroso ignauia maledicto Plautinus seruus ueruecea
 statua inclamitatur à domino. Ferocia arietis cohibetur,
 eornu iuxta aurem terebrato. Arics mutilus miltior est:
 nam cornutus frequenter in pugnam procurrit, & fit in
 foeminas quoq; procacior, nec non riualem uiolentiſſime
 persequitur: ubi fit ueruecx, mitigatur & mansuescit. Man
 suetarij ab antiquis dicti magistri mansuetudinis, qui feras
 docent mansuescere. Quicumq; nati fuerint oriente signo
 septentrionis, erunt mansuetarij ferarum: id est, qui urſos,
 uel tauros, uel leones deposita feritate humanis conuersa
 tionibus sociant, auctor Maternus. Cicurare uerbum uetus
 est, quod significat mansuesfacere: ut docet M. Varro. Vno

de cicly ingenium, pro mansuetum. & ciclyes animantes, quæ sunt placida, mäsuefacta, exarmata. hoc enim quoq; nomine appellantur fera, exuta feritate. Lampridius in Heliogabalo: Habuit leones et leopardos exarmatos in delicijs, quos edoctos per mansuetarios, subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere.

Extunc.] ex illa hora, & temporis momento: si cut exunc dicitur, pro ex hoc tempore et hora. Quidam codices habent Extrema. extrema autem pœna mortis est: & ut inquit Celsus iurisconsultus, ultimum supplicium solam mortem interpretamur.

Mœrebam.] lugebam, lamētabar. Lucianus, ἰγὼ ἦ ἦ δὲ ἰσάκρυσσ ὠς ἀσπελίσιον αὐτίκα ἔμω τῷ ἰσὺ ἀόδρα. id est, Ego flebam, perinde ac perditum statim in eo

Tali sententia medijs orci manibus retractus, sed extunc pœnæ reseruatus, mœrebā, & in nouissima parte corporis totum me periturum deflebā: inedia deniq; continua, uel precipiti ruina, memet ipse quærebam extinguere: moriturus quidem nihilominus, sed moriturus integer. Dumq; in ista necis mœ decūctor electione, matutino me rursum puer ille peremptor meus circa montis suetum ducit uestigium. Iamq; de cuiusdam uastissimæ ilicis ramo pendulo destinato, paululum uiam supergressus ipse, securi lignū, quod deueheret, recidebat: & ecce de proximo specu uastum attollens caput funesta proserpitu. quā simul conspexi, pavidus, & repentina facie conterritus, totum corporis

corporis pōdus in postremos
 poplites recello: arduaꝝ ceruicē
 sublimerē eleuata, lorū quo
 tenebar rumpo, meꝝ protinus
 pernici fugæ committo, perꝝ
 prona non tantū pedibus, ue
 rū etiam toto proiecto cor
 pore, properē deuolutus, im
 mitto me campis subpatenti
 bus: & summo studio fugiens
 immanem ursam, ursaq; peio
 rem illum puerum. Tunc qui
 dem uiator solitarium uagūꝝ
 me respiciens, inuadit, & pro
 periter insensum baculo quē
 gerebat obuerberans, per obli
 quam ignaramꝝ me ducebat
 uiam. nec inuitus ego cursui
 me accommodabā, relinquēs
 atrocissimā uirilitatis laniēnā.
 cæterū plagis non magnopere
 commouebat, quippe consue
 rus ex forma concidi fustibus.
 Sed illa fortuna meis casibus
 peruicax, tam opportunum la
 tibulum, misera celeritate præ
 uersa, nouas instruit insidias.
 Pastores enim mei, perditam
 sibi requirentes uacculam, ua
 riasꝝ regiones peragrans,

fino uirum. No
 uissima parte.]
 Id est, genitalium
 abscissione. Pa
 riturū.] Lego pe
 riturū, hoc est, mo
 riturum. Ine
 dia continua.]
 Quibus inedia mo
 ri & abstinentia
 cibi consiliū est, hī
 septimo die moriē
 oppetunt. Plin. in
 11. Homini nō ante
 diem septimum le
 talis inedia duras
 se, & ultra undec
 cimū plerosque
 certū est. Inediā
 nostri, cibi absti
 nentiā dicūt, Græ
 ci *υσίασ*. Hippo
 crates in Aphori
 smis, *υγιεινῶσ ἀπο
 πώρατα υσίασ φῆ
 ρουσι*. id est, inediā
 facillimē sustinent
 senes. Morituro
 rus.] tanquā non
 integer, sed mutio
 lus mo-

lus moriatur: qui
 moritur præcis
 genitalibus, quæ
 numerantur inter
 membra principa
 lia. namq; Auice
 na & Galeno au
 ctoribus, membra
 principalia sunt
 quatuor: cor, cere
 brū, iecur & geni
 talia. Decōctor.]
 demoror, & cōta
 būdus infisto. Pe
 remptor.] A' uo
 luntate, nō ab esse
 ctu peremptorem
 appellat agasonē,
 qui perimere ip
 sum quoquo mo
 do destinauerat.
 Sic poeta maritos
 dixit, non qui esse
 sent, sed qui esse
 cuperent, illo uer
 su: Quos ego sum
 toties iam dedi
 gnata maritos.
 Me destinato.]
 deligato, peculias

occurrunt nobis fortuitō: sta
 timq; me cognitū, capistro pre
 hensum, attrahere gestiūt. Sed
 audacia ualida resistens ille, fi
 dem hominum dominiq; testa
 batur. Quid me raptatis? quid
 inuaditis? An te nos tractamus
 inciuiliter, qui nostrum asinū
 furatus abducis? quin potius
 effaris, ubi puerum eiusdem a
 gasonem necatum scilicet oc
 cultaris? & illicō detractatus
 ad terram, pugnisq; pulsatus,
 & calcibus contusus, infit deie
 ctorem, sed planē concinnatū,
 solutum & solitarium, ob indi
 cinæ præmium occupasse, do
 mino tamen suo restitutum.
 Atq; utinā ipse asinus, inquit,
 quem nunquam profectō ui
 disse, uocem quiret humanā
 dare, meaq; testimoniū inno
 centiæ perhibere posset, profec
 tō uos huius iniuriæ pigeret.
 Sic adseuerans, nihil quicquā
 promouebat. nam collo con
 strictum reducunt eum pasto
 res molesti, circa montis illius
 siluosa nemora, unde lignum
 puer

puer solebat agere: nec uspiam
 ruris reperitur ille, sed planè
 corpus eius membratim lace-
 ratū, multisq; dispersum locis
 conspicitur. Quam rē procul-
 dubio sentiebam ego, illius ur-
 sæ dentib. esse perfectā: & her-
 cules dicerē quod sciebā, si lo-
 quēdi copia suppeditaret. Sed
 quod solū poterā, tacitus licet
 seræ uindictæ gratulabar. & ca-
 dauer quidē disiectis partibus
 tandem totum repertū, ægrēq;
 cōcinnatum ibidem terræ de-
 dēre: meum uerò Bellerophon-
 tem, abactorem indubitatum,
 cruentūq; percussorem crimi-
 nantes, ad casas interim suas
 uinctum perducunt, quoad re-
 nascenti die sequēti deductus
 ad magistratus, ut aiebant, pœ-
 næ redderetur.

ris in hoc signifi-
 catu dictio Apu-
 leiana. Vastis-
 sima ilicis.] Inter
 glandiferas arbo-
 res est ilex, cuius
 glans breuis est,
 & gracilis, quam
 Homerus acylon
 appellat. Iligna
 glans suem facit
 angustam, nitidā,
 strigosam, ponde-
 rosam. Plin. au-
 ctor: glandiferi ge-
 neris arbores ferè
 omnes uastitate
 & enormitate im-
 modica luxuriāt.
 Ciuica corona, q̄
 seruatori ciuis in
 bello dabatur, ili-
 gna primò fuit. ab

ilice, ilicetum dictum, locus ilicibus plenus: sicut à quercu
 quercetum, ab esculo esculetum. Ecce de proximo spe-
 cu.] Hæc particula Ecce, ut Pedianus Asconius & Dona-
 tus annotauerunt, inopinatum improsumq; denunciat
 malum. Quod apud Virg. & M. Tullium curiosus lector
 aspiciet. hæc autem omnia Apuleiana sunt, indideta omis-
 sã: à Luciano. Noster enim latius, fusius, copiosius asinu-
 suum

suum opimat, sarcitiq; quam Græcus Lucianus. Profero
 pit urfa.] Mares in omni genere fortiores sunt, præterquã
 in pantheris & ursis: auctores Aristoteles & Plinius. itaq;
 scitissimè ursam dixit, potius quàm ursum: utpote fortio-
 rem, truculentiorẽq;: sic & Ouid. Scena truculentior ur-
 sa. ἀρκίος Græcè dicitur urfa. unde arctomys dicitur, ani-
 mal habens similitudinem muris & ursi. à Hieronymo in-
 terpretatur ursus mus, fideliter magis quàm feliciter. Pro-
 uerbiũ est apud Græcos, ἀρκίς κρηδὸν ἰχθυὸν ἢ σὸν, ur-
 sa presente ne quære uestigia. dicitur autem de timidis
 uenatoribus. In poplites recello.] retrabo, & cessant
 reduco. Poplites sunt sub genibus. Elephas poplites intus
 flectit hominis modo, cætera animalia in diuersum.
 Recellere.] ut inquit Festus, est reclinare: excellere uerò
 in altum tollere. Liuius in 24. Ferrea manus cum inie-
 cta prora esset, grauiq; libramento plumbi recelleret ad
 solem suspensa, prora nauim in puppi statuebat. Sensus
 Apuleij est: Visa, inquit, urfa uasta et formidanda, omnib.
 taribus neruisq; contendi effugere imminens periculum: ita
 poplites pedum posteriorum cœpi retrahere, reclinare, re-
 troducere; ut ita rupto loro quo alligabar, saluti fuga con-
 sulerem. ab hoc uerbo Recello, Plauina dictione, epithetò
 meretricario recellicluniae nominantur meretrices, quòd
 scilicet in concubitu recellant, clunes & nates torqueant,
 ut còcinnior fiat uenerius coitus. Sed in omnibus ferè Plau-
 ti codicibus leges, nõ recelliclunias, sed reliquias alicarius,
 in Penulo. Relicinus uerò coma significatur, uiduatus coe-
 ma, capillitioq; depopulatus: à relinquo dictus, non à recel-
 lo. Itidem frons relicina, aperta capillis dimotis, à relinque-
 do deducta dictione, Nescio an satis decenter dici possit re-
 licina

licina coma: sed homo relicinus coma, quasi relictus à capillis: & frons relicina, quæ capillitio uelata non sit, rectè & eleganter dicitur. Frontem in Alexandro magno relicinam fuisse, laudat Apuleius in Floridâ quæ scilicet lata, aperta, spectabilis, & à capillorum tegumento libera uideretur. Subpatentibus.] sub monte exporrectis ac patentibus. Subalpinos populos appellat Plin. qui sunt sub alpiibus. Solitarium inuadit.] Tit. de acquirendo rerum dominio, traditum est, animalia quorum natura fera est, fieri occupantium. Sed cum asini natura fera non sit, non potuit iure fieri capientis: quamuis solitarius & procul domino fugitans captus sit. etenim si longius à nobis abscesserint animantes nostræ mansuetæ & cicures, adeò ut ignoremus ubi sint, tamen nihilominus in nostro dominio tenentur. Properitur.] Emenda properiter, id est festinater, celeriter, perniciter. Veteres enim properiter pro properè dicebant: ut superbiter, pro superbè: uerecunditer pro uerecundè, temeriter pro temerè, aliâq; hoc genus innumera. Obumbrans.] Lego, obuerberàs: hoc est uerberibus et fustibus cadens. Per obliquâ.] tramites, diuerticula, calles deuios significat. Virilitatis lanienam.] laniatû, laniationemq; genitalium. laniena dicitur proprie tabernæ ubi ueditur caro: sicut pelle suina, ubi pelles: sutrina, ubi calcei uenduntur. auctor M. Varro in libris de analogia. Igitur cum in laniena lanietur sceturq; frustatim à lanijs caro uenalis, satis condecenter laniena usurpatur pro ipsa laniatione & sectione, à laniendo nominata. Plagis non commouebat.] Costas occalluisse plagis significat, quotidie anis fustibus contundi assuetos. & profectò arumnarum consuetudo facit nos obdurescere, et quasi callû ducere aduersus

uersus sensum malorum. hinc illud Ouidianum: Quod ma-
 le fers assuesce, nihil assuetudine maius. et Ausonius inquit:
 Leniretq; usum bona consuetudo laborum. Concidi.]
 lacerari fustuario supplicio. Peruicax.] pertinax, per-
 seuerans tenaciter & perenniter in meis calamitatibus. In
 hanc sententiam Ouid. An miseros tristis fortuna tenaciter
 urget? Peruicaces dicuntur, teste Porphyrione, qui in con-
 tentione usq; ad peruincendum perseuerant. Sic peruicax
 Achilles Horatio dictus. Peruicaciam à pertinacia gram-
 matici ita dispefcunt, distinguuntq; ut peruicacia interdū
 bonarum rerum perseuerantia sit, pertinacia semper ma-
 larum. Quod & Actius poeta denotat his uerbis: Peruica-
 cem dicis me esse, per facile patior, pertinacem nihil mo-
 ror. hoc fortis sequitur, illam indocti possidet. M. Tullius
 tradit, pertinaciam uitium esse finitimum perseuerantiae,
 sicut audacia fidentiae finitima est. Verum ut aliubi anno-
 tauimus, pertinax quoq; in bono usurpatur: ut pertinax
 uirtus apud Liuiū, pertinax bonitas apud Curtiū. Præ-
 uersa.] anticipans, præueniens, euocans: ne scilicet ego ita
 opportuno latibulo & latebra tam salutari tutus delite-
 scerem. Archaismus autem est, et figuratum genus eloquis
 tionis, præuersa latibulum: ut nuda genu, & mæsta uultū.
 Vacculā.] A uacca per diminutionē fit uaccula, q̄ & alio
 nomine buccula nominatur: ut Virg. Buccula coelum suspi-
 ciēs. quæ sterilis est uacca, taura appellatur: qua prægnās,
 borda: ab eo in fastis dies hordicalia nominatur, quod tunc
 borda boues immolantur. Quidā fordas & fordicalia siue
 fordicia appellat, utrūq; recte, cognatione quadā licet
 f cum h. unde antiqui dicebāt fædum pro hædo, foslē pro
 boffe, foslā pro hostia: sic & fordam pro bordā. de qua
 Ouidius

Ovidius in Fastis: Forda ferens bos est, fecundaq; dicta
 ferendo, Pontifices forda sacra litate boue. Vaccinæ ca-
 seus recēs infunditur dysentericis, ut docet Plinius. For-
 tuitō.] cum non asinum quærent, sed uaccam: iuxta il-
 lud, Tu nō inuēta reperta es. Domini.] Lego deūm, pro-
 deorum: est enim exclamatio usitatissima, Proh deūm atq;
 hominum fidem, de qua M. Tullius in Oratore: Nam proh
 deūm atq; hominum fidem, pro deorum aiunt. hic fides ac-
 cipitur pro auxilio, ut apud comicos frequēter. Audacia
 ualida.] Talis audacia sæpe pro fiducia est, facitq; fidem
 innocentia. ex quo illud Satyrici poetæ: Nam cum ma-
 gna male superest audacia causæ, Creditur à multis fidu-
 cia. Auctor est M. Tul. in Rhetoricis, unicuiq; uirtuti fi-
 nitimum uicium reperiri. sic audaciam fidentia finitimam
 esse. Raptatis.] Rapones dixit antiquitas pro raptori-
 bus. Ain.] ais ne? uerba pastoris, ad asini raptorem.
 Inciuiliter.] inurbanè, uiolenter, iniuste, cōtra ciuiles mo-
 res. A. Gellius uerba inciuilia appellat petulantiora, pro-
 cioraq;, & nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ.
 Agasonem necatū.] Ex coniectura & suspitione dictum
 hoc est. nam cum asinum abduci uiderēt, & nuspiam cons-
 pareret puer agaso, nimirum suspicati sunt pastorales, il-
 lum fuisse clanculo necatum ab hoc, quem uidebant, asini
 abactore, furtimq; occultatum. Infit.] inquit. Deie-
 rans.] per deos omnis adiurans. Deierare enim est, ualde
 iurare: & deiurium dicitur scito uocabulo, iusiurandum.
 Terentius: illum liquet mihi deierare, his mensibus sex nō
 uidisse. Abducis.] tanquam alienum, significanter lo-
 tutus. Abducitur enim quod alienum est, ut docet Dona-
 tus: & Terentius, proprietatis uerborum retinentissimus,

de alieno seruo loquens in Adelpis inquit: Hunc abduce-
 præterea abducimur quò nolumus, ducimur quò uolumus.
 Ductorem.] agasonem, à ducendo grege dictum. Ducta-
 re exercitus, uerbum honestum, & apertæ significatio-
 nis apud Salustium: sed mala consuetudine in obscœnum
 intellectum esse detortum, dixit Quintilianus in 8. Quæret
 quispiã, & merito quæret, cur hoc dixerit Quintilianus. et
 quomodo his sermo, ductare exercitus, habeat obscœnam
 significationem. Audi qui quæris, discite qui nescis. Ductare
 exercitus interpretatur, exercitatus ducere frequenter ge-
 nitalia, & manibus tractare uirilia. Tales intellectus ex-
 cogitant obscœnitatis dilectores, ut ea quæ sanctè dicta
 sunt, & simpliciter, detorqueant ad fœdum significatum,
 & candida uertant in nigriciem. Apud eundem Salustiu-
 est, Ductabat, & arrexit animos militum, simpliciter ho-
 nesta sententia. Non enim defuerūt, qui per aſchrologiam
 id quoq; detorquerent ad obscœnam significationem: tan-
 quam esset intelligendum, duxit manibus uirilia, & arre-
 xit penem. Ex hac impura interpretandi licentia fit, ut ni-
 hil satis tutum sit, ut loqui sit difficile, ut silentio nihil uti-
 lius, ne in obscœnum intellectum uideamur incidere.
 Ob indicinæ præmium.] Attende uocabulũ nouè fictum,
 & scitè fabricatum. Indicina enim dicitur eleganter indi-
 cium, consimiliter à Plauto opificina fœmina est dicta. In-
 dex autem rei perditæ solet accipere præmiũ indicij facti,
 siue indicinæ: index fugitiui mancipij meretur à domino
 mercedulam. Ait ergo hic, se occupasse asinum, quem solu-
 tum solitariumq; reperit, eo consilio, ut domino restitue-
 ret, reciperetq; præmium indicij. Sic adseuerans.] sic
 asseueranter affirmans. Collo constrictum.] Verbum
 iuris:

iuris: namq; in ius quoq; collo constricti rei trahebantur: Plaut. in Curgulione: Collum obstringe, abduce illum ut malam crucem, item in Penulo ad hoc alludens uidetur dixisse, Collo rem soluam iam omnibus, item in Rudente: Rapi te obtorto collo. Cōsimiliter diuus Hieronymus ad hunc morem alludens inquit, Obtorto collo me in ius trahis.

Lignum egerere.] ligna exportare, educere. Nec uspiā ruris.] nusquam, in nulla ruris & agrorum parte: figura archaismos. sic dicimus nusquam gentium, nusquam locorum. Seruius tradit huiusmodi particulas uacanter ponit & ornatus tantum causa. Membratim.] per membra, ut frustatim, per frusta: minutatim, per minutis. Hercules.] certe. Seræ uindictæ.] Ex desiderio, ultionis feram dixit. cupienti enim ulcisci percussorem, omnis uindicta seræ uidebatur: uoluissetq; multo prius tali genere mortis agasonem uidisse confectum. Dij lanatos pedes habere dicitur, propterea quod lento gradu ueniunt ad fontes pueniendos: sed quanto serius, tanto grauius ulciscuntur, tarditatemq; supplicij grauitate compensant. dixit Satyrographus: Ut sit magna, tamen certe lenta ira deorum est. Cōcinnatum.] collectum, compositum, concinniter coagmentatum: ut membra membris copularētur, atq; congruerēt. Terræ dedere.] Humatum fuisse significat. humati enim dicuntur, humo cōiecti: Sepulti, quoquo modo conditi: ut docet Plinius. Antiquissimū sepulchræ genus, auctore. M. Tul. fuit, reddere corpus terræ, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obduci. Cremare cadauera apud Romanos non fuit ueteris instituti terræ antiquitus condebantur. in Cornelia domo nemo ante Syllam dictatore traditur esse crematus. Neum Bellerophontem.] Bel-

lerophontes, ut mythici fabulantur, & Strabo, Pegasus equum alatum & uolaticum ex Pyrene fonte Corinthiensi potantem deprehendit, abduxitq;: cuius praesidio liberatus est à chimera monstro multiformi. quam cum intere misset, & inde uictor profugeret, cum ad caelum pinnati equi beneficio cõtenderet euolare, neq; iam longè abesset, despiciẽs ad terrã, timore perterritus cecidit, atq; ita mortem oppetit. Quidam tradunt, Pegasus, cum grauaretur homine sessore, excussisse illum, praecipitemq; ad terram dedisse. Quod sensisse uidetur Horatius, cum ait: Pegasus terrenum equitẽ grauatus Bellerophontem. item aliubi cecinit: Vix illigatũ triformi Pegasus expediet chimera. Homer. in 6 Iliados, non pauca scitu digna referens super Bellerophonte, nullam Pegasi equi mentionem facit: nos in tertio Tusculanarum commentario pensitauius curiose, opinor, & diligenter Nasonis carmen, & Homericum uersum. Igitur cum à Bellerophõte Pegasus olim abductus sit, nunc festiuiter cum à uiatore asinus abducitur, illum Bellerophontem suum appellat: qui ut Bellerophontes equum, ita ipse asinũ abegerit. Oriente sidere auriga, natus Bellerophontes esse proditur. Abactorem.] Ab abigendo abactores dicti, ut tradit Donatus. abigere enim, abducere est: inde abactos greges, pro abductos dici leges. inde abigei, ipsi abactores nuncupati. Quamuis abigei propriè hi habeantur, ut docet Vlpianus, qui pecora ex pascuis uel armentis subtrahunt, & quodammodo depredantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos de armentis uel oues de gregibus abducentes. Caterum si quis oues oberrantes uel equos in solitudinem relictos abduxerit, non est abigens, sed potius fur. ex hac Vlpiani sententia abactor

Flor hic asini, in solitudine deprensi, non erit abigeus dicendus, sed fur. Callistratus scribit, oves pro numero abatarum, aut abigeum, aut furem facere. De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus rescripsit consuli: Abigei cum durissime puniuntur, ad gladium damnari solent: puniuntur autem durissime non ubiq; sed ubicunq; frequentius est id genus maleficij. Qui uero honestiori loco nati sunt, relegandi sunt, aut ordine amouendi. Ipsum abigeorum crimen & admissum abigeatus nominatur: quod quia magis furtum est, publici iudicij nõ fit. Si Mars & Luna in aquosis proprie signis fuerint constituti, pecorum abactores efficient. Ad casus pastorales.] Signate locutus: casa enim uilis est et rustica, a cauatione dicta. hinc apud Lactantium illud scitu Carneadis: Si iusti uelint esse Romani, hoc est, si aliena restituat, ad casus esse redeundũ. Casaria dicitur, quæ euodit casam. Renascenti die.] Matius uir eruditissimus non absone finxit uerbum hoc recentatur, pro eo quod est renascitur, renouaturq; atq; iterũ fit recens. Versus in quibus hoc uerbum est, hi sunt, de die renascete iam: iam albicaesit Phæbus, & recentatur commune lumen hominibus & uoluptas.

Interim dum puerum illum parentes sui plangoribus fletibusq; querebantur, adueniens ecce rusticus, nequaquam promissum suum frustratus, de stinatam sectionem meam flagitat. Non est, inquit, in his unus, indidem præsens iactura

Adueniens rusticus.] qui scilicet promiserat, petitis e domo ferramentis castratorijs, sese asinum emasculaturũ, castraturũq;: ut ita mitesceret, mã

fuesceretq;. Ne
 quaquam frustra
 tus.] Ille dicitur
 promissa frustra-
 ri, q̄ quod uerbo
 promisit, re non
 facit. hic uerò ue-
 nerat prastaturus
 quod promiserat,
 & asinū castratu-
 rus. Sectionē.]
 castrationem, &
 testium amputa-
 tionem, *τομή* Grae-
 cè dicitur. Indi-
 dem.] inde, ex asi-
 ni libidine ut præ-
 cisione genitaliū
 nullū amplius in-
 cōmodum sit per-
 timefcendum. &
 uia indicat, longè
 grauiorē pestem
 ab asino concun-
 natam esse de pue-
 ri scilicet morte.
 quàm qua ex la-
 sciua amatoria ti-
 mebatur. Nas-
 turam.] genita-

nostra, sed planè castino liber
 non tantum naturam, uerū
 etiam caput quoq; ipsum pessi-
 mo isti asino demere. Nec tibi
 ministeriū deerit istorum. Sic
 effectum est, ut in alterū diem
 clades differretur mea. At ego
 gratias agebam bono puero,
 quòd saltem mortuus unam
 carnificinæ meæ dieculam do-
 nasset. nec tamen tantillum sal-
 tem gratulationi meæ, quie-
 tiq; spaciū datum. nam ma-
 ter pueri mortem deplorans
 acerbam filij fieta & lachrymo-
 sa, fuscaq; ueste contacta, amba-
 bus manibus trahens cinero-
 sam caniciem eiulans, & exi-
 de proclamans, stabulū irrum-
 pit meum, tunsisq; ac diuerbe-
 ratis uehemēter uberibus, in-
 cipit: Et nunc iste securus in-
 cumbens præsepio, uoracitati
 suæ deseruit, & infatibilem
 profundumq; uentrem sem-
 per esitando distendit: nec ar-
 minæ meæ miseret, uel detesta-
 bilem casum defuncti magistri
 recordatur: sed scilicet senectā
 infirmitatemq; meam contem-
 nit &

nit ac despicit, & impune se latu-
 rum tantum scelus credit?
 At utcumq; se praesumit inno-
 centem. Est enim congruens
 pessimis conatibus circa no-
 xiam conscientiam, sperare se-
 curitatē. Nam pro deum fidem
 quadrupes nequissime: licet
 precariam uocis usurā sumēs,
 cui tandē uel ineptissimo per-
 suadere possit, atrocitatem i-
 stam culpa uacare: cum propu-
 gnare pedibus, & arcere mor-
 sibus misello puero potueris?
 An ipsum quidem sapius in-
 cursare calcibus potuisti, mori-
 turum uerò defendere alacri-
 tate simili nequisti? Certē dor-
 so receptū auferres protinus,
 & infesti latronis cruentis ma-
 nibus eriperes: postremū de-
 seruo derelictoq; illo cōseruo,
 magistro, comite, pastore, non
 solus aufugeres. An ignoras,
 eos etiam qui morituris auxi-
 liū salutare denegarint, quod
 contra bonos mores idipsum
 fecerint, solere puniri? sed non
 diutius meis cladibus lataberis
 homicida: senties efficiam,

lia & uirilitatē,
 De natura in hoc
 significatu supra
 quoq; diximus suo
 loco. Bono pue-
 ro.] cuius scilicet
 morte effectum eo-
 rat, ut carnificina
 asini pro crastina
 retur. Carnifis-
 cina.] laniatio-
 ni, excarnificatio-
 ni, & genitalium
 amputationi. De
 carnificina copio
 se annotaui in ter-
 tio Tusculanae
 rum commenta-
 rio, ubi dicitur: Et
 agritudo est ani-
 mi carnificina.
 Dieculam.] modo
 diem: aliās breue
 tempusculum &
 moram, ut in pri-
 mo commentario
 enarratius est ex-
 plicatū. Tan-
 tullum.] minimū.
 Fleta.] flens, &
 ii 4 plena

plena fletus ac la
 chrymarum. quod
 actiue positiu est,
 cum alias passiuè
 dicatur. ut. apud
 poetam in 6: Hic
 multum fleti ad
 superos, belloque
 caduci Dardaniae.
 nam fleti proprie
 dicuntur illi,
 quibus fletum &
 lachrymas impedi
 mus: sicut econtra
 rio infleti, quos
 nullus defleuit: ut,
 Inhumata infle-
 taq; turba est. Fus-
 sca ueste.] Fuscus
 siue pullus & ni-
 ger color lugen-
 tium est, qui Grae-
 co uocabulo an-
 thracinus nomina-
 tur: à carbone,
 quem anthracem uocant. M. Varro amiculum nigellū dixit
 uestem lugubrem. Lego apud Plutarchum in problematis,
 quòd foeminae antiquitus in luctu uestes albas induebant.
 Trabes.] uellicans, decerpensq;. Cinerosam canicie.]
 largo cinere perfusam. imitatio Virgiliana ex 12. Canicie

mifero dolori naturales uires
 adesse. & cum dicto assertis
 manibus exoluit suam sibi fa-
 ciem, pedesq; meos sigillatim
 inligans, indidem constringit
 arctissimè, scilicet ne quod uin-
 dictae meae superesset praesidiū:
 & pertica qua stabuli fores of-
 firmari solebant, arrepta, non
 prius me desijt obtudere, quam
 uictis fessisq; uirib. suapte pō-
 dere degrauatus, manibus eius
 fustis esset elapsus. Tunc de bra-
 chiorum suorum cita fatigati-
 one conquesta, procurrat ad fo-
 cum: ardentemq; titionem ge-
 rens, medijs inguinibus obtru-
 dit, donec solo quod restabat
 innixus praesidio, liquida fimo
 strictim egesta, faciem atq; o-
 culos eius confedasset: qua cae-
 citate atq; foctore tandem fu-
 gata est à me perniciēs. certū ti-
 tione delirantis Althaeae Mele-
 ager asinus interiisset.

immundo per fusam pulvere turpans. etenim in luctu &
 dolore caniciem turpabant cinere immundo, & comam
 uellebāt. hinc Agamēnon Homericus, & idem Actianus:
 Scindens dolore identidem inonsam comam. in quo facetiū
 illud Bionis, perinde stultissimum regem in luctu capillum
 sibi euellere, quasi caluicio mceror leuaretur. *Eiulans.*]
 Eiulatio et eiulatus propriè fœminarū est fletus. hinc illud
 Horatianum ex Epodo: Et illa non uirilis eiulatio. hic nis
 mirum est fletus, quem leges decemuirales in funebus
 adhiberi uetuerunt: ideoq; dixit M. Tul. quod eiulatus ne
 mulieri quidem concessus est. Verba legis hæc sunt: Mulie
 res lessum funeris ergò ne habent. id est, non habeant fœ
 minæ eiulatū causa funeris. Lessum enim Lælius interpre
 tatur, quasi lugubrē eiulationē: quod & M. Tul. probat
 in libris de legibus, quia lex Solonis id ipsum uetat. Veteres
 interpretes Sextus Helius, Lucius Attilius, non satis intelle
 xerūt quid esset lessum: sed suspicati sunt, uestimēti aliquod
 funebris genus esse. *Tunsis uberibus.*] Fœminarū est, in
 dolore pectus et ubera pugnis tundere, faciē discerpere, co
 mā diuellere. Sic Virg. Vnguib. ora soror scedās, & pecto
 ra pugnis. sic & Lucanus: Nunc, ait, ô misera cōiundite pe
 ctora matres, Nūc laniate comas. Legib. uetabātur mulie
 res genas radere, hoc est, carpere ac lacerare. uerba legis
 hæc sunt: Mulieres genas ne radunto, mulier faciē ne carpi
 to. *Iste se.*] Querimonia mulieris, indignātis asini culpa
 filiū peremptū. pronomen autē Iste, cum indignatione pro
 nunciatur: nam molestū, odiosumq; significat, ut notat Do
 natus. sic apud Propertiu: Iste quod est, ego saepe fui. *Dis
 stendit.*] Implet, farcit, plenum reddit. hoc autem specimē
 est & argumentum asini securi, & de alieno luctu incuo
 riosi,

riosi, qui uentrem distendens cibariae uoluptati deseruit, de
 his autem quorum insaturabile est abdomen, & insatias
 bilis uenter, prouerbum graecum celebratur, ἀπαιγος
 ειδος, id est inexplebile dolium: quod refertur ad fabulam
 Danaidum, quae dolio perforato hauriunt aquam, nec id
 unquam expletur. Miseria.] Purior sensus est, si uerbum
 sit Miseret. Magistri.] Agasonem puerum significat ab
 urfa interfectum. Senectam despi.] Cecilius: In senecta
 hoc reputo miserrimum: sentire ea aetate esse odiosum se alie
 ri. Tradunt historici, senectam Galbae imperatoris fuisse de
 spectui. M. Tul. refert in Catone, Senes ideo morosos esse
 & difficiles, quia contemni se putant, & despici. Attamen
 apex senectutis est auctoritas. Lacedaemone honestissimum
 fuit domicilium senectutis, nusquam senectus honoratior.
 Hinc illud celebratum, cum quispiam uidisset quantum ho
 noris iuniores senioribus Lacedaemone exhiberent, scitissi
 me dixit, ἐν σπάρτην μόνη λυσίτηλά γυράσκων, in sola Sparta
 expedit senescere. Circa no.] Legi potest, contra noxiā.
 Quadrupes nequis.] Apostrophus sermo uires dat ora
 tioni, quae alioqui erat futura languidior: sic illud Ciceronis,
 Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandū,
 & c. quod si per tertiam uerbi personam enuncietur, omnis
 uis acrimoniaeque languescet, si sic dicat: Habet igitur Tu
 bero quod est accusatori maxime optandū, sic Demosthenes
 ad Aeschinē, orationem in prooemio conuertit, sic Salu
 stius, directo ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, usus
 est principio, cum ait: Grauitur & iniquo animo maledi
 eta tua paterer Marce Tulli. & Cic. idem fecit in Cati
 linam: Quousque tandem abutere patientia nostra? Sic &
 nunc scitissime inducitur foemina, utens apostropha ad a
 sinum,

finum, quem filij extinctorem arbitrabatur, ut ita uehementior ualidiorq; criminatio uideatur. Precariã uo. usu.] Sensus est: Si tibi ô pessime asine usus uocis temporarius cõcederetur, ut loqui posses, nulli tamen persuaderes te huic culpæ non esse cõfinem. Precariũ est (ut Vlpianus tradit) quod precibus petentium ut edum concoditur tandiu, quãdiu is qui concessit patitur. Qui precario concedit, sic dat quasi tunc recepturus cum sibi libuerit. precarium simile est commodato. hinc eleganter dixit Seneca, Homines esse spiritus precarij: quasi cõmodati, quem mutuo accipimus, quem reddere debemus cum primum reposcet qui commodaauerat. Nos oportet in promptu habere, & appellatos reddere: pessimi est debitoris, creditori facere conuicium. Namq; precarium reuocare uolenti competit, & (ut inq; Iulianus): si natura æquũ, tam diu de mea liberalitate uti, quam diu ego uelim. M. Brutus precariam salutem, Curtius regnum precarium dixere: sic & nunc precaria usura uocis accipitur, pro usu uocis commodato: quam precibus petens utendã impetrauerit à natura tãdiu, quãdiu ipsa uoluerit. in hunc sensum sexcenta exempla sunt apud eos qui puriter & eleganter scripserunt. Usuram autem pro usu dici, frequens est apud eruditos: & testatur M. Tullius cũ ait in Catilinam, Vnius usuram horæ gladiatori issi ad uiuendũ non dedissem. hinc Plautinus Mercurius Alcumenã uxorem Iouis usurariam nõ infestiuiter appellat, uidelicet ab usura, hoc est usu: illa enim utebatur perinde ac sua uxore, cum ipse esset Amphitryo subditicius. Puer quoq; usurarius ab eodem Plauto dictus, cuius opera & ministerio uiuimur. Usurã pro uita poni, annotat Donatus. Apud iurisconf. nõ tam usurarius nominatur, quã usufrarius, cui

usus legatus sit, in quo minus est iuris quam in usufructu, de quo in lib. 2. Institutionum sic scriptum legimus: Si pecoris uel ouium usus legatus sit, neq; lacte, neq; agnis, neq; lana utetur usurarius: quia ea in fructu sunt, plane ad stercoreandum agrum suum pecoribus uti potest, e contrario usufructus seruus, & usufructus ancilla dicuntur, quorum usus legatus est, et opera. Vnde lib. 7. digestorum, Labeo putat, si fundum conduxerit quis, usufructum seruum ibi posse operari. Quid enim interest, in qua rem opera eius utatur? Quare & si lanam conduxerit usufructus expediendam, poterit etiam per usufructus ancillas opus perficere. A. Gell. usufructus appellat, quae usui sunt qui usum quoque pro usu siue usura posuit. Propugnare.] defendere, & optulari. Propugnare & oppugnare tanquam contraria disparauit A. Gellius, scribens oppidum a Metello oppugnari, ab oppidanis propugnari. Defendere nequisti.] Argumentum ex eo, ut qui potuerit obesse, possit & prodesse: qui ualuerit perdere, debuerit & posse seruare. Verum, ut inquit Quintilianus in 8. nocere facile est, prodesse difficile: & cum hoc rectum sit, uehementius apud Ouidium Medea dicit: Seruare potui, perdere an possim rogas? Alacritate.] Alacris siue alacer dicitur, is qui uiget sensibus uniuersis: quod est indicium recti animi, atque sublimis. auctor Pedianus Asconius. unde alacritas dicta pro uigore & animi erectione, & nonnunquam pro leticia gestiente, quae malis habenda sit, ut M. Tul. in quinta Tusculana ostendit his uerbis: Vir temperatus, constans, sine metu, sine aegritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nonne beatus? Dorso.] Veteres dossum dicere. unde & iumenta dossumaria, quae dosso onus ferunt, de quibus Var. in secundo de re Rustica,

& nos supra commeminimus. Conseruo magistro.]
 Exaggeratio speciosa, onerandi criminis causa tempesti-
 uiter inducta. Turpe enim est conseruum deserere, tur-
 pius magistrum: turpissimum uero derelinquere pastorem,
 qui prabet cibaria iumentis, qui alit, qui curat. Circa
 bonos mores.] Corrige, contra: nam contra bonos mores
 facit, qui periclitanti non succurrit, qui morituro non fert
 suppetias salutare. Nam (ut inquit Seneca) qui non ue-
 tat peccatorem, cum possit, iubet. In decretis 85. dist. Culpam
 proculdubio facientis habet, qui quod potest corrigere,
 negligit emendare. Ex praescripto legis argumentatur, pu-
 niendum, qui morituro non sit opitulatus. Contra bonos
 mores.] Verbum peculiare iurisconsultorum. qui sic tradit
 tit. de iniurijs: Adicitur, aduersus bonos mores uerberauit
 ut non omnis omnino qui uerberauit, sed qui aduersus bo-
 nos mores uerberauit, teneatur. item tit. de extraordina-
 rijs criminibus: Fit iniuria contra bonos mores, ueluti si quis
 fimo corrupto aliquem perfuderit, caeno oblinierit, aquas
 spurcauerit. Dolori uires adesse.] Dolor modo uen-
 stos facit, modo ingeniosos ac solertes. hinc illud Nasonis:
 Grande doloris Ingenium, miserisq; uenit solertia rebus.
 Nonnunquam uires suggerit, & animo imperterrito im-
 pellit in ultionem. Saepo doloris effectus iram imitatur: est
 enim impotens. cuius impulsu contemptores periculorum,
 ipsius quoq; mortis frequenter efficimur, dum animo do-
 lenti parentemus. Assertis.] liberatis, exercitis, expeditis:
 cum non sit (ut inquit Seneca) natura hominum appetes poe-
 nae: mulieres tamen reponendae ultionis cupidiores sunt, et
 (ut ait satyrographus) uindicta nemo magis gaudet quam
 foemina. Suam sibi fasciam.] An strophium intelligit,
 quae

quæ fascia pectoralis est, qua mammae cohibentur, de quo Catullus: Strophio teretes euincta papillas. An uittam, quæ in uinciendo capite adhibetur? Celebrata est uox illius qui dixit, Fasciam solve, quantum mali sub illa lateat: ubi fascia significat diadema & insigne regium. Martianus fascias appellat, quas alij zonas. Fasciatim aduerbiū est priscorū. Fasciam pro cortice posuit M. Var. Fascys in calciatu usos esse priscos, indicat Plin. scribens in octauo: Mures arro-
sisse Carboni imperatori fascias, quibus in calciatu utebatur. quod dirum fuit ostentum. tales fascias eleganti uocabulo crurules & pedules Vlpianus appellat, à cruribus scilicet, & pedibus uestiendis. Sic enim inquit tit. de auro & ueste legata: Fasciæ crurules pedulesq;, & pilea, uestis loco sunt: quia partem corporis uestiunt. Impressi codices iuriskon. habent fasciæ crinales. Quæ leclio si sincera est, ad uittas & crinium tegumēta refertur. Dixit autem, Sui sibi ex antiqua locutione. Sic enim ueteres loquebantur: ut Sui sibi gladio hunc iugulo. Sigillatim.] singulos, sepa-
ratim, singulatim: & sigillatim dicitur à singulis, aduer-
bium est notissimum. à Plauto singulariter dictum, singu-
lum uestigium, & ita ueteres usurpant. Indidem.] ex eadem fascia. Arctissima.] strictissima. Affirmari.]
Melius affirmari: pro eo quod est occludi, obturari, obse-
rari. indicat perticam illam uicem impleuisse claustrorum
& repagulorum. Obtundere.] crebris ictibus ferire.
Translatio sumpta à malleis fabrorum, quibus ferramēta
in incude tunduntur. Fessis uiribus.] Merito in fœmina
quæ imbecillior est, & infirmior, citò uires defessæ sunt, et
brachia lassescere cœperunt. Degrauat.] ualde gra-
uatus: hæc enim particula De, modò auget, aliàs minuit.

Plin.

Plin. in 7: Eosdē præterea non posse mergi, nec ueste quidem degrauiatos. Suopte.] suo ipsius: Tuopte, tuo ipsius, & alia consimiliter. Cuta.] celeri. Ad focum.] Proprie focus, locus est ubi fit ignis, à fouendo, id est, calefaciēdo dictus. Tibullus: Dum meus assiduo luceat igne focus. Ad focum colitur lar familiaris deus. de quo Plaut. in Aulularia. à foco, focaria dictæ feminae, quarum ministeriū circa focum est. Libro Regum primo sic scribitur: Filias quoq; uestras faciet sibi unguentarias & focarias & panificas. Vlpianus refert, focariam & uillicam instrumentō fundi contineri. Focale uerò non à foco, sed à fouendis faucibus denominatur. est enim faucium uelamentum: cuius Horatius, Quin. Varro commemorerunt. focaneus quoq; palmes dictus Columellæ, non qui in foco est, sed qui in bifurco uitis prorepens, uelut fauces obsidet. Vnde & nomē focula, antiqui dixerunt inurimenta: & foculare, nutrire ac fouere: somenta, focillationes, à fouendo deducuntur. Titionem.] Vt Lactantij uerbis utar, ex lib. 4. institutionum, titionem uulgò appellant extractum foco torrē semiustum, extinctum. Nonius quoq; titionem esse dixit, fustem ardentem. Zacharias propheta: Ecce, inquit, titio eiectus ab igne. Virg. torrem dixit, quem noster Lucius titionem. Pacuuius & Ennius declinabant, hic torrus torri, in secunda declinatione. Sed ille loquendi mos exoleuit: cū nūc omnes dicāt hic torris, ex formula tertij ordinis. Obtrudit.] trudendo immitit, & inuito impingit. Terentius Quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me: ubi exponit Donatus, infringi, impingi, quasi inuito. Innixus.] adminiculatus, subnixus q̄. Liquida fimo.] Mira fuit priorum in uariandis generibus declinationibusq; licentia.

M. Varro lupum fœminã dicit. corius & collus masculino genere dictus. pari modo diuerso genere dicebãt, hæc meotus, hæc annus, hic frons. Cõsimiliter Apuleius licenter dicit fimum fœminino genere, cum masculino & neutro apud ceteros dicatur. à fimo fit fimetum, quod significat sterquilinum. asinini pulli fimum, quod primum edidit, poleam uocãt Aristoteles & Plin. Egesta.] Effusa, quasi ei acuta. auctores tradunt, ferã quæ bonasius uocetur, fuga sibi auxiliari, egerentẽ ea fimũ interdũ ei triũ iugerũ lõgitudinẽ. cuius cõtractu sequẽtes ut ignis aliquis cõburat. uideãt sinus egestione excremẽti liquidioris pnicem à sese repulit. Qua cæcitate.] Ex hoc intelligi uult, largiorem fimum egestum esse, cuius copia mulier illa quasi obcæcatur. Certum.] Legendum est Cæterum. Delirantis Altheæ.] Fabulæ canunt, Altheam Meleagri matrem, cum uidisset fratres Toxea & Plexippum interfectos à filio referri, uolentem ulcisci fraternos obitus, furore extimulatam coniecisse in medios ignes titionem, in quo uita Meleagri continebatur: & ita uterq; simul extinctus est. mox Althea diri facti conscia, sibimet necem consciuit, actõ per uiscera ferro. Parcæ torrem illum siue titionem funereum, atq; fatalem in flammis posuere, cum Althea Meleagrum esset enixa: dixeruntq; tempora & stipiti & puero eadem fore. tunc Althea stipem illum e flammis ereptum, seruauit abditum in arca atq; in penetralibus: qui seruatus, Meleagrum quoque seruabat, extinctus igne, illum pariter extinxit. Græci τῆλον uocant hunc titionem siue torrem, quo Meleagri uita continebatur. Nunc non incõcinnuer Apuleius utens fabulæ huiusce translatione, ait se asinum quasi Meleagrũ extitisse, qui paulominus interierit titione mulieris, quasi alterius

alterius Alibea, quæ per delirium & furorem exitium filio concinnavit: & ita aptè asinum Meleagro, fæminam Alibea, titionem titioni cõparat. Alibeam uocant maluã syluestrem, quæ ab excellentia effectus à quibusdam Aristalthea appellatur. Alibea radix (ut inquit Plin.) cocta in aqua, aluum sistit: efficacior conuulsis, ruptisq; ac uulneratis. sitientibusq; à defectu sanguinis, radicis alibea decoctæ succum bibendum dedit Hippocrates.

LIBRI OCTAVI

Argumentum.

Hoc uolumine nex mariti Charites miseranda, excoꝛlatio amatoris Thrasylli facta per Charitẽ, ultronea puellæ mors explicantur. Mutatio domini, enarratio sacerdotum dea, Syriae luculenta, & illoru spurcissimæ libidines, flagra, dissectionesq; membrorum, fraudes ac decipula detecta continentur.

NOctis gallicinio.] Chronographia, id est, temporis descriptio est, secundum diei ciuilis diuisionem.



Octis gallicinio, uenit quidam iuuenis proxima ciuitate, ut quidem mihi uidebatur, unus de famulis Charites, puellæ illius quæ mecum apud latrones pares ærūnas exanclauerat. is de eius exilio, & do-

Post mediam noctem est gallicinium, à galli cantu dictū: inde conticinium, cum & galli conticescūt, & homines tunc etiam quiescunt. Galli uigiles nocturni, quos exci-

k k tandis

eadis (ut inqt Plinius) in opera mortalibus, rumpens doq; somno genuit. nam diem uenientem nunciant cantu: ipsum uero cantum, plausu alarum. Ambrosius in 5. hexameri: Est etiã galli cantus suavis in noctibus: nec solũ suavis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientem excitat, & sollicitum

mus totius infortunio mira ac nefanda, igne propter asides inter cõseruorum frequentia, sic annunciabat. Equisiones, opilionesq; & bubsequæ, fuit Charite nobis quam misella, & quidem casu grauissimo, nec uero incomitata manes adiuit. Sed ut cuncta noritis, referam uobis à capite quæ gesta sunt, quæq; possint merito doctiores, quibus stilum fortuna subministrat, in historię speciem chartis inuoluere.

admonet, uiantem solatur, processum noctis canora significatione protestans. Græco uocabulo gallicinium dicitur ἀλιτρωφωνια. Lucianus hoc idem tempus describens ait, ἐν τῇ βαθύᾳ, ἄγγιλος τις ἀπὸ τοῦ νόμου ἤλθεν εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ τίω ἱπποδίου. Erat, inquit, nox profunda, cū nuncius ex castello in agrum uenit, & uillam. Gallinaceorum cantus terret leones: quod serij scriptores tradunt, & Aesopus fabulator ostendit. Prouerbiū est apud Græcos, ἀλιτρωφῶν μίμφομαι κοιλίῳ. id est, gallorum uentrem incusare: de his qui delicatius uiuunt, & sumptuosius. Is de eius exilio.] Lucianus breuissimè perscribit sponsam & sponsum in littore ambulantes, repente fluctibus maris absorptos esse. his uero noster, longè demutans recedensq; à Græco scriptore, denarrat copiosius latiusq; alio mortis genere

genere extinctos interijisse: q̄ narratio auocat atq; mulcet
lectorem minimè lassescens. Ignem propter.] iuxta,
prope. sic Virg. Propter aquæ riuum. Conseruorum.]
qui eidem domino seruiunt, qui in eodem sunt famulatio,
conserui nominantur. Seneca lib. 7 epistolarum: Serui sunt,
imò homines: serui sunt, imò humiles amici: serui sunt,
imò conserui. Græci οὐδαιονος conseruum uocant.

Equisiones.] Hoc totum festiuiter. sicuti enim qui concio-
nem habet ad Rom. solet Quirites uocare: ita apud pasto-
res uerba faciens, appellat illos suis nominibus speciatim,
seiuictimq; . Nam cum res pastoralis sermè tota cõtineatur
aut equis, aut bobus, aut ouibus, per trigemina nomina pa-
stores omnis expressu. Equisiones, qui alio nomine equi-
tarij, equorum moderatores sunt, aut magistri, apud an-
tiquos, omnes quibus regimen cuiuslibet rei concedebatur,
equisiones dicebãtur. ut supra suo loco docuimus. Buba-
sequæ.] bubulci, à sequendis bobus dicti. eo inclinatu for-
matur bubsequæ, quo pedissequæ. bucerias dicunt bouum
greges, quæ & bucera nominantur. bubulcitrare, est bo-
ues curare: bucadæ uerò, quod annotatu dignum est, uoca-
bulo Plautino sunt, qui loris bubulis cæduntur: quos & pla-
gipatidas uocant. Ex eodem genere sunt flagriones, quasi
flagris subiecti: & uerberones, & mastigia. è diuerso tin-
tinaculi, oppidò quàm eleganter dicuntur uirgatores, siue
tortores, qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bu-
bulis castigant: uocabulo fictitio à sonitu, què uerbera ef-
ficiunt. nam dum uerberant & cædunt flagris, tintinnare
uidentur, & tintinum reddere ex crepitu plagarum: quæ
percussio festiuiter dicitur ab eodem Plauti, Tax tax: uis
delicet per onomatopœam, à sonitu quem reddit. id genus

homines flagratores quoque dicebantur. quamuis quidam flagratores ponant pro flagriones, ut sint qui mercede flagris cœduntur. Fuit Charite nobis.] Quod fuit, nō est: quæ fuisse dicitur, iam extincta esse significatur. Cōsimiliter Virg. Fuimus Troes, fuit Iliū, & ingens gloria Teucrorum. hoc enim uerbo utimur, cum quippiam transactum, & penitus sublatum, & ad nihilum redactum significamus. Plaut. in Persa: Omne ego pro nihilo duco, quod fuit, quando fuit, tanquam hominem quando animam efflauit: quid eum quæras qui fuit? Nec in comitate.] Dulce est morientibus commori: & maximum morientis solatium est, si non solus moritur, si petit inferos comitatus. iuxta illud: Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Manes adiuit.] inferos petit. A capite.] à principio, & summa rei origine. Græcè dicitur *εἰς ἀρχαίαν*. Charitis.] Emendo, chartis: ut sit sensus, se cuncta uelle referre, ut historici possint chartis & libris ista conscribere. Occultè denotat senetipsum, à quo hæc chartis inuoluuntur, & historico stilo conscripta posteris produntur.

Erat in proxima.] Narratio, secundum præceptiones rhetoricas, lucida, breuis, probabilis: qua singula ita decenter, ita graphice describuntur, ut non legere te putares, sed cernere.

Erat in proxima ciuitate iuuenis, natalibus prænobilis, equo clarus, & pecuniæ fuit satis locuples: sed luxuriæ popularis, scortisq; & diurnis potationibus exercitatus, atq; ob id factionibus latronum male sociatus, nec nō etiam manus infectus humano cruore, Thra-syllus nomine. idq; sic erat, & fama

fama dicebat. Hic cū primū
Charitenubendo maturisset,
inter præcipuos procos sum-
mo studio petitionis eius mu-
nus obierat. & quanquam cæ-
teris omnibus id genus uiris
antistaret, eximijſq; munerib.
parentum inuitaret iudicium,
morum tamen improbatus, re-
pulsæ contumelia fuerat asper-
sus. at dum herilis puella in bo-
ni Lepolemi manum uenerat,
firmiter deorsus delapsū nu-
triens amorē, & denegati tha-
lami permiscens indignatio-
nem, cruento facinori quære-
bat accessum. Nactus denique
præsentia suæ tempestiuā oc-
casionem, sceleri, quod diu co-
gitarat, accingitur. Ac die, quo
prædonum infestis mucroni-
bus puella fuerat astu uirtuti-
busq; sponsi sui liberata, turbe
gratulantium exultans, insi-
gniter permiscuit sese, salutiq;
præsentia futuræ soboli nouo-
rum maritorū gaudibundus,
ad honorem splendidæ prosa-
piæ, inter præcipuos hospites
domum nostram receptus, oc-

Equo clarus.] Eq-
tem, equestrisq; cla-
riudine nobilem
fuisse significat.
Quidā codices ha-
bent, loco clarus
ut loci conditione
splendidum fuisse
demonstret. Na-
talibus.] claritudo
dine natalium in-
signis, & nobilita-
te generis illustris.
Natales sunt τῶν
μίσθων. nam lau-
damus natales ut
honestos, infama-
mus ut sordidos.
Plin. in 3. epistola-
rum: Nonnunquam
Candidus natales
cōpetitoris argue-
bat. Titulus est as-
pud iuriscōsultos,
de Natalibus resti-
tuendis: quo euidē-
ter ostēditur, eum
qui natalibus resti-
tutus sit, uti iure
ingenuitatis, tan-
quam

quã nomine nata
liũ ingenuitas ipsa
significetur. Lus
xuria popinalis.] id est, q inter popinas & ganeas & lu
stra luxuriose ac prodigaliter pecuniã dilapidaret. De po
pinis aliubi affatim scripsimus. Popinones dicuntur homi
nes luxuriosi, popinis dediti, quos alio nomine uocãt taber
narios & ganeones. Popinationes sunt luxus & belluatio
nes, Græcè dicuntur ἀσώτοι ἢ ἀσώτια. Factionib. latro
num.] Inter bonos amicitia, inter malos factio est. Tertu
lianus : His nomen factionum accommodatum est, qui in
odium bonorum & proborum conspirant. Manus in
fectus.] habens manus infectas, tinctas, maculosas huma
no sanguine. Tales autem sicarii & homicidæ dicuntur.
figurata locutio est, sic Virg. Nuda genu, nodoq; sinus
collecta fluentes. Thrasillus nomine.] Latroni congru
ens nomen. nam Græcè δρῶνται dicitur temeritas, feroci
tasq; unde & Thrasillus, pro temerario & feroci. Ma
turiisset.] ad maturitatem ætatis nubilis pubertatisq;
uenisset. Plin. in Epistolis : Summa consequuturus, si uirtu
tes eius maturuissent. Poeta in hanc sententiam: iam ma
tura uiro, iam plenis nubilis annis. Munus obierat.]
adierat, peregerat, impleuerat officium proci, & petitiõ
nis uxoræ. Id genus.] eius generis, scilicet procorum,
uetus & perinde elegans locutio, id genus, hoc genus, pro
huius generis, & illius generis. hac locutione scatent uo
lumina eruditorum. Antistaret,] præstaret, excelleret.
Catullus : Antistat mibi millibus trecentis. Antistium dici
tur à Martiano, ipsa excellentia & apex dignitatis.

Parentum iudicium.] Tanta in muneribus fiducia & ple
runq; uis est, ut parentes sæpe conuincant in filia collocan
da, ut

da, ut munera tenebras mortalibus offundant. In hanc fer-
 mē sententiam est illud Satyrographi: Ipsos audent ten-
 tare parentes. Morum improbatu.] malē moratu,
 & ex malis moribus culpatus. Archaismus est. Repul-
 sa contumelia.] Prælatio alterius, sine alterius contume-
 lia non potest procedere, nec electio sine reprobatione: ut
 inquit Tertullianus. Sicuti autem repulsam patiuntur præ-
 teriti in magistratus petitione, cum de decore & contume-
 lia ita in petenda uxore repulsus præteritusq; fuerat tur-
 piter Thrasillus, & cum debonestamento. Val. Maximus
 Syllam scribit repulsa præturæ sugillatum fuisse: quem
 vult intelligi, sugillatione quædam & turpi contumelia
 deformatum, notatumq; ob repulsam. Herilis puella.]
 filia heri nostri, sic seruus appellat Charitem, quæ filia e-
 rat heri, hoc est domini. Apud Plautum frequenter heri-
 lis filius dicitur, domini filius. In manum uenerat.] id
 est, denupserat Lepolemo, eiusq; uxor facta erat. Quod au-
 tem ait, in manum conuenerat, usus est uerbo nuptiali: ex
 ritu scilicet consuetudineq; præcorum. & ut id quod dici-
 tur planius fiat, scito duobus modis uxorem haberi solitâ,
 usu & coemptione. Nam confarreatio, de qua suo loco di-
 ceitur, solis pontificibus conueniebat. quæ in manum per
 coemptionem conuenerant, eæ matresfamiliâs uocaban-
 tur: quæ autem usu, nequaquam. Coemptio certis solen-
 nitatibus peragebatur, & sese in coemendo inuicem in-
 terrogabant, uir ita: An mulier sibi materfamiliâs esse
 uellet? illa respondebat, uelle. Item mulier interroga-
 bat, utrum uir paterfamiliâs esse uellet? ille responde-
 bat, uelle. Itaq; mulier uiri conueniebat in manum, & uo-
 cabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mulier
 materfamiliâs uiro loco filiæ. auctor Vlpianus, & post

Ulpianũ Boetius in cõmentarijs Topicorũ: qui alio quoq; loco tradit, q. bona mulieris post eius mortẽ uir adipiscatur, quæ in uiri manũ cõnenerit. efficitur enim per in manus cõuentionẽ, ut quæcũq; sunt mulieris, uiri fiant dotis nomine. Hanc solennitatẽ nuptiarũ signauit A. Gellius, cum ait, Matrem familiã appellatam esse eam solam, quæ in mariti manum mancipiumq; uenisset. Hoc idem denotat Seruius Maronianus interpres, scribens in 11. commentario: Matrem familiã dici, quæ in matrimonio cõuenit per coemptionẽ, per quandã iuris solennitatẽ. Triuiales magistri & minuti grammatistæ, quorũ deus est Seruius, legẽtes hæc Seruiana annotamenta, hallucinãtur atq; cæcutiunt: apud quos commentator commentatore, interpres eget interprete: qui nostrã quoq; interdum uellicant, quia scripta non sunt uerbis uulgarijs, & stilo rubiginoso. De hac coemptione coniugali, qua uxor in mariti manum conueniebat, intellexit poeta illo uersu: Teq; sibi generum Theætis emat omnibus undis. Hic autem ritus sic peragi solebat. Nubentes asses tris ad maritum uenientes ferre solebant, atq; unum quem manu tenerent, tanquam emendi causã marito dare: aliũ, quem in pede haberent, in foco Larium familiarium poneretertium, quem in marsupio condidissent, compito uicinali resonare. Hæc eo curiosius enarratijsq; explicauit, propterea quòd non paruum multi lectores per incuriam, eruditionem in Apuleianis uerbis delitescentem haud facile perspiciunt: neq; ultra primorem cutem descendunt, minime elaborantes sanguinem ac medullam uerborum ipsius erucere, atq; penitus introspicere. Nos uerò, qui posteriorum negotium pro uirili parte agere contendimus, pensiculatẽ & diligenter perpendimus ea quæ

non sunt omnibus obuia, quæ in secretarijs doctrinarum
recondita delitefcunt. & ut in Commentarijs pristinis no-
stris dedimus operam, ne pœnitendi commentatores uide-
remur: ita in his curabimus, ne opera & impensa dispe-
reat. Suprà quoq; id totum leges explicatum, ex præcepto
scilicet Græci prouerbij, quod ait, *δὶς ἢ τρίς τὸ μάθημα*; id
est, Bis & ter pulchra sunt repetenda. Permiscens.]
Planior lectio est, reminiscens. Accingitur.] Signifi-
cancer locutus est: sic enim dicimus in magnis rebus susci-
piendis, ut, Accingunt omnes operi. auct. Donatus. Tem-
pestiuam occa.] Pittaci Mitylen. illa est celebrata senten-
tia, *γινώσκει τὴν καιρὸν*. id est, nosce opportunitatem, siue tem-
pestiuitatem, siue tempestiuam occasionem: quæ ad eò in re-
bus feliciter adcundis necessaria est, ut sine occasione ni-
hil fermè prosperè atque ex animi sententia proueniat.
Sed super hoc copiosissimè disserui in libello Septem
sapientum, quem scio tibi (Antistes maxime) cordi es-
se, qui ueræ sapientiæ es explorator, qui ad sapientiam
perinde ac scopum dirigi studia tua omnia, & actiones.
Astu sponsi.] Qua astutia, uasframento, uirtute Lepolemus
sponsam Charitem ex prædonū manibus liberauerit, pro-
ximo uolumine enarrauit. Salutiq;.] Videtur legendū,
salutariq; præsentia. Gaudibundus.] Immodico gaudio
gestiens, & omnibus læticijs affectum esse se simulans. Si
M. Tullio credimus, gaudium a læticia sic distinguitur: ut
gaudium in laude sit, in uitio læticia: ut gaudere deceat, læ-
tari non deceat. Gaudimonium Hieronymus haud indecèter
usurpat pro gaudio, qui in præmio prophetarum: Gau-
dimonium (inquit) eius erit in luctu. Ab eodem uox gau-
dimonij dicta est. Prosapia.] Vocabulum quidem usi-

hatissimum: sed quod à Quintiliano interdicatur, perinde ac uetustum nimis & deculpatum. Personam mentiebatur.] Nulli peiores inimici profecto sunt, quàm personati, quàm occulti, quàm simulato amicitiae tegumèio inuoluti, quos cuncti detestantur. de quibus Cecilius uerè ac diserte scripsit: Hi sunt inimici pessimi, fronte hilario, corde tristi: quos neq; ut appendas, neq; ut mittas, scias. Ad hanc sententiam nõ absurde referri potest Plautinum illud: *Luspus est homo homini, cum qualis sit nõ nouit.* Grammatici annotant, fidos in maximis dici, fideles in minoribus negotijs: itè fidos esse amicos, fideles seruos. Sed hæc indiscriminatim apud idoneos auctores usurpantur: neq; enim de ceteris frivolis Grammaticorum obseruationibus astringi classicos summatesq; scriptores.

Cæna poculoq; communi.] *Mæsam* ueteres amicitiae cõciliatriculã esse dixerunt: sæpeq; in conuiuio inuentus est amicus fidelior, crescitq; beneuolentia ex consuetudine contubernalitatis. Prouerbiũ græcum est, dignũ scitu, nec indignũ memoratu, αἰτία μὴ ἀγαθῶν ἀ-

Iamq; sermonibus assiduis, & conuersatione frequenti, nonnunquam etiam cæna poculoq; communi carior, cariorq; factus, in profundam romam cupidinis sese paulatim nescius præcipitauerat. Quid ni? Cum flamma sæui amoris, parua quidem primo uapore delectetis sed fomento consuetudinis exestuans immodici ardoris, & totos comburat homines. Diu deniq; deliberauerat secum Thrasillus, cum nec clandestinis colloquijs oppor-

tunum

tunum reperiret locum, & adulterinæ Veneris magis magisque præclusos aditus copia custodientium cerneret, noueque atq; gliscentis affectionis firmissimū uinculum nō posse dissociari perspiceret: & puellæ si uellet (quanquā uelle nō posset) furatrinæ coniugalis in commodaret rudimentum: & tamen ad hoc ipsum quod nō potest, contentiosa pernicie, quasi posset, impellitur, quod nunc arduum factu putatur, amore per dies roborato, facile uidetur effectu spe, & tate deniq;. Sed oro sollicitis animis intendite, quorsum furiosæ libidinis proruperint impetus.

yalōv iari dalaras israei, id est, Boni ad conuiuū bonorū ulironi cūt, et inuocati: tanq; facti bono uiro ire ad cœnam probi amici, sine uocatione, qua ex re cariiores inter se fiunt, & coniunctiores. auget enim beneuolentiæ consuetudo. Hoc ego propè peculiariter facio cum meo Roscio, ut illius conuiuator sim frequens, citra uocationem: ut Ro-

sciorum domo perinde utar ac mea: in qua mihi omnes libenter ac dominis obsequuntur, & cum ego ex meis moribus cœnem foris non libenter, tamen libentissimè cœnita & pransito apud Roscios, ubi non extrarius esse uideor, sed domesticus, ubi semper de literis literatis confabulationes iucundissimæ interseruntur, ubi uita degitur hilarior & amœnior. Omnipotens deus faxit, ut in hoc contubernio dulcissimo diu permanere, & florentes beatam uitam uiuere possimus. Romam.] Dicitio hoc in loco inutilis, & nihil ualens, ac intempestiua: pro qua substituenda
uel

uel rotam, uel foueam: utrunq; enim amor congruit. De
 rota Cupidinis auctorem habes Plautum, sic scribentem
 in *Castellaria*: Iactor, crucior, agitor, stimulor, uersor in
 amoris rota miser. Foueam autem & pedicas & casses di
 ci, quis ignorat? translatione decentissima à feris facta, quæ
 foueis & cassibus capiuntur, irretiunturq;. Itidem amâtes
 irretiti lapsiq; tenentur. Quid ni?] quare non? Comica
 locutio. Horatius: Militia est potior, quid ni? concurritur
 horæ Momento. Sæpe annotauimus, hanc particulã co
 micis poetis esse familiarem. Flamma seui amoris.] per
 catholicam sententiam docet, amorem ab initio esse mo
 dicum, & modico uapore calentẽ, qui mox exarsuet, glis
 scatq; in incendium immodicum, & cuncta comburens.
 Xenophon scribit, amorem igne ac flamma esse flagran
 tiorem: quippe cum ignis urat tangentes, & proxima tan
 tũ cremet; amor ex longinquo spectâtes torret, inflâmat,
 incendit. Seneca in tragœdia cui titulus est *Octauia*, tradit
 amorem esse blandum animi calorem, qui iuuenta genitus,
 luxu & ocio nutritur inter leta fortunæ bonæ: quem si fo
 uere aut alere desistas, cadit. Fomento consuetudinis.]
 Consuetudo magnum est amoris incendiũ: unde meritò &
 scitè dicta cõsuetudo Veneris ancilla, & ut ait Lucretius,
 Cõsuetudo cõcinnat amorẽ. Clandestinis.] *Mysteria* Ve
 neris in arcano habenda sunt, minimeq; inuulganda. A
 mor furtiuus esse debet occultus, clãdestinus, & (ut inquit
 amasius poeta) celari uult sua furta Venus. Militaris di
 sciplinæ præceptũ est: Quod facturus sis, tractato cum pau
 cissimis ac fidelissimis, uel potius ipse tecũ. hoc idẽ optime
 præcipi potest militiæ Cupidinis sectatoriæ: ut ipse sibi
 dux, comes, signifer sit: ut clãm, latenter, furtim ipse met
 amicam

amicam alloquatur, si potest: si minus, per fidum internū-
cium. Furtiuum opertumq; alloquium amantium apud pri-
scos fuit, inscribere corpus lacte herbæ quam tibymallū
uocant, alij lactucam caprinam: & ita amicas clādestinō
alloquebantur. Copia custodientium.] Custos est ca-
stitatis necessitas, sed plerūq; infida, nam, ut inquit uerif-
simē diuus Hieronymus, Quid prodest etiam diligens cu-
stodia, cum uxor seruari impudica non possit, pudica non
debeat? Gliscentis affectionis.] Amorem coniugalem
signat, qui ex nouitate iucundior in dies magis magisq;
gliscebatur: hoc est, crescebat, et augebatur inter neogamos,
id est nouos maritos. Vera est Mediusfidius illa Proper-
tiana sententia: Omnis amor magnus, sed aperto in con-
iuge maior. Seneca quoq; in laudem amoris maritalis sic
scripsit: Perennis amor coniugis castæ manet, inter affe-
ctiones potentissima & firmissima est affectio amoris con-
iugalis, ubi adest illud Catullianum: Mutuis animis amāt,
amantur. Gliscentis.] crescentis, ut sepe annotauimus.
Incommodaret rudimentum.] tyrocinium, primitias, pa-
lastram Veneris primitiuam. Incommodaret hoc in lo-
co positum uidetur, non tam pro impediret, quàm pro cō-
modaret, præberetq;. Furatrinx coniugalis.] furtiui
cōcubitus. Martiali furatrinx elegāti uocabulo, pro furtu
& re furtiua dicitur, eodem indicatu quo sutrina, mole-
trina, feratrinx. Veteres moletrinam, ut id transeunter
explanem, dixerunt pro pistrino, à molendo scilicet. Im-
pellitur.] iuxta illam sententiam notissimam, Nitimur in
uetitum semper, cupimusq; negata. Spe, atate.] Spes,
quam Græci *ἐλπίς* uocant, quæ sola in terris remansit, ut
cecinit Hesiodus, cunctos ferme mortales fouet ac pascit.

in primis uerò amatores spe aluntur, quæ melius cras fore
semper ait, ut inquit Tibullus. A Seneca quoq; dictum est,
O spes amantum credula. itaq; spes & ætas iuuenilis, quæ
maxima sunt in amore præsidia, Thrasillo persuaserant,
facile effectu fore quod concupiscebat.

In capreis ueri
tatis est.] Verba
nullo intellectu cõ
sistentia sunt, di
gnaq; obeli iugu
latione. Itaq; illis
confosis, expun
ctisq; ista substi
tue: In capreis fe
ritatis, ut sit sensus
purus & lucidus,
Lepolemmum iuisse
uenatum, indaga
turum quidem fe
ras, sed mitiores,
quales sunt ca
preæ, in quibus fe
ritatis minus est,
minusq; periculi.
et hoc faciebat, ut
uxori amorabundæ
solicitaq; de cõiu
gis salute obseque
retur. Consimile
cõsiliũ dat Venus

Die quadam uenatum Leo
polemus, assumpto Thrasillo,
petebat: indagatur feras, quod
tamen in capreis, feritatis est.
nec enim Charite maritũ suum
quærere patiebatur bestias ar
matas dente uel cornu. Iamq;
apud frondosum tumulum, ra
mosumq; densis tegminibus,
umbroso prospectu uestigato
rum, obseptis campis, canes ue
nationis indagini generosæ,
mandato cubili residentes in
uaderent bestias, immittun
tur: statimq; solertis discipli
næ memores, partiti totos præ
cingunt aditus: tacitaq; prius
seruata musitatione, signo
sibi repentino reddito, latra
tibus feruidis dissonisq; mi
scent omnia: nec ulla capra,
nec pauens damula, nec præ
cæteris feris mitior cerua, sed
aper immanis atque inusita
tus

tus exurgit, toris callosę cutis obœsus, pilis inhorrentibus corio squalidus, setis insurgentibus spinę hispidus, dentibus attritu sonaci spu-meus, oculis flammeus, aspectu minaci, impetu sęuo frementis oris, totus fulmineus. Et primũ quidem canum procaciores, qui cominus contulerant uestigium, genis hac illac iactatis, consecras interficit: deinde calcata retiola, qua primos impetus reduxerat, transabiit. & nos quidem cuncti pauore deterriti, & alioquin innoxij uenationibus consueti, tunc etiam inermes atq; immuniti, tegumētis frondis uel arboribus latenter abscondimus.

Adonidi suo delicioſo, apud Ouidium, monens ut lepores, ceruos, capreas, tutęq; animalia præde securus exagitet: abstineat apris, leonibus, urſis: neue feras quibus arma dedit natura, laeſat. Viſitata locutio eſt, & perinde elegans, ſi dicas, Quod in capreis feritatis eſt: pro, quę feritas eſt in capreis. Capreas autem fugaces eſſe, exarmataq; feritatis, nemo non nouit. qua

rum multa genera percenſent: rupicapreas, ibices, ooryges, damas, pygargos, strepsicerotes. Orygis & pygargi iunctim meminit Iuuenalis. aliàs pygargus aquilæ eſt genus, cauda albicante, unde & nomen utrique, eſt enim uidere inter caprearum genera quaſdam habentes nares albicantes. Strepsicerotes ſunt capræ, habentes cornua rugarum ambitu contorta: unde & illis nomen inditum. nam ῥῆϊατῶν ſignificat uerto, torqueo.

torqueo. *νεῖ τὰ κέρατα*, cornua. Non probo correctionem illorum, qui apud Plinium non strepsicerotes legunt, sed terpsicerotes. Armatis dente.] In hanc sententiam Epigrammaticarius inquit: Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum. Obseptis campis.] circumuallatis saltibus. Tale est illud: Saltusq; indagine cingunt. Potes legere, obseptis capreis. Vestigatores enim in uenatu capreas reliquasq; feras obsepiunt, & indaginibus in arctum uallant. Canes indagini.] Canum triplex est genus: uillaticum, pastorale, & uenaticum. uillaticus canis uillam, & quae iuncta sunt, custodit: pastoralis, obseruat foris pecora pascentia: uenaticus, uenandi causa comparatur. sunt & catelli Melitæi, ad delicias solas pertinentes: Græci *κύνες* uocant. Porro uenatici canes bifariam dispartuntur: in eos qui feras sectantur & capiunt, & eos qui odoratu uestigant. qui indagini ferarum sunt accommodati canes, id genus uocant odorisequos. M. Tullius sagaces appellat, quasi acute sentientes. Sagare enim sentire est. Poeta nominauit odoros, illo uersu: Massyliq; ruunt equites, & odora canum uis. Sagaci cani in uenatu, ut inquit Plin. solertia & sagacitas præcipua est. scrutatur uestigia, atque persequitur comitantem ad feram, inquisitorem loro retrahens: senecta fessos, cæcosq; ac debiles, sinu ferunt, uentos & odorem captantes, prodentesq; cubilia. Sagaces siue odorisequos canes signat Lucanus in quarto, cum ait: Non crediur ulli Sylua cani, nisi qui presso uestigia rostro Colligit, & præda nescit latrare reperta, Contentus tremulo monstrasse cubilia loro. De his hoc in loco intelligendum est, & est sensus: Canes sagaces ex semine generoso ad indaginem uenaticam comparati, immittuntur ad feras

feras ex cubilibus latibulisq; exagitandas. Nolito autem iunctim legere, Mandato cubili recidentes: sed illud Mandato, per se seiunctim legas. namq; denotat, immisos esse canes sagaces, ex mandato scilicet uestigatorum, ut scilicet inuaderent bestias stabulantes in cubili atq; latibulo. Solertem disciplinæ.] Solertem disciplinam uocat illam, qua canes sagaces instituuntur, formanturq; : quibus solertia & sagacitas inest propè peculiaris. Tacita mussitatio ne.] Sagacis canis proprium est, ut sine latratu tacitus, uel pressa uoce mussans, feram demonstrat. nam cauda primum, deinde rostro demonstratio fit, significans feram delitescentem. Mussare, cuius frequentatiuum est mussitare, proprie est (ut docet Donatus) dissimulandi causa tacere. dictum uel à muto, uel ab hac litera M, quæ nimium pressæ uocis est, ac penè nullius. itaq; ut mutus non plane loquitur, sed murmurat: ita mussare homines dicuntur, occultè quid pressa uoce loquentes, quod celatum uelint. Seruius enarrans illud Virgilianum ex 11. Aeneidos, Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant: exponit, mussare proprie est obmurmurare, & muto esse uicinum. In proœmio Naturalis historiæ: Dum ista mussitamus, pluribus horis uiuimus. hoc est, secreti loquimur, & pressa uoce soli commotamur. Inde mussitatores dicti, quod uerbum in Isaiâ scriptum legimus: Mussitatores discet legem. Plautus in Rudicis: Tu taceto, ego mussitabo. quod idem ualet, quod tacebo. inde mussitatio dicta, non tam pro silentio pleno, quam pro murmure presso: & ut expressius dicam, pro murmurillo. sic enim Plautus, linguæ latinæ decus, murmurationē modicā appellat, cum ait: Nolo ego murmurillū, neq; susurrum fieri. Canibus autem sagacibus proprium

hoc est, ut inuenta præda minime latrent, sed murmurillo
 musitantes, & cauda ac rostro indicium facientes, demon-
 strent feram uenatoribus: à quibus cum signum redditum
 est, latratu mox concitato cuncta permiscet, & tunc ue-
 natici canes illi præferoces inuadunt feras ostensas. Illud,
 Latrantibus ferundis, ita emendo, Latratibus feruidis. fer-
 uido enim & uehementi latratu utitur canis sagax, post
 inuentam feram. Nec pauens dammula.] Epitheton
 est proprium dammarum, ut pauide dicantur, & timide.
 sic Horatius, sic Virg. appellant. à Martiale dicuntur im-
 belles, illo uersu: Imbelles dammæ quid nisi præda sumus?
 Plin. in 8. autumat, dammas iure dici feras nõ posse, quã-
 uis raro mansuescant: complura namq; sunt nec placida,
 nec fera, sed mediæ inter utrunq; naturæ: ut hirundines,
 delphini, apes, & dammæ. Quod Plin. ait, apes feras dici
 non posse, dissentit à iuriconsultis, qui tit. de acquirendo re-
 rum dominio, & libro secundo Institutionum prodiderunt,
 apium naturã feram esse, ideoq; fieri occupantiũ. Itaq; si in
 arbore nostra confederint, antequam in alueo à nobis con-
 cludantur, non magis nostræ esse intelliguntur, quàm uo-
 lucres quæ in arbore nostrã nidum fecerint: adeo ut si a-
 lius eas incluserit, dominus earum erit. Caterum Plinius nõ
 tam iuriconsultorum obseruationem spectans, quàm mo-
 res apium & ciuitatẽ, quæ hominum causa genitæ sunt,
 quarum mel & cera usibus humanis seruiunt: scite & ele-
 ganter dixit, apes neq; placidas haberi, neq; feras, sed in-
 termedias, atq; in meditullio placiditatis & feritatis collo-
 catas. Aper immanis.] Magna uirtus est, res de quibus
 loquimur, clare atq; ut cerni uideatur enunciare. hoc cum
 pluribus locis, tum in hac descriptione decenter facit Lu-
 cius

eius noster: qui describit, immò depingit aprum tam graphice, tam eleganter, ut eum oculis representet, per illam exornationem Rhetoricam, quam græci enargiam, nostri representationem atq; euidentiã appellãt. Toris obesus.] torosa pulpa & crassa. de toris & obeso antè dictũ est. Dicitur autem obesus, quasi ob edendũ pinguis factus, & crassus. Pilis inhorrentibus.] Ouid. consimiliter describens aprum illum Calydonium, uastum & formidandum, hyperbolicòs inquit: Riget horrida ceruix, Et setæ densis similes hastilibus horrent, Stantq; uelut uallum, uelut alia hastilia setæ. Dentibus ssumeus.] Ouid. Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis. Exerti dentes sunt apro, bippopotamo, elephanto. Rarò femina sus habet exertos, & tamen sine usu. itaq; cum apri percutiant, feminae sues mordent. Dentes omnes subus concaui, nec unquam decidunt. In India (ut utar uerbis Plin.) cubitales dentium flexus gemini: ex rostro, totidem à fronte ceu uisutuli cornua exeunt: pilus æreo colori similis est in agrestibus apris, cæteris niger. Ex mixtura apri feri & placidigignuntur semiferi, qualiter natos antiqui hibridus uocabant. quod nomen ad homines quoq; translatum est, ut uidelicet hibridæ cum Probo appellantur: super qua dictio ne plura in Suetonij commentarijs. Sonaci.] sonoro & stridulo. Ouid. Conchaq; sonaci Inspirare iubet. ut recto casu dicitur edax, pugnax: sic & sonax, quod in raro usu est. Plin. refert, apros in coitu asperiores esse, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes. quod ante Plinium numeris poeticis complexus est Maro, sic scribens: Ipse ruit, dentesq; Sabellicus exacuit sus, Et pede profubiguit terram, fricat arbore costas, Atq; hinc atq; illinc huius
 11 2 merosq;

merosq; ad uulnera durat. Græcè *καρπίς* dicitur aper.
 Oculis flammens.] ex Ouidij archetypo, scribentis : San-
 guine & igne micant oculi. Totus fulmineus.] Nihil
 fulmine uehementius, nulla uis impetu fulmineo concitatio-
 rior, nullus fremor terribilior. Igitur ut emphaticoteros &
 euidentius demonstraret fulneum, terribilem, impetuofum
 aprum, dixit illum totum fuisse fulmineū: quo uerbo breui-
 ter exprefsit aprum formidandum, qui inftar fulminis cun-
 cta concuteret, & folo afflatu perureret. fimul allufit ad
 dentes aprugnos, quos fulmina ab impetu quafi fulmineo
 appellare uidentur poetæ. Ouid. Nec uires fulminis apro.
 Item, Fulmen ab ore uenit, frondes afflatibus ardent. item
 in 10. Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri. Ca-
 num proca.] uenaticos canes acriores, appetentioresq; cō-
 fligendi cū apro, eleganter procaciores appellat, à proca-
 citate illa nouiffima, id eft appetētia & poflulatione. pro-
 care enim pofcere eſt: & procaces meretrices dictæ, quia
 femper aliquid petunt. Genis iactatis.] ad aprum refe-
 rendum, qui dentibus extra genas exertis percutiebat, dif-
 ſecabatq; canes propius accedentes. Genas acyrôs dixit,
 cum genæ de homine tantum proprie dicantur, ut memo-
 rat Plinius. Transabijt.] Virg. Trāfabijt coſtas. In-
 noxijs uena.] caprearum ſcilicet & leporum, & id ge-
 nus ferarū, quæ minime noxiæ ſunt, & (ut inquit Ouid.)
 tutaq; animalia prædæ. Plato probat uenationem fera-
 rum, quæ equis cambusq; & corporis uiribus agitur. nam
 lib. de legibus 7. Quibuſcunq; inquit, curæ eſt fortitudo,
 hi quadrupedes omnes curſu, uulneribus, telisq; manu pro-
 pria uenando uincere debent. Vituperat autem aucu-
 pium, & piſcatum, & uenatum animalium, quæ retibus

& laqueis capiuntur. Ecclesiastici conditores clericum
 damnant uenatorem: & illi improbantur antistites, qui-
 bus pro psalterio est uenabulum, pro lebris retia, qui uena-
 tores fouent, uestigatores amplexantur. Scio te, antistitum
 clarissime, esse extra hanc noxam, cui literæ omnifariæ sunt
 pro pabulo, qui horas partiris inter studia sanctiora, &
 musas humaniores, qui pluris facis hominem literatum
 quam uenaticum instrumentum: quo continentur (ut scri-
 bunt iuricons.) canes & uestigatores. Quicumq; habuerit
 horoscopus in quarta leonis parte, erit uenator. Idem ho-
 roscopus in canicula facit uenatorem. Græcè, κυνῆς ἡγε-
 μωνίας dicitur uenator: inde Cynægetica dicuntur uolu-
 mina de uenatione, uenatoribusq; conscripta. Flavius Vo-
 piscus refert, Olympium Nemesianum scripsisse Cynæge-
 tica & Halieutica. ut obiter emaculem Vopisci dictionem,
 scito non halienibus scripti græca inscriptione. Ouid. no-
 ster uolumen cōdidit quod Halieuticon inscribitur, in quo
 mira piscium ingenia prodidit. Scripsit autem id uolumen
 in Ponto, supremis suis temporibus: cuius testimonio utitur
 Plin. in quo nomina piscium Ponticorum percensuit, apud
 scriptorem neminem alium reperta. Immuniti.] non
 muniti, improtecliq;.

Thrasillus uerò nactus frau-
 dium opportunum decipulū,
 sic Lepolemum captiose com-
 pellat: Quid stupore confusi,
 uel etiam casta formidine simi-
 les humilitati seruorū istorū,
 uel in modum pauoris fœmi-

Decipulum.]
 A' decipiendo des-
 cipulum, & decie-
 pula inclinatur. Is-
 dem utriusq; signi-
 ficat, sola elegan-
 tia distant: nam
 purius, tersius, spe-
 ciosius

ciosius uidetur pro
 latum neuro ge-
 nere decipulum,
 quam fœminino
 decipulari quamuis
 in usu frequentio-
 re sit hoc postre-
 mum. est autem
 decipula siue deci-
 pulum, instrumen-
 tum ad decipien-
 das aues & feras
 fraudulenter com-
 paratum. In Hie-
 remia scriptũ est:
 Sicut decipula ple-
 na auibus, sic do-
 mus eorum plenæ
 dolo. Hieron. Hæc
 est illorum prima
 decipula. Sicut à
 decipiendo deci-
 pula, sic ab exci-
 piendo excipula di-
 cuntur: quæ sunt
 foueæ, & quædã
 quasi loculamen-
 ta, qualia ad exci-
 piendos frau-
 dulenter pisces in

nei deiecti, tam opimam præ-
 dam medijs manibus amitti-
 mus? Quin equos inscendi-
 mus? quin ocuis indipiscimur?
 & cape uenabulum, & ego su-
 mo lanceam. Nec tantillũ mo-
 rati, protinus insiliunt equos,
 ex summo studio bestiam inse-
 quentes. nec tamen illa genui-
 ni uigoris oblita, retorquet im-
 petum: & incendio feritatis ar-
 descens, dentium impulsu,
 quem primũ insiliat, conta-
 bunda rimatur. Sed prior Le-
 polemus iaculum, quod gere-
 bat, insuper dorsum bestię cõ-
 tortor sit. At Thrasillus feræ qui-
 dem pepercit: sed equi, quo ue-
 hebat Lepolemus, postremos
 poplites lancea feriens ampu-
 rat. Quadrupes recidens, quæ
 sanguis effluserat, toto tergo
 supinatus, inuitus dominum
 suũ deuoluit ad terrã. nec diu,
 sed eum aper furens inuadit
 iacentem: ac primò lacinias e-
 ius, mox ipsum resurgentem
 multo dente laniamuit. nec cœ-
 pti nefarij bonum piguit ami-
 cum: uel suæ sauitiæ litatum
 saltrem

saltem tanto periculo cernens, potuit expleri: sed percito, atq; plagosa crura contegenti, suumq; auxiliū miseriter roganti, per femur dextrum dimisit lanceam: tanto ille quidem fidentius, quanto crederet ferri uulnera similia futura profectu dentium. nec non tamen ipsam quoq; bestiam facili manu transadijt. Ad hunc modū defuncto iuvene, exciti latibulo suo quisq; familia mœsta concurrimus. At ille quanquam perfecto uoto, prostrato inimico lætus ageret, uultu tamen gaudium tegit, & frontem asseuerat, & dolorem simulat: & cadauer, quod ipse fecerat, auidè circumplexus, omnia quidem lugentium officia solenter affingit, sed solæ lachrymæ procedere noluerūt. Sic ad nostrum similitudinem, qui uerè lamentabamur, cōformatus, manus suæ culpam bestię dabat: necdum satis scelere transactō, fama dilabitur, & cursus primos ad domum Lepolemi detorquet, & aures infœlicis

fluminibus fabricantur. Plin. in nono auctor est, anguillas in lacu Benaco fluctib. glomeratas uolui, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulo eius fluminis ob hoc ipsum fabricato, singulorum milium globi reperiantur. Captiose.] fraudulente, dolose, sermone ad capiendum accommodato. Cassa. Inani, irrita, præposita. Dixit poeta cassum lumine, pro mortuū, quasi uacuum uiduatūq; lumine ætherio. item aliubi: Nul- lum cū uinētis certamen & æthere castis, id est, uita priuatis ac uacuis. Casses retia dicuntur, &

tur, & *casticuli* per diminutionē reticula. *Cassus* labor, inanis & uanus significatur. *Plaut. in Aulularia*: *Filiam habeo grandem, docte cassam, atq; illocabilē. inde ad uerbum est: Incassum, frustra et in uanum significans, Cassabundum dicunt, crebro cadentē. Cassus annulus, dicitur nō solidus. Legimus inter ceremonias flaminidiali impositas, q̄ fas nō est eum annulo uti, nisi per uio castoq; id est, non solido. Quidam exponūt, sine gemma: quasi *cassus annulus* dicitur, *gemma carens, & uacuus.**

nuptæ percutit. quæ quidem simul percepit talem nuncium, qualem nō audierat aliū, amens, & uerborum percita, cursuq; bacchata furibundo, per plateas populosas & arua rusticaria fertur insana uoce, casum mariti queritans. Confluūt ciuium mœstæ cateruæ, sequuntur obuij dolore sociato, ciuitas cuncta uacuatur studio uisionis. & ecce mariti cadauer accurrit, labentiq; spiritu, totam se super corpus effudit: ac plenissimē ibidem, quam deuouerat ei, reddidisset animam: sed ægrè manibus erepta suorum, remansit in uita. Funus uerò toto feralem pompam prosequente populoi deducitur ad sepulturā. Sed *Thrasillus* nimium clamare, plangere, & quas in primo mœrore lachrymas non habebat, iam scilicet crescente gaudio reddere, & multis charitatis nominibus ueritatem ipsam fallere: illum amicum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, addito nomine lugubri, ciere:

necnon

pecnon interdum manus Charites à pulsandis uberibus amouere, luctum sedare, eiulatum cohercere, uerbis palpanibus stimulum doloris obtundere, uarijs exemplis multiuagi casus solatia necere: cunctis tamen mentis pietatis officijs, studium contrectandæ mulieris adhibere, odiosumq; amorem suum perperam delictando nutrire.

Quin.] Modò exhortatis est: aliam, pro ut non, aliam aliter accipitur. super qua particula caput extat Gellianum. Indipiscimur.] petimus, usurpamus, assequimur. A. Gel. Amœnitate & copias, ubertatesq; uerborum

Latina omnis facundia uix quidem indipisci potuerit, meanequaquam. Venabulum.] telum est uenatorium, cuius inuentor fuit Piseus. Pauoris fœmi.] Fœmina, ut inquit Aristot. in nono de Animalibus, molliores sunt, mendaciores, insidiosiores, & pauidiore. Xenophon, & post Xenophontem Columella, prodiderunt naturam custodiae & diligentiae assignasse sexum muliebrem, & ideo timidiorum reddidisse quam uirilem. Tantillum.] punctum temporis, minimumq; momentum. Genuini.] natiui, proprii, ingeni. Dentium compulsi.] Plin. sicca dentium in apris uocat, quos ait limare saxo, præparareq; ad nocendum. exerti sunt dentes apro, & concavi: cumq; apri mares percutiant, fœminæ sues mordent. Contabunda.] constans, insistent, remorans. Iaculum.] Aetolus primus inuenit iaculum cum amento. Contorsit.] uibravit, immisit. Tortores tormentorium, pro uibratores, iaculatoresq; usurpat Marcellinus. Fera.] apro.

Postremos poplites.] Succisis poplitibus posteriorū pedum equus resupinatus, ad terrā quoq; Lepolemū deuoluit. Cō simile est illud Virgilianū de Mezētio : Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras Verberat, effusumq; equitē super ipse secutus Implicat, eiectoq; incūbit cernuus armo. Lancea.] Vocabulū est Hispanicum. à lancea lancearij dī Etī, qui lanceā ferunt. Lanceati uerò, qui ictu lanceæ perimuntur. Firmicus Maternus: Quicumq; habuerint horoscopum in 21 Tauri parte, lanceati moriētur. Recidēs.] retro cadēs, & in tergum. Primo laciniis.] prius uēstes Lepolemi lacerātur ab apro, mox ipse dū resurgere conatur, ictibus dentiū laniatus discerpitur. Bonū.] Ironicōs. Piguit.] Pigere ad damnū & dolorem, pudere ad dedecus refertur. pudet quod turpe est, piget quod dolet: ut Donatus refert, & Plautus docet, sic scribēs in Trinūmo: Pol pudere q̄ pigere præstat, totidē literis. Scuitiæ litatum.] Litamus scuitiæ, dum illi satisfacimus, dum exaturamus crudelitatem, dum tantum facimus quantum scuitiæ sanguinaria exposcere in nobis uidebatur. Translatio sumpta à uerbo sacrificali. nam litant dī, qui deos propitiant, placitantq;. Parcito.] Videtur legi posse percito pro cōmoto, & se mouenti: quod ad Lepolemū est referendum. si legas percitus, de Thrasyllo erit intelligendum. Plagosa crura.] plena plagarum & uulnerum. Aliter plagosum hominem dixit Horatius, sæpe plagas inferentem, à scuitiā uidelicet & plagis, quibus discipulos male mulctabat. sic enim inquit in secundo Epistolarum: Memini plagosum mihi paruo Orbiliū dictare. Suetonius in libello de Grammaticis, scribens de Orbilio grammatico, meminit huiusce carminis Horatiani his uerbis: Fuit naturæ acerbæ,

non modò in antisophistas, quos omni sermone laceravit, sed etiã in discipulos: ut & Horatius significat, plagosum eum appellans. *Profecta dentium.*] Corrigo profectu, ut sit casus dandi: pro profectui, id est laniatui & profectiõni. hæc enim nomina quarti ordinis casum datiuum litera i finiunt: ut Lucilius dixit Anu & uictu, pro anui & uictui. Virgilius: Teq; aspectu ne subtrabe nostro, pro aspectui. & in Georgicis: Quod neq; concubitu indulgēt. Caesar quoq; in Anticatoe, posuit dominatu pro dominatui. Sensus est: Fidentius percussit Lepolemm lancea, cuius uulnera credebat futura simillima profectiõibus & laniationibus dentis aprugni. *Transadijt.*] transfoedit, transfuerberavit. *Definito.*] Elegantius est defuncto. *Exciti latibulo.*] Paulo supra scripsit, immuniti tegumentis frondis uel arboribus latenter abscondimus. *Latibulat & latibulatur usurpant Prisci,* pro latet. unde & latibulum dictum. *Neuius: Ne quis latibuletur,* prospice. *Perfecto uoto.*] cum desiderium suum expleset, & uoto necandi Lepolemi fecisset satis. *Vultu gaudium tegit.*] Bcontrario Virgilius, Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem. item: Consilium uultu tegit, & spem fronte serenat. *Frons, oculi, uultus,* ut inquit uerissime M. Tul. saepe mentiuntur: oratio uerò sapissime, interioris animi persona est & inuolucrum: ideoque uultui & fronti fides nulla, saepe subtristi uultu intrinsecus omnia latantur, saepe sub fronte hilari animus mærore conficitur. *Frontem assueerat.*] seueritudine corrugat, tristitia contrahit, & (ut ueteres dicebant) caperat. *Solenter affinxit.*] Scitum est illud Archidami, *ἡγήσατορ ἀπὸ τῆς αὐτῆς φέγγος φανῆναι*,
αὐτῆς.

ἄλλοις ἢ ἑαυτῷ ἡ ἀλλοτρίη ἡ ἀλλοτρία, ἡ δὲ ἄν τὸ ἀλλοτρίον ἰδίω
ex. id est, Ovis semper eandem uocem facit, homo autem
plures & uarias, donec optata perfecerit. Homo est uere
Proteus, qui formas in omnes sese uertit: qui si efficiat
quod cupit, omnia transformat sese in miracula rerum.
Homo chameleon est, qui colores multifaria qualitate com-
mutat, ut modò Veneti, modò prasini, modò cyanei colo-
ris aspiciatur: sic & homo, prout conducit, uariis fit: sin-
gere mœrorē, tristitiamq; gaudenti magis facile est, quàm
simulare gaudium, letitiamq; mœrenti. Lachrymæ no-
luerunt.] Quorum oculi ad lachrimandū præduri ac diffi-
ciles sunt, hos oppidò quàm decenter pumiceos uocant. &
ita insit Pseudolus Plautinus: Pumiceos oculos habeo, non
queo lachrymam exorare ut expuant unam modò. Demi-
uatur Plin. quis humor ille sit lachrymarum in dolore tam
fecundus & paratus, aut ubi reliquo tempore. Con-
formatus.] compositus, & in ficto mœrore formã talem
habitumq; induens, quales nos eramus, qui ueris lachrymis
& uero dolore lamentabamur. Bestiæ dabat.] Quod
ipse parricidium manu sua fecerat, id apro assignabat, &
a bestia factum simulabili tristitia ementiebatur. Fama
dilabitur.] Fama, qua nil uelocius, repente dilapsa est, &
pernici uolatura peruenit ad domum interfecti Lepolemi.
Nuptæ.] Charites. Aures percutit.] Sic Virgilius: Gra-
uior ne nuncius aures Vulneret. Talem nuncium.] tam
atrocem, tam dirum, tam lachrymabilem, de obitu scilicet
mariti Lepolemi, Vecordia percita.] commota, extimulataq;
præ dolore, quadam quasi uesania, & furore.
Bacchata.] Bacchari est, furere: inde bacchata dicitur fu-
rens, & commota. Virg. in 10. Medias Italum bacchata per-

per urbes. Quinetiam loca quoq; in quibus sit debaccha-
 tum, bacchata dixerunt. ut, Virginibus bacchata Lacensis
 Taygeta: Santra, Ab omni parte bacchatur nemus, dixit,
 pro comouetur, & furore uehementiori agitatur. Ru-
 restria.] antiquitas deum rusticum & rurestem coluit
 nomine Ruforem, ex eo dictum, quod rursus cuncta eò-
 dem reuoluitur, huic Rufori pontifices rem diuinã facie-
 bant. Queritans.] sæpe conquerens lamentabili uoce,
 & queribunda: à querendo, id est, lamentando inclinatiũ
 frequentatiũ fit queritans. Quidã legunt quiritans, quasi
 uociferatione clamans. Quiritare enim clamare est, tra-
 ctum ab his qui Quirites inuocant, conclamantiq;: quod
 ueteres quiritari dicebant. Lucilius, Clare quiritans. Ni-
 gidius, Clamat quiritatum. apud Plin. in epistolis anceps
 scriptura est: partim enim legunt, infantium quiritans, par-
 tim infantium quiritatus. utraq; lectio satis proba est. Qui-
 ritatus dicitur querela & uociferatio: Quiritatus uerò
 inclamatio, & quasi quiritum imploratio. Confluũt.]
 Per dialyton, id est dissolutum, siue asyntheton, hæc mem-
 bra decurrunt. Studio uisionis.] Virg. Undiq; uisendi
 studio Troiana iuuentus Circumsusa ruit. uisionis dixit,
 pro inspectionis, & (ut dicitur) studio uisendi. Aliàs ui-
 sio appellatur, quod Græci ἰσχυα uocant. est autem uisio,
 ut Macroby uerbis utar, cum id quis uidet in somnis, quod
 eodem modo quo apparuerat eueniet. Cassiodorus, thea-
 trum latinè uisorium interpretatur. Labente spiritu.]
 anima deficiente, quasi moritura, & ex dolore uiribus
 defecta, effunditur super cõiugis cadauer. Quam deuo-
 uerat.] consecrauerat, dedicauerat, more equorum quos
 Galli soldorios, nostri deuotos appellant: quorum hæc est
condi

conditio, ut omnibus in uita commodis unà cum his fruatur
 tur, quorum se amicitia dederint. si quid his per uim ac-
 cidat, ut eundem casum unà ferant, ac sibi mortem con-
 sciscant. neque adhuc eorum memoria repertus est quis
 quam, qui eo interfecto cuius se amicitia deuouisset, mo-
 ri recusaret: auctor *Caesar* in commentarijs. Alias deu-
 uere est detestari, maledicere, execrari. sic *Ouid*, Hunc e-
 go deuoueo quem mens intelligit *Ibim*. & deuotus pro e-
 xecrato, detestabili, abominato accipitur: ut docet *Por-*
phyrio, *Horatianus* interpres. in quo significatione est il-
 lud: *Viuite deuoto scemina uirq; thoro*. Inde carmen de-
 uotorium, quo dira imprecamur: & deuotiones pro exe-
 crationibus ponuntur. *Inuita*.] non libens, coacta &
 ingratia. *Quidam* seiunctim legunt, ut duæ dictiones sint
 in uita, hoc est, uiuere perseuerauit. *Feralem pom-*
pam.] exequialem. *Pompa*, quæ cadauere ferendo, &
 defuncto funerando exhibetur, feralis dicitur. *Veteres*
 quoq; feralia dixerunt, *djs* manibus sacratam diem: à fe-
 rendis scilicet epulis ad tumulum in coenam, quam & ip-
 sam feralem nuncupant. *Ouid*. *An* quia iusta ferunt dixe-
 re feralia lucem, *Vltima* placandis manibus illa dies. *Idem*
ferales uittas dixit, funeri accommodatis. *Deniq;* feralis
 generali uocabulo dicitur, res omnis lugubris, pertinens ad
 funus & defunctos. *Prosequente*.] *Ordo pompæ* fune-
 bris hic est, ut funus præcedat, nos sequamur, quasi post
 ipsum defunctum morituri. *Terentius*. *Funus* interim præce-
 dit, sequimur, ad sepulchrum uenimus. *Supremū* uerbum
 in funere dicebatur, *Vale*, nos te sequemur. nunc apud nos
 ordine præpostero præcedit pompa lugentium, & in fun-
 nus euntium, funere ipso subsequente. *Quod tamen* & ip-
 sura

sum apud priscos factitatum est, & innuit diuus Hieronymus super dormitione Blesilla, ad Paulam sic scribens: Ex more parantur exequia, & nobilium ordine præeunte aut reum feretro uelamen obtenditur. Plangere.] plangebat. Clamare.] clamabat. Reddere.] reddebat: eloquutio usitatissima, elegantissimaq;. Illum amicū.] Hæc sunt charitatis nomina mulijuga, quib. Thrasillus ueritatē distimulabat, quibus reuera amicus extincti credi poterat. Coætaneū.] Flagrantissimus amor ille est, ut inquit Plin. in 6. Epistolarū, quo se adolescentuli coætaneiq; inuicē amare cœperunt. Aristot. in 8. Ethicorū auctor est, adolescentulos repente amicos fieri, & repente desistere: cum sæpe eadem die propositum mutant. Græci coætaneos appellant *συνεταίροι*, qua dictione & nostri usi sunt. Hieronymus in prologo Osee propheta: illum, inquit, synchronon Isaia fuisse. Iidem Græci *συνεταίρους* uocant, ab eadem ætate, quā dictionē nostri latinitate donare uolentes, fideliter magis quā feliciter interpretantur contemporaciones. Fratrem deniq;.] Singula incrementū habent per se: & tamen per amplificationem decenter crescit oratio, ut semper aliquid priore maius insequatur. nam magnum est amici nomen, maius coætanei, maximum contubernalis. etenim ut scitissimè refert Aristoteles, nihil est tam amicorū quā cōtubernalitas & cœnobitū. Qui se mutuo diligunt, nec simul uiuunt, hi beneuoli magis sunt quā amici nominandi. Igitur cum amicum coætaneum cōtubernalē per incrementa dixisset, nouissimè fratrem dixit: quo uocabulo omnis affectio, omnis beneuolentia, omnia charitatis nomina ferme minima sunt. nam quod nomen amantius quā fraternum? quæ potest amicitia esse tam felix quæ imite

imitetur fraternitatem? Certè quoties blandiri uolumus, ut Quintilianus declamator tradit, his qui esse amici uidentur, nulla adulatio procedere ultra hoc nomen potest, quàm ut fratres uocemus. Quid est aliud fraternitas, quàm indiuisus spiritus? Frater, inquit Nigidius, est dictus quasi ferre alter. fraternus appellatur, auctore Hieronymo, fratris filius. Bina nomina homines habent: unum proprium, alterum naturæ & sanguinis, quo se debent appellare coniunctæ personæ: ut est nomē patris, matris, fratris, sororis. Cum igitur aliquam personam necessitudine coniunctam uocamus, nomine naturali eam appellare debemus: ipso docente Virgilio, qui ait, O pater. item, Nate mea uires. itē, Hoc illud germana fuis. Nomine ciere.] Nominatiuē ciebat in clamabatq; Lepoleum, tanquam nominis proprii appellatio præ se ferret nescio quid ardentioris affectionis. Amouere.] amouebat. Pulsandis uberibus.] Fœminarum hoc proprium est, ut in luctu faciem unguibus, ubera & pectus pugnis pulsent: iuxta illud, Unguibus ora soror fœdans, nunc pectora pugnis. Sedare.] sedabat. Obtundere.] obtundebat: & hoc modo exponere reliqua quæ sequuntur. Signat autem, Tbrasillum obtundisse, id est hebetasse, retundisse stimulum aculeumq; doloris, quo minus fodicaret lancinaretq; præcordia lugentis Charites. hoc autem faciebat uerbis palpantibus, hoc est blandientibus, mulcentibus & mitigatorijs. Pulpare enim est blandiri, & proprie (ut interpretatur Porphyrio) manu mulcere. palpatur, pro palpat dixit Lucilius: Hic ubi me uidet sublatū palpat. Plaut. frequenter ait, Palpo percutit, pro palpatione & adulatione. Multiuagius sus,] Enumeratio exemplorum magnopere luctum leuat, conso-

Consolaturq; mœrentem, ut censeat sibi æquo animo ferendum id quod uideat multos moderate & tranquillè tulisse. Omnibus enim modis (ut inquit uerissimè Cicero) succiendi sunt, qui ruunt, optima autem futura est, percensere exempla eorum qui casibus & infortunijs, uel consimilibus uel grauioribus affecti sunt. Consolatio illa in luctu sedando usitatè sæpe prodest, non tibi hoc soli, sed refert quomodo adhibeatur, ut enim tulerit quisq; eorum qui sapienter tulerint, non quo quisq; incommodo affectus sit, prædicandum est. Magnum est profectò fomentum homini ægritudine tabescenti, audire fuisse alios complusculos, qui talia fortiter perpeßi sint: & ut inquit Seneca, dulce mœrenti populus dolentum. Casus autem multiuagus bono epitheto dicitur, propterea quòd per multos uagatur atq; discurrit, quòd multiformis est, quòd infortunia multos affligunt. *Contrectanda.*] ut manibus contrectare possent membra Charites, quam deperibat: & facere quod Pamphilus Terentianus factitauit, qui mediam mulierem complexus, Mea Glyceriù, inquit, quid agis? cur te is perditum? Tum illa reiecit se in eum flens quàm familiariter. *Odiolum.*] scilicet puellæ.

Sed officijs inferialibus statim ereptis, puella protinus festinat ad maritum suum demerere, cunctasq; prorsus pertentat uias. Certè illam lenem, oculosamq; nec telis ullis indigentem, sed placidæ quieti consimilem, inedia deniq; misera, &

inferialibus.] funebribus, exequialib, & ad inferias sepulti pertinentibus. *Dictio una est.* *Exceptis.*] Quidam legunt *Expletis*, & placet: ut sit *senm* *ius*

sus, Peractis officijs inferiarū, decreuisse Charitē mori, ne marito superstes uiueret. Demicare.] descēdere tanquam ad inferos. Illā lenem.] Sensus est, destinauerat Charite mori inedia, tanquam ea mortis uia lenis esset, & placidæ quieti consimilis, nec telis ullis indigēs. inedia autem est septimus casus. At tēde, genus mortis lenē & ociosum, & placidum uideri Apulcio, inedia mori: cum alioqui canēna Græcē canant, εντερον διασθηνισιν, miserrimū esse fame mori: & ut scribit Hieremias in Thre-

incuria squalida, tenebris imio abscondita cum luce iam transfegerat. Sed Thrasillus instantia peruicaci, partim per semetipsum, partim per ceteros familiares ac necessarios, ipsos deniq; puellæ parentes extorquet: tandē iam lurore & illuue penē collapsa membra, la-uacro, cibo deniq; confoueret. At illa parentum suorum alioquin reuerens, inuita quidem, uerū religiosę necessitati succumbens, uultu non quidem hilari, uerū paulo sereniore obiens, ut iuebatur, uiuentiū munia, prorsus in pectore, imō uerō penitus in medullis, luctu ac mœrore carpebat animum, diesq; totos totasq; noctes infumebat luctuoso desiderio, & imaginem defuncti, quam ad habitum dei Liberi formauerat, affixo seruitio diuinis percolēs honoribus, ipso se solatio cruciabat. Sed Thrasillus, præceps alioquin, & de ipso nomine temerarius, prius quam dolorem lachrymæ fatiant, & percitæ mentis resideret

deret furor, & in sese nimietatis senio lassesceret luctus, adhuc flentem maritū, adhuc vestes lacerātem, adhuc capillos distrahentem, nō dubitauit de nuptiis cōuenire, & impudente labe tacita pectoris sui secreta fraudesq; ineffabiles detegere. sed Charite uocem nefandam & horruit, & detestata est: & uelut graui tonitru, procellaq; sideris, uel etiā ipso diali fulmine percussa, corruit corpus, & obnubilauit animam: sed interuallo reualefcēte paulatim spiritu, ferinos rugitus iterans, etiam scenam peisimi Thrasilli prospiciens ad limā consilij, desiderij petitoris distulit.

nis, Melius est occidi gladio quam fame extabescere. In Ezechiele quoq; legimus: Sagittae famis mortiferae sunt. Plautinus parasitus, nō ferrimum esse hominem autumat, qui cum esse cupit, quod edat nō habet. Ceterum haec omnia referuntur ad homines qui cupiunt uiuere, quibus esurritio uidetur malum acerrimum. Sed in homine qui mori omnino de-

creuerit, mors per inediam pedetentim recepta in corpus, minus truculenta sentitur, cum ui nulla adhibita moriatur. Hoc genere mortis perijt Sisigambis Darij mater, quae audita Alexandri magni morte, succumbens dolori, cibo pariter abstinuit. & Lucan. quinto: Postquam mori statuerat die extincta. Incuria.] negligentia & illauiē: septimus est casus. Cui luce.] Transigere uerbu est forsense, ad creditores & debitores maxime pertinens: quod idem ualet, quod componere atq; decidere. Debitor trans-

figit cum creditore per decisionem, & ita lis negociumq; finitur. Ex hac translatione conceptus sensus elegantissimus à nostro Lucio, qui ait, quòd Cbarite cum luce transegerant est, cum uita & luce ætheria deciderat, tanquã debitor cum creditore: ut nihil sibi amplius foret cum luce, ut luci resolveret totum quod debebat: & ita per decisionem transactionemq; cum luce factam, transiret ad tenebras. Qui pro socijs transigit, satisfat, neminem postea eorum petiturum: ut auctor est M. Tul. in oratione pro Roscio Comædo. Extorquet.] quasi tormentis adiectis ab inuita & reluctante impetrat & exorat. torquemus, ut inquit Donatus, hominem: extorquemus ueritatem. Lurore.] pallore buxæ. Illuuiæ.] sordibus. Lucilius: Hic cruciatur fame, frigore, illuuiæ, incuria. Lauacro confoueret.] lauacrum ad abluendas sordes pertinet, cibus ad roborandum corpus. & profectò utroq; confouemur & recreamur. cibus & lauacrum fomenta sunt salutaria, capitur cibus, ut suffulciat artus, & recreet uires: ut refert Lucretius: lauacrum, ut abluat sordes, & membra delassata confoueat. Parentum reuerens.] Quædam nomina forma participiorum posita, genitiuo casu iunguntur: ut grammatici commeminere, sic dicitur patiens laboris, negligens amicorum, appetens pecuniæ, fugitans litium, amans uirtutis, consimiliter reuerens parentum. Quòd si per participium uelis enunciare, dices, reuerens parentes, appetens pecuniam, fugitans lites. Obiens munia.] peragens officia quæ à uiuentibus, & his qui uiuere cupiunt, obiri solent, & peragi. Munia enim dicimus, officia. Horatius munia dixit: ueteres mœnia dixerunt, quasi munia, hoc est officia. Insumebat.] impendebat. A. Gel. in 2.

Lex Fannia in singulos dies centenos aeris infumi concessit. Sumere est impendere, & consumere. unde & sumptum dicimus, auctore Donato, pecuniam quæ infumenda est. Imagines defuncti. Imitabatur Laodamiam, quæ & ipsa imaginem defuncti Protefilai in larario domestico colebat. Polla quoque Lucani coniunx imaginem mariti habebat in toro, pro solatio & somento. de quo Papinius in epicedio Lucani: At solatia uana subministrat uultus, qui simili notatus auro, Aratis prænitet incubatque somno. Dei Liberi. Bacchi, qui Liber dicitur, uel quod libertate donauerit ciuitates: uel quod seruitio curarum Bacchus liberat animos mortalium: de quo plura aliis. Sensus est Charite sub effigie Bacchi colebat imaginem mariti, bene uores illi diuinos impendens. Affixo seruitio. Appositis mancipijs ad hoc ministerium. uel affixo seruitio accipe pro cultura diligentibus ipsius Charites, in colendo marito: ut seruitium pro patria posuerit, id est, seruitute. est autem patria, ut docet Augustus, in 10. ca proprie seruitus, quæ pertinet ad colendum deum: unde idololatram uocant, idolorum seruitutem. De ipso nomine. Thrasos Græcè significatur audacia & temeritas, & Thrasillus temerarius interpretatur. erat ergo nomen conueniens moribus: & sicut uocabulo Græco dicebatur temerarius, ita uerba ipsa temerarius existerat. Rhetorici doctores argumenta ducunt ex attributis personæ, inter quæ est ipsum cuiusque nomen, ex quo argumentum aliquando sumimus: sicut apud Euripidem nomen Polynices, ut argumentum morum frater inuocatur. nam Polynices interpretari potest contentiosus. siue litigiosus. Cicero quoque in Verrem, ex ipso nomine ludens inuehitur, tanquam omnia uerret. Lachrymæ satia

rent.] Vt dolor inclusus strangulat, ita per querelas effusa
 sus releuatur. namq; (ut scite scribit Seneca) omnis aduer
 sa fortuna habet in querelis leuamentum. Cui subscribit il
 lud Nafonis: Fleq; meos casus, est quadam flere uoluptas.
 nimirum in recenti dolore sunt habena querelis, & uela
 lachrymis danda: ut hoc ueluti pabulo exaturatus dolor,
 mox resistat ac lassescat. itaq; intemp: stiuus est ille & te
 merarius, qui sceminam in funere mariti recentissimo do
 lore conflctam, non solum non sinu lachrymare, sed &
 de nuptijs digamiaq; compellat. Quis matrem, nisi menti
 tis inops, in funere nati flere uetet? Non hoc illa monene
 da loco est: dixit sapienter Sulmonensis poeta, & uere. ut
 enim adhuc crudum uulnus medentium manus reformis
 dat, deinde patitur, atque ulero requirit: sic recens animi
 dolor consolationes reycit ac refugit, mox desiderat, &
 uehementer admotis acquiescit. Percita.] commota,
 perturbata, insanientis pra dolore. & ad Charitem re
 fertur. Senio lassesceret.] Vt annositate & atatis
 senio lassescit ac fatigatur senile corpus, ita luclius elegans
 ter dicitur relentscere senio nimietatis: ubi scilicet quis
 piam diu multumq; fuit in luclu, & indulsit dolori. Lasse
 scere, est lassum fieri, & fatigari. Plin. Metus, inquit,
 est ne fortuna lassescat. Hieronymus ait, militem lasse
 scere sub lorica. Senium uero dici etatem annosam &
 senectutem, nullus est qui nesciat. usurpatur quoque pro
 tristitia. Turpilius: Odio ac senio mihi nuptia. Ponitur &
 senium a M. Tul. in eodem significato. Capillos di
 strabentem.] Maxima dolentis indicia, uellem in luclu
 lacerare, capillos diuellere. Lex Mosaica (ut in Deutero
 nomio scriptum est) ad coercendum luclum immodi
 cum,

cum, immoderatumq; uetat faciem unguibus lacerari, & caluicium fieri super mortuo, uellendo scilicet capillos. Bion philosophus stulti esse dixit, in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur. Legimus quoque in Instrumento ueteri, multos scidisse lacerasseq; in dolore uestimenta. Diali fulmine.] Iouali: super qua dictione antè dictum est. Corruit.] Lapidés loqui dicitur ille, cuius uerba tristia excutiunt audienti cerebrum. hic uerò non lapidés loqui, sed fulmina iaculari uidebatur: cuius dicta nefanda instar procellæ & fulminis miseram Charitem consternarunt, exanimarunt, attonitam fecerunt. illos enim uocamus attonitos, quorum mentes sonus ille cœlestis loco repulit: qui fragore cœli edito concidunt, & stupentes in totum sibi excidunt. auctôr Seneca lib. 2. questionum. Cor. Celsus quoq; Annitos, inquit, rarò uidemus, quorum mens & corpus stupe fit interdum ictu fulminis, interdum morbo. consimiliter & mens & corpus Charites obstupuerant ictu Thrasilli uerborû, tanquã Iouiali fulmine percussa foret. corruit corpus dixit, figurata locutione: pro eo quod est, corruit corpore, & corpus ruendo prostrauit. Obnubilauit.] caligine quasi quadã & nubilo obtenebrauit: quod accidere solet intermoriētibus. Innubilare uerbû est à Firmico Materno usitatum. Reualescente spiritu.] Id est, ubi resipuit, & spiritû quasi deficientem reuocauit. Ferinos.] quales à feris edi solent. Cœnam Thrasilli.] Lego scenã pro apparatu & actione inuoluta: qua dictione in hoc significato propè peculiari-ter utitur Apuleius. Procella sideris.] Afflatis sidere, eleganti uocabulo siderati nuncupantur: & uerbum Side-ratur significat, sidere afflatur, & sideratione torpescit.

diſtiones hæ ſunt Plinio peculiareſ: qui de ſideratione frugum morbo ſcribit ſubtiliter & ſciẽ in 17, quod totum tranſpoſuiſſe uidetur ex Theophræſti libris $\omega\pi\tau\omega\pi$, id eſt de plantis. Procella autem nomen eſt tempeſtatis, quæ fit ex repentinis flabris, maiore ui contortis: ut docent phyſicariõn diſciplinæ conditores. Ad limam conſilij.] Sicut ſcriptores ad limam emendationis libros conditos referunt, ut ea ex poliãtur: ſic ad limam cõſilij diſtulit Charite deſiderium petitoris Thraſilli, ut ſcilicet in totum conſultatione perpenderet, libraret, elimaret, ex præcepto Quintilianii: Opus poliat lima, non exerat.

Umbra, Lepolemi.] Ex imitatione Maronis trãſcriptũ hoc uideatur, apud quẽ (ut ſat notũ eſt) imago Sichei inhumati attollẽs ora palentia, dormienti Didoni occurſãs, crudeles aras, traiectãque pectora ferro nudauit, cæcumq; domus ſcelus omne retexit. Inter ſomni filios eſt Morpheus, à forma quam in ſomnis exprimit no-

Tunc inter moras, umbrã illa miſerẽ trucidati Lepolemi, fanẽ cruentam & pallore deformem attollens faciem, quietem pudicam interpellat uxoris; Mi coniunx, quod tibi prorsus ab alio dici non licebit, ſi pectori tuo iam permatnet noſtri memoria, uel acerbẽ mortis meæ caſus fœdus charitatis intercudit, quouis alio fœlicius maritare, modò ne in Thraſilli manũ ſacrilegã conuenias, ne ue ſermonem conferas, nec menſam accumbas, nec thoro acquieſcas. Fuge mei percufforis cruentam dexteram, noli parricidio nuptias auſpi-

auspicari: uulnera illa, quorum sanguinē tuæ lachrymæ proluere, non sunt tota dentium uulnera. lancea mali Thrasilli me tibi fecit alienum. & addidit cætera, omnemq; scenam sceleris illuminat. At illa, ut primum mœsta quieuerat, thoro faciem impressa, etiam nunc dormiens, lachrymis emanantibus genas cohumidat: & uelut quodam tormento in quiete excussa, luctu redintegrato prolixum eiulat: discissaq; interula, decora brachia sæuientibus palmulis conuerberat: nec tamen cum quocquam participatis nocturnis imaginibus, sed indicio facinoris prorsus dissimulato, & nequissimum percussorem punire, & ærūnabili uitæ sese subtrahere tacita decernit.

minatus: quem Ouid. artificem simulatoremq; figuræ cōgruenter appellat. Hic exprimit incessus uultumq; sonumq; loquendi, & uestes, & consuetissima quaq; uerba: & hic solos homines imitatur. hic ergo Morphæus humanæ figuræ peritus simulator, in faciē Lepolemi transfuratur, sumptaq; illius figuræ, cruentus, luridus, exanimi similis, anteorum miseræ Charites stetit, & quietem dormientis fœminæ inter-

pellans fari uidebatur. Mi coniunx.] mea uxori blandimenti uox est. Mi Eustochium, dixit Hieronymus. & mi soror, pro mea. Non licebit.] Nullus, inquit, alius te cōiugem appellabit, nulli deinceps licebit uxorem te suam nominare, si memoria pristini amoris nostri infixam medullatus est pectori tuo, atq; præcordijs. nam fœmina pudica,

quæ casto amore primum maritum prosequitur, post illius obitum de secundis nuptijs non cogitat: & digamiam res probans, alterius coniunx dici aspernaturi & merito. Illi enim uiuit adhuc prior coniunx, eiusq; memoria perinde ac uiuentis resouetur. Magis se (ut inquit Diuus Hieron.) unicis applicant sceminae: & nihil aliud nosse, magnū artioris indulgentiæ uinculum est. Memoratissimum est illud Porciæ dictum: quæ, cum laudaretur quædam bene morata, quæ secundum habebat maritum, sapientissimè respondit: Fœlix & pudica matrona nunquam præter semel nupsit. Marcella maior rogata à matre sua, an gauderet se nupsisse: respondit, ita ualde, ut amplius nolim. Valeria Messalarum soror, amisso Seruio uiro, nulli uolebat nubere. quæ interrogata, cur hoc faceret? ait, sibi semper maritum Seruium uiuere. Casus fœdus.] infortunium crudele ac deforme: & ita non parum multi exponunt, sed falso & perperam. namque legendum est Casu, ut sit ordo & sensus: Si charitatis coniugalis fœdus interruptum est casu mortis meæ, nubito cuicumque uoles alteri, modò ne Thrasillo nubas, percussori meo, & parricide nefario. Quod si legas casus fœdus, pro cruenta calamitate, futilis & leuis erit sensus, minimeq; consistens. Inclinator autem hoc in loco fœdus fœderis, non fœdus fœda fœdum. Maritare.] nube: imperatiui modi est, sic Ouid. Cingere littorea flauentia tempora myrto. Plin. de uitibus scribens, sic inquit: Alternis putantur annis, sexto anno maritantur. In manum conuenias.] id est, ne fias Thrasilli uxor ac materfamiliâs. De in manum conuentione, & hac tota solennitate uxoria, supra affatim diligenterq; annotauimus. Nec mensam accumbas.]

bas.] Petit Lepolemus à Charite, ut Tbrasillum fugiat, perinde ac impium, sceleratum, detestabilem, & (ut nunc uulgo dicimus) excommunicatū. Scribit Casar in sexto belli Gallici commentario, quod apud Gallos hi quibus sacrificijs interdictum est à Druidis sacerdotibus, numero impiorum ac sceleratorum habentur. his omnes decedunt, aditum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. In Decretis Canonicis tertia quarta, distinguitur excommunicatio ab anathemate: tanquam excommunicatio sit minor, anathema uero maior excommunicatio: unde & anathematizati ab ecclesia omnino separantur: cum talibus hodieq; neq; sermo, neq; congressus, neque cibus comunicatur. Diuus Cyprianus eleganti uocabulo abstentos appellat, quos uulgus excommunicatos uocat. Accumbere mensam, est simul uesci, & in eadem mensa discumbere. M. Tul. Vatinius criminatur, quod mensam accumbebat atratus: id est, toga nigra uestitus. Nuptias auspicari.] inter cetera que homines feliciter auspicari solent, est coniugium. Hinc est quod à multis eligitur dies, ut ducatur uxor: credo propterea (ut diui Augustini uerbis utar) quia potest in diem non bonum nisi eligantur incurri, & infeliciter duci. Prosluere.] lauerunt: apud Virgilium ait Anna, Date uulnera lymphis Abluam. Dentium.] non aper dentibus suis fulmineis hæc tota uulnera confecit. Fecit alienum.] interemit: qui enim perimuntur, alieni fiunt à uiuentibus. Scenam.] apparatus, tegumentumq; rei gestæ: ut sapius supra. Illuminat.] illustrat, patefacit, & (ut inquit Virgilius) Scelus omne retexit, Thoro faciem impressa.] applicito ore ad lectulum.

figurata

figurata locutio & poetica est. sic Virgilius: Et os im-
 pressa thoro, Moriemur inulta. Cobumidat.] humo-
 re lachrymarum madefacit, implet, humectat. ab humore
 deflexum uerbum. Genas intelligit sinus oculorum & pal-
 pebras, de quibus poeta: Sic effata, sinus lachrymis imple-
 uit obortis. alias genæ infra oculos significantur malæ, in
 quibus pudoris est sedes, ibiq; maxime ostenditur rubor.
 Inquieta quieta.] Elegantiſſime dicitur quies inquieta,
 quando tumultuosus est somnus, & quies uisionibus diris
 turbulenta, Nec placidâ membris dat cura quietem: quan-
 do homo secundû quietem terrificis imaginib. excutitur,
 & quando illud Plin. furiales somni & inquietes nocturna.
 Sicut quies quietis, ita e contrariò inquietis dicitur,
 pro inquietudine. Excussa.] Excuti somno, terroris est.
 sic Virg. Excutior somno. Prolixû.] multum, diu, pro-
 lixa euolatione lamentatur. nomen pro aduerbio, quod fre-
 quentiſſimum est. Interula.] tunica interiore, quæ uul-
 go camisia nominatur. Valerius in epistola ad Ruffinum,
 de Deianira loquens inquit: Quem uestire debuit interula,
 uestiuit interitus. Eadem intima tunica nominatur. Flamê
 Dialis, auctore Gellio, tunicam intimam non exuit nisi in
 locis tectis, ne sub cælo tanquam sub oculis Iouis nudus sit.
 Aurelianus August. in epistola quadam præcipit, dari Bo-
 noso interulus bicolores duas. Apud Lampridium mentio
 fit tunicarum quas a senas uocat, quasi dic. us uiles, uulga-
 rias, ignobiles. idem tradit, tunicas macrocheras ex purpu-
 ra reuocatas esse ab Alexandro. Sunt autem macrochere
 tunicæ, manicatæ, habentes manicas longiores, quæ Ro-
 mæ atq; omni in Latio antiquitus induere fuit decorum:
 quas tanq; probrosus atq; fœmineas Virgilius criminatur
 illo

illo uersu, Et tunicae manicas & habent redimicula mit-
trae. Consimiliter Augustinus in tertio de doctrina Chri-
stiana: Talares, inquit, ac manicatas tunicas habere ae-
pud ueteres Romanos flagitium erat. Alio quoque uo-
cabulo Graeco cheridotae appellantur, quo & nostri u-
tuntur. Scipio antiquitatis obseruantissimus, Gallo homini
delicato obiecit, quod cum cheridota tunica, id est mani-
cata accubuerit. Transseunter uerbum diui Hieronymi ex-
plicandum, in quo sacerdotes male literati hallucinantur.
in uita Hilarionis scribit, ependyten illum habuisse à bea-
to Antonio datum. scito *ἐπένδυτον*, id est, ependyten Grae-
co uocabulo dici tunicam, siue indumentum quod superne
inijcitur, siue id sit lineum, siue laneum, siue pelliceum.
Palmulis.] manibus puellaribus, manciolis. ita enim Bn-
nius manus appellat forma diminutiua: Manciolis, inquit,
tenellis. pro manibus. Cum quoquam.] cum aliquo.
Nocturnis imaginibus.] quibus scilicet uiderat mariti um-
bram sanguinolentam, & pallentem, omne scelus Thra-
silli retegentem. Aerumnabili.] aerumnarum plena, ca-
lamitosa, infelici. Tacita.] nullo particeps consiliorum.
Decernit.] deliberat, constituit, destinat.

Ecce rursus improuidae uo-
luptatis detestabilis petitor, au-
res obseratas de nuptijs obtun-
dens aderat. Sed illa clementer
aspernata sermonem Thrasil-
li, astuque miro personata, instan-
ter garrienti, summissaque depre-
canti; Adhuc, inquit, tui fratris,

Obseratas.]
obturatas, occlu-
sas, quae petitiones
Thrasilli minime
admittebant.
Obtundēs.] saepe
& moleste inter-
pellans: nam ob-
tundere (ut docet
Donatus)

Donatus) est ali-
 quid sæpe odiose
 repetere. Transla-
 tio à fabrorū mal-
 leo. Personata.]
 uelamento quasi
 quodā astutiæ ua-
 fritiæq; cooper-
 ta, adumbrata, et
 ueluti persona in-
 data delitescens,
 atq; arcana ani-
 mi celans. Person-
 nata felicitas di-
 citur à Seneca, nō
 uera, sed simula-
 ta, quæ forinsecus
 est decora, intus
 uerò deformata.
 personatus pater
 dicitur ab Hora-
 tio comicus pater,
 inductus in comæ-
 dia, sub persona
 histrionica. Scri-
 bit M. Tullius, q.
 Rosciū personatū
 non magnoperè
 laudabant. Perso-
 nata quoq; fabus

meiq; charissimi mariti facies
 pulchra illa in meis diuersatur
 oculis. adhuc odor cinnameus
 ambrosij corporis per nares
 meas percurrit. adhuc formo-
 sus Lepolemus in meo uiuit
 pectore. Boni ergo & optimi
 cōsules, si luctu legitimo miser-
 rimæ forminx necessariū con-
 cesseris tempus, quoad resi-
 duis mensibus spacium reli-
 quum compleatur anni. quæ
 res cū meum pudorem, tum
 etiam tuum salutare commo-
 dum respicit, ne fortè immatu-
 ritate nuptiarum, indignatio-
 ne iusta manes acerbos mariti
 ad exitium salutis tuæ suscite-
 mus. Nec isto sermone Thra-
 fillus sobriefactus, uel saltem
 tempestiua pollicitatione re-
 creatus, identidem pergit lin-
 guæ sauciantis susurros impro-
 bos ingerere, quoad simulan-
 ter reuicta Charite suscipit: I-
 stud equidem certè magnope-
 rè deprecanti concedas neces-
 se est mihi Thrasille, ut inter-
 dum taciti clandestinos coitus
 obeamus, nec quisquam per-
 sentiscat

sentiscat familiarium, quoad dies reliquos metiatur annus. Promissioni fallaciosæ mulieris oppressus succubuit Thrasillus, & prolixè consentit de furtiuo concubitu, noctemq; & opertas exoptat ultrò tenebras, uno potiùdi studio postponēs omnia. Sed heus tu, inquit Charite, quàm probè ueste contactus, omniq; comite uiduatus, prima uigilia fores meas tacitus accedas, unoq; sibilo cōtentus, nutricem istam meam operiare, quæ claustris adhærens excubabit aduentui tuo. nec secius patefactis ædibus acceptum te, nullo lumine conscio, ad meum perducet cubiculū. Placuit Thrasillo scenaferaliū nuptiarū: nec sequius aliquid suspicatus, sed expectatione turbidus, de diei tātum spacio & uesperæ mora querebatur. Sed ubi sol nocti tandē decessit, & imperio Charites adornatus, & nutricis captiofa uigilia deceptus, irrepit cubiculum, pronus spei. Tūcanus, de iussu dominæ blandiens ei,

le hinc nomē mutantur. deniq; generali uocabulo personatus dici potest, quisquis palam & foris aliud ostendit, clam uerò & intra pectore penetrat alio alio sentit & machinatur. sic personata Charite decenter dicta, quæ uultu quasi arridebat absēiebaturq; Thrasillo: cum altum corde dolorē comprimeret, agitaretq; mente uindictā. Tui fratris.] quem scilicet tu fratrem appellas, quem amore fraterno complecti uis uideri: quasi tacite dicat, o sceleratissime tu, fratrem illum palam uocas, quæ clam fraudulēter intereo.

interemisti. Di uersatur oculis.] Cōsimile est illud: Herent infixi pectore uultus, Versbaq; nec placidā membrīs dat cura quietem. Ambrosij corporis.]

unguentis delibuti, immortalis, diuini. laus Lepolemi. Græcè Ambrosios dicitur immortalis. In meo uiuit pectore.] Fœminæ pudicæ memoria defuncti coniugis semper est recens, & illi semper maritus uiuit: sic & olim Valeria, cum post obitum mariti amplius nubere nollet, dixit, sibi semper maritum Seruū uiuere. Boni & optimi.] promiscua usitataq; locutio est, Boni consules: id est, in bonam partem accipies. Hic factum est incrementum superlatiuum, ut ita maius quippiam significareiur. Luctus legitimo.] Quasi lege præscripto. Maiores nostri (ut inquit Seneca libro 7. Epistolarum) annum fœminis ad lugendum constituere: non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. Ex Ouidij lectione sat notum est, decem menses esse spacium luctus cōiugalis. sic enim ait in primo Fastorum: Per totidem menses à funere coniugis uxor Sustinet in uisduā tristitia signa domo. Annus autem præscorū decem tantum mensibus conficiebatur. Scribunt iurisperiti tit. de his qui notantur infamia: Solere à principe impetrari, ut intra legitimū tempus mulieri nubere liceret. Quæ uirum luet intra id tempus, sponsam fuisse non nocet. Tempus quoq; legitimū lugendi annum esse, demonstrant: quod

& libro Codicis quinto, de secundis nuptijs, relatum est,
 ubi sic scriptum legimus: Si qua mulier nequaquam luctus
 religionem priori viro nuptiarum festinatione praestite-
 rit, ex iure quidem notissimo sit infamis. Item, si qua ex fa-
 minis perduto marito intra anni spaciū alteri festinaue-
 rit nubere, probro noteatur. Ex instituto Numae Pompilij
 (ut auctor est Plutarchus) quae nubit ante decem menses
 ab obitu mariti, uaccam praegnantem imolat. Apud Iudaeos
 luctus triginta diebus fiebat. In luctu foeminae purpu-
 ram atq; aurum deponunt, mox eadem cum eluxerunt su-
 munt: auctor Lilius. Quādiu luget uxor defunctum ma-
 ritum, nefas erat eam alteri denubere. Immauritate nu-
 ptiarum] Immauratae sunt nuptiae, quando per actum lu-
 ctus legitimi tempus, uidua digamiam decantans secundo
 marito copulatur. Tunc merito anima prioris coniugis ius-
 ta indignatione suscitari potest, & extimulari in exitiū
 perniciemq; succedanei atque uicarij: hoc est, eius qui sibi
 successerit ad colendum uxoris fundum, cui coniunx nupse-
 rit. Sobrius factus.] ad sobrietatem moderationemq; re-
 uocatus. sobriosos Cyprianus appellat, moderatos & abs-
 stinentes. Sobrietas enim uirtutis & prudentiae comes est.
 Identidem.] saepe. frequenter. Sauciantis.] Cuius uer-
 ba instar iaculorum sauciabant, conuulnerabantq; aures
 Charites, & mentem. Inurgere.] Emenda, ingerere,
 Simulanter reuicta.] Simulauit Charite, se tandē uictam
 manus dare procacitati Thrasilli: & id facturam, quod il-
 le tant opere flagitabat. Claudisinos coitus.] Interea,
 inquit Charite, dum annus luctui legitimo assignatus pera-
 gatur, poterimus furtiuos concubitus inire quandoq;, &
 palam uenerae clam furtimq; operam dare, ita ut nule-

lus persentiscat, nam quod nemo nouit, penè nō fit. Pro-
 missione succubuit.] cecidit, locum dedit, obsequutus est pro
 missione Charites : quæ dolo bono fallacysq; referta erat,
 concinnatis ad perniciem Thrasilli. Silius: Succubuit me-
 dicina malis. Operias tenebras.] Nox accommodata
 est fraudi & furtis: tenebræ nocturnæ uota sunt aman-
 tium : nocturni concubitus & clandestina adulteria per-
 coluntur, quæ interdum fieri nō licet. Veste contactus.]
 Charite, cuius mens & animus nihil aliud quàm ultionem
 mariti meditabatur, admonet Thrasillum, ut solus obtecto
 capite cucullione, longa ueste & seruili celatu, hora con-
 stituta ad se clanculo ueniat. auctor est Sueton. C. Caligu-
 lam adulteria noctibus obire solium, capillamento & ue-
 ste longa celatū. Horat. in secundo Sermonū, habitū adu-
 lteri nocturni ita describit: Tu cum proiectis insignibus an-
 nulo equestri, Romanoq; habitu, prodis, ex iudice damna
 Turpis, odoratum caput obscurante lucerna, Non es quod
 simulis. Viduatus.] priuatus, solum & solitarium ue-
 nire ad se noctu hortatur. Prima uigilia.] primis tri-
 bus horis nocturnis. De quatuor uigilijs noctis militaribus,
 antè dictū est. Sibilo contem.] Amator uadens ad ami-
 cam, subinde solet sibilo aduentum suum indicare. Ope-
 riare.] expectes. Utam.] dicticōs est: ostendit enim
 præsentem uetulam, tanquam uelit eam esse consciã amo-
 ris huiusce furtiui. Clausuris adharens.] Clausurimū
 dixerūt uetere, eū qui clausuris ianua præesset. Scena.]
 apparatus, & uelamentū. Feraliū nuptiarū.] ab euen-
 tu feralium dixit, propterea quod hæc res futura pestifera
 est & exitialis Thrasillo. Nec sequis,] deterius, peius,
 nec aliter quàm audiebat: prout loquebatur Charite, ita
 credens.

eredens. Aliubi sequiorem sexum posuit pro deteriorē & muliebrem. Expectatione.] aliās ex pactione. Queratur.] Expertus loquor: amatorem maximē torquet expectatio illius horæ, quam amica condixit. dies una uideatur annus esse longissimus: conqueritur de mora & tarditate crepusculi uespertini: optat, expeuit, precatur, ut non Etescat: ut tempus illud aduentet, quod sperat futurum meliissimū, omnisq; ueneriæ dulcedinis refertissimū. in hanc ferme sententiam est illud Horati; Vt nox longa, quibus mentitur amica. Adornatus.] ueste cōtectus, cucullione celatus, comite iuuuatus. Captiosa.] dolosa, & captiōnū plena, ad capiendū scilicet Thrasillū, & laqueis feratibus illaqueandū. Irrepat.] sensim, clam, latēter quasi repens ingreditur. Pronus spei.] pronus in spē: archaismos. sic enim ueteres loqui solebāt, ut, O præstās animi tu uenis, ut infelix animi, & alia propē infinita, quod & in superiorib. annotauimus. Oenophoro.] Vas uinariū significatur, cuius & supra facta est mentio. in templo Liberi patris œnophorū sistingebatur, quod significabat uinū, per id quod cōtinet, id quod continetur: auctōr diuus August. in 7. de ciuitate dei. Martialis: Reddidit œnophori pōdera plena sui. Soporiferū uenenū.] Notat medicamen, quo sopor conciliatur, cuiq; uis somnifica inest, immixtum fuisse poculis illis, quibus ingurgitatus Thrasillus, facile sepultus est ad somnū. Inter uenena soporifera est opiū, & pleraq; alia quorum Plinius & medici meminerūt. De his & Ouidius: Sunt quoq; quæ faciunt altos medicamina somnos, Vincatq; lethæa lumina morte premūt. Hauriētē.] ebibentem. uerbum est polysemum, hoc est, multa significans, cuius multiplices significationes grāmatici percēserūt.

Adfideret.] Significanter est locutus. nam qui curant ægrotos, illisq; semper præsto sunt, adfidere dicuntur. Hora tius in Sermonibus: Aut alius casus læto te affixit, habes qui Adfideat, fomenta parat, medicum roget. Vetula mendacio eludens, fingit iccirco dominam diutius remorari, propterea quod ægroto patri adfideret, ministraretq;.

Supinato.] Vino sepulti, dū proflant ex pectore somnum, sæpenu-mero supinati sterunt, iacentq;.

Masculis animis.] animositate uirili septa. Superstit siccarium.] Iste tit supra siccarium. Ita enim appellat Thrasillum, mariti Charites parri- cidã. Ficus coniugis.] uerba Charites, cum ironica indignatione prolata ad Thrasillum, soporifera potione prostratum. En uenator.] qui scilicet maritum meum confodit,

Iamq; eo ad omnes iniurias exposito, ac supinato, intrò uocata Charite, masculis animis impetuq; diro fremens inuadit, ac superstitit siccarium, & inquit: Ficus coniugis mei comes, en uenator egregius, en charus maritus: hæc est illa dextra, quæ meum sanguinem fudit: hoc pectus, quod fraudulenta ambages in meum concinnauit exitium: oculi isti, quibus malè placui: qui quodammodo tamen iam futuras tenebras auspicantes, ueniētes pœnas antecedunt. quiesce securus, beatè somniare: non ego gladio, non ferro petam. absit, ut simili mortis genere cū marito meo coqueris. uiuo tibi morientur oculi, nec quicquã uidebis nisi dormiens: faxo fœliciorẽ necẽ inimici tui, quam uitam

uitam tuam sentias. lumen cer-
tè non uidebis, manu comitis
indigebis: Charitem non tes-
nebis, nuptijs non fruèris, nec
mortis quiete recreaberis, nec
uitæ uoluptate lætaberis, sed
incertum simulacrum errabis
inter orcū & solem: & diu que-
res dexteram, quæ tuas expu-
gnauit pupulas: quodq; est in-
arumna miserrimum, nescies
de quo queraris. At ego se-
pulchrū mei Lepolemi, tuo lu-
minum cruore libabo: & san-
ctis manibus eius, istis oculis
parētabo. Sed quid mora tem-
poris dignum cruciatum lucra-
ris, & meos forsitan tibi pesti-
feros imaginarij amplexus! re-
lictis somnolentis tenebris, ad
aliam pœnalem euigila caligi-
nem: attolle uacuā faciem, uin-
dictam recognosce, infortu-
nium intellige, arumnas com-
puta. sic pudicæ mulieri tui pla-
cuere oculi, sic faces nuptiales
tuos illuminarunt thalamos:
ultrices habebis pronubas, &
orbitatem comitem, & perpe-
tuæ conscientiaē stimulum.

dum feram debet
inuadere. Illa
uestra.] Demon-
strantis & tan-
gentis uerba sunt.
Meum sanguinē.]
maritalem. san-
guis enim mariti
sanguis uxoris est:
& ut Ecclesiastic-
cum dogma prodi-
dit, duo sunt in car-
ne una. Amba-
ges.] inuolucra et
circuitus. Mac-
le placui. In per-
niciem scilicet at-
que exoculationē.

Pœnis antece-
dunt] pœna Thra-
silli futura est cæ-
citas, & luminis
excacatio. hanc
pœnam oculi dor-
mientes, & ob so-
mnum nihil pror-
sus uidentes, antea
cedere eleganter
dicuntur: etenim
talis erit post cæ-

citatem infligam, qualis tunc erat dormiens. & sicut tunc
 nihil uidebant oculi Thrasilli somno conuiuentes, ita mox
 nihil uidebunt à Charite confossi & lumine orbatì.
 Auspicantes.] inchoantes, & quodam quasi auspicio
 prasagantes. tenebræ enim dormientium oculorum, au-
 spicium faciunt tenebrarum cæcitatìs. Petam.] fe-
 riam, percutiam. hinc cornupeta bos dictus, qui cornu fe-
 rit. Virg. Iam cornu petat & pedibus qui spargat hære-
 nam. Petitiones quoq; propriè dicuntur impetus gladi-
 atorum, ut suo loco docuimus, Coæqueris.] ut sicut ille
 ferro peremptus iacet, ita tu quoq; ferro obruncatus op-
 petas. Dormiens.] Homo dormiens nihil uidet nisi in
 somnis, & per nocturnas uisiones, qui exoculatus est, ni-
 hil uidere potest, nisi in somnis & dormiens. Talem ui-
 dendì usum Thrasillo denunciât. Inimici tui.] Lepo-
 leni. Feliciore necem.] Vita exoculati excæcati; di-
 rior atq; infeliciore est omni nece. quod & Statius sen-
 sit, scribens in Thebaide: Biedusq; die fors leto durior o-
 mni. Plin. in 11. oculos dicit partem esse corporis pre-
 ciosissimam, & qui lucis usu uitam distinguant à mor-
 te. Firmicus Maternus exitium cæcitatìs bono epithe-
 to miseram appellat. Manu comitis.] Excæcatus du-
 cem itineris habet aut baculum, aut puerum. hinc scitum
 illud Aselepiadis philosophi, qui cum quidam quæreret,
 quid ei cæcitatì attulisset? respondit, puero ut uno essent
 comitator. In gente Cornelia Scipionum cognomen in-
 hasit, ex eo quod Cornelius uicem baculi (qui scipio die-
 citur) impleuit in regendo patre luminibus carente: un-
 de Scipio cognominatus, nomen posteris dedit. Lata-
 beris.] Exornatio rhetorica est, Lucio nostro perquam
 familiæ

familiaris: Græco uocabulo *Isocolo*, latino compar appellan-
lant. Inter ortum.] Lego *orcum*, hoc intellectu: lumi-
nibus orbatus erat, incertus & dubius utrum uuentibus
an defunctis sit annumerandus. Nam nec plenè uiuus di-
ci potest, cum careat usu oculorum, qui uitam à morte di-
stingunt: nec plenè mortuus, cum ambulet & spiret: sed
inter *Orcum*, hoc est *Plutonem*, qui Deus est tenebrarum,
& solem, qui Deus est luminis, intermedius, & quae-
si in meditullio mortis ac uitæ collocatus uidetur.

Expugnauit pupulis.] Meritò pupulas expugnari di-
xit, in eo qui per uim lumine priuatur: quoniam uis
optica, id est uisibilis, propriè pupillis inest, & adeò ab-
soluta speculi potentia, ut totam imaginem reddant
hominis. ea causa est, ut pleræque aues manibus homi-
num oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in
pupillis cernentes, uelut ad cognita desideria sua ten-
dunt. In ærumna miserrimum.] cum omnis ærumna
homini misera sit, illud miserrimum contingit, cum æ-
rumna ignorat auctorem, & de quo queri possit non ha-
bet: uidetur enim fomentum esse calamitatis, scire de quo
queraris, nouisse auctorem iniuriarum, cui parem gra-
tiam possis rependere. hoc itaq; miserrimum erit *Thrasil-
lo*, quòd exoculatus orbatusq; luminibus nesciet de quo que-
ri possit. *Libabo*.] Potes legere *litabo*, pro eo quod
est *expiabo*, *placabo*q; tali sacrificio. *Manibus*.] ani-
mæ maritali. Manes dici animas defunctorum, sciunt ome-
nes, & frequenter annotaui. Lex Ciceronis hæc est: Ma-
nes deos colunto. *Pluto Summanus* dictus, quasi *summus*
manium, & deus. *Parentabo*.] sacrificabo. *M. Tul.* in
oratione pro *Flacco*: *Litemus* igitur *Lentulo*, parentemus

Cetego, reuocemus eiectos. Parentare proprie est, parentibus defunctis iusta celebrare, & sacra facere ad sepulchrum. quod indicat idem M. Tul. in 1. Philippica, his uerbis: Ut cuius sepulchrum nusquam extet ubi parentetur, ei publice supplicetur. Fabius Maximus Seruilianus pontifex negat oportere atro die parentare, quia tunc quoque Ianum Iouemque præfari necesse est, quos nominari atro die non oportet, nunc ait Charite, oculos Thrasilli futuros pro uictima & sacrificio parentationis manibus Lepolemi, parætaalia sacrificia sunt mortuorum, quæ proprie manibus parentum exhibentur. Idem M. Tul. queritur in Philippicis, parentalia in honorem Cæsaris defuncti cum supplicationibus misceri. Annua parentatio dicitur sacrificium, quod quotannis fit in honorem mortuorum. Macrob. & Cato tradunt, Laurætiæ annua parentationis honore dignatam. Lucraris.] Quasi lucrum sit dilatio cruciatus. Imaginaris.] dormiendo scilicet & somniando. Ad aliam caliginem.] Caligo una est sopiti hominis & dormientis; caligo altera est excæcati. uerum hæc posterior, cum pœna & cruciabilitate. Vacuum.] oculis carentem, & prorsus exoculatam. Vindictam.] interfecit Lepolemi. per Dialyton hæc dicuntur, quod schema haud minimum est orationis honestamentum. Erumnas computa.] Fiat, inquit, computatio ærumnarum, utrum maiores illæ sint quas tu mihi irrogasti, dum interficis maritum; an istæ, quas excæcatus patieris. uel hoc dicit, computa ærumnas, quas scilicet multiugas una excæcatione sustines his. Sic,] per excæcationem. Illuminarunt ihalamos.] Faces accensas in nuptijs adhiberi, satis notum, & suo loco affatim explicatum. Igitur, cum aliorum festiuitate

tate coniugali faces splendore thalamos illuminent, in thalamo Thrasilli faces fulgebunt tenebrose, propterea quod omnia caligabunt, noctescent, obtenebrabuntur, oculis effosis, extinctisq; luminibus. Ultrices pronuba.] Pronuba, quæ in obsequio sunt nubentis, ut docet Donatus in commentario septimo Æncidos: quæ nubentes domum mariti deducunt ac comitantur. qua in re illud observabatur apud ueteres, ut pronuba illæ adhiberentur, quæ semel tantum nupsissent, boni scilicet auspicii causa, ut singulare perseveraret matrimonium. Nouam nuptam nihil minus quam pulchrior pronuba decet, ut inquit festiuiter Sidosnius. Iuno inter deas pronuba dicitur, quæ præest maritalibus thoris, cui uincla iugalia curæ. Paranymphe & paranymphe Græco uocabulo latinis usitatissimo nuncupantur pronubi & pronuba. Commentator Decretorum canonicorum insulse & pueriliter paranympas exposuit, pro ancillas, quasi parantes lymphæ: cū à *παρὰ τῆς νύμφης*, id est sponsa, paranympus deducatur. Sponsus & sponsa à paranympis offeruntur, cum benedicendi sunt à sacerdote: paranymphe è cubiculo geniali discedunt post introitum sponsi & sponsæ, ut tradit Augustinus in 6. Cum igitur pronuba felices adhiberi debeant, ut fortunata sint matrimonia: ait, ultrices futuras pronubas in nuptiis Thrasilli: ut doceat, infelices ærumnosq; futuras. ultrices enim sunt, quæ puniunt nocentes, & pro diris siue furijs accipi uidentur. apud Virg. in 7 Æncidos connubium Lauinæ sanguinolentum futurum spondens Iuno, ita secum musitat: Sanguine Troiano & Rutulo dotabere uirgo, Et Bellona manet te pronuba. Consimiliter apud Ouidium Phyllis, stendere uolens infortunatum fuisse suum cum Demophoon-

te coniugium, inquit: Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis. Orbitatem.] Orbitas, cæci hominis comes est perennis. Conscientia stimulum.] Inter atroces pœnas, quibus mortales torquentur, nimirum atrocissimus est stimulus conscientia, qui occulto flagello lancinat hominem interiorem, hoc est animum, qui surdo uerbere sonantes cædit. Habet (ut inquit elegantissime Pacatus panegyrista) nescio quos inter nos mens scelerata carnifices, aut ipsa sibi carnifex conscientia est. M. Tul. in oratione pro Roscio Amerino, item in oratione contra Pisonem, docet suam cuiq; scelerato domesticam furiam esse conscientia sua, inquit, quemq; fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hæ sunt impiorum furia, hæ flammæ, hæ faces. Græci dicunt, εἰσεία σὺνάδης τῆς τῆς βίης πᾶσι τῶν ψυχῶν. id est. sua cuiq; conscientia quodam quasi iaculo percutit animam. Hic ergo stimulus conscientia, quæ (ut ueteres dixerunt) totius mundi testium est, qua iudice nemo nocens absoluitur, erit indiuulsus comes scelerati Thrasilli, eiusq; interiora lancinabit, fodicabit, diuullet continenter ac perenniter.

Acu crinali.]

ut crinale aurum, crinales uittæ dicuntur, quibus foeminae utuntur ad crines uincendos: ita crinalis acus ad cultum capitis adhibetur, ut in statione sui co-

Ad hunc modum uaticinata mulier, acu crinali capite decipiente, Thrasilli conuulserat tota lumina: eumq; profusus exoculatum relinques, dum dolore nescio crapulam cum somno discurrit, arrepto nudo gladio, quo se Lepolemus solebat incingere, per mediã ciuitatem

tatem cursu furioso proripit se, proculdubio nescio quod scelus gestiens, circa monumentum mariti contendit. At nos & omnis populus, nudatis totis ædibus, studiose consequimur: hortati mutuò, ferrum uesanis extorquere manibus. Sed Charite capulum capit Lepolemi, propter assistens, gladioque fulgenti singulos abigens, ubi fletus uberes & lamentationes uarias cunctorum intuetur: Abijcite, inquit, importunas lachrymas, abijcite luctum meis uirtutibus alienum, uindicaui in mei mariti cruentum peremptorem: punita sum funestum mearum nuptiarum prædonem. iam tempus est, ut isto gladio deorsus ad meum Lepolemum uiam quæram. & enarratis ordine singulis, quæ sibi per somnium nunciauerat maritus, quoque astu Thrasillum inductum petisset, ferro sub papillam dexteram transacto corruit, & in suo sibi peruoluta sanguine, postremo balbutiens incerto sermone perflauit ani-

ma, nec sint sine lege capilli. Calamistrum acus est maior, quam calefacta incinere capillos torquet & ornaticuius ministri à cinere cinerarij & cinifiones appellati. A calamistro dicti calamistrati, & coma calamistrata, quæ M. Tul. Gabinio esse foeminato adprobauit. Est & discerniculum acus matronalis, à discernendo dictum, quonia eo discernitur capillus, & discrimen capitis componitur. Ita enim dicitur diuortium distinctioque capillitij in fronte. Ouidius: Compositum discrimen erit, discrimina lauda. Item

Longa

Longa probat fa-
cies capitis disci-
mina puri. diuus
Hieronymus hoc
discerniculū, quo
discrimē ornatur,
eleganti scitoq; uo-

mam uirilem. Tunc propè fa-
miliares miseræ Charites, ac-
curatissimè corpus ablutum,
munita sepultura ibidem ma-
rito perpetuam coniugem red-
didere.

cabulo discriminalem acum appellat, qui scribens contra
Ruffinum, quod annotatu cognituq; dignum est, sic ait: Fe-
cerunt hoc & Fulvia in Ciceronem, & Herodias in Ioan-
nem, quia ueritatem non poterant audire, & linguam ue-
ryloquam discriminali acu confodiebāt. Exoculatum.]
luminibus orbatum, excæcatumq;. Nescio.] Casus est
dandi, ut exponas Nescio scilicet Thrasillo, pro ignoran-
ti, nescientiq;, à quo sit hoc passus. Quid si iunctim legas
Dolore nescio, ut sit septimus casus, & epitheton doloris,
atq; ita interpreteris, Dolore nescio, pro ignorato & la-
tente. Namq; apud priscos nescius dicitur, tam is qui nesci-
citur, quàm qui nescit: sicut & ignarus, non tam qui igno-
rat, quàm qui ignoratur. Auctores Gellius, Seruius, & cæ-
teri. sic Virg. Pastor agēs telis liquitq; uolatile ferrum Ne-
scius. ubi pastor nescius significatur, qui nescitur & latet.
Contendit.] pergit. Nudatis ædibus.] domo uacua re-
lictā, dum studio uisendi omnes egredimur. Mutuò.]
uicissim & mutua adhortatione. Capulum.] Modò se
pulchrum & monumentam: aliàs pro manubrio gladij
accipitur, aliàs pro pberetro siue sandapila. unde capula-
res dicti senes, super quo copiosius suo loco diximus.
Propter.] iuxta. propè. Vindicau in peremptorem.]
Dulcissimum est homini leso, & potissimum fæminæ,
reponc-

reponere ultionem, & uindicare iniuriam, iuxta Satyrographi sententiam sic scribentis: At uindicta bonum uita iucundius ipsa. Consimile est illud Virgilianū, Vltia uirum pœnas inimico à fratre recepi. Punitus sum.] punitus: archaismos est. Namq; apud antiquos id quoq; habitum est in oratione faciendâ elegantiae genus, ut pro uerbis agentibus uerba patiendi ponerent, & hæc inter se mutuo inuenterent: ut muneror pro munero, fabricor pro fabrico, palpatur pro palpat, bellantur pro bellant, & alia id genus sexcenta. inter quæ est punior pro punio, & punitus sum pro punitui. M. Tul. Neque ad eius qui punitur aliquem, aut uerbis castigat, sed ad reipublicæ utilitatem referri. Isto gladio.] Dicitur à Græcis per prouerbium τὰ τρία εἰς θάνατον, ξίφος, ἄροχός, ναυίον, id est, tria ad mortem inferendam præsto sunt: gladius, laqueus, uenenum. Gestiens.] scilicet Charite appetēs, gestiūq; demonstrans scelus quoddam inexpiabile, quod moliebatur, quod post excusatum Thrasillum, ipsa secum animo destinauerat. uel gestiens expone, exultans & letabunda, ob facinus patratum. Deorsus.] ad manes, ad inferos, ad infernas regiones, ubi erat domicilium defuncti mariti. Quoq; astutu.] qua astutia, calliditate, uasamento. Inductum.] deceptum, & fallacijs circumuentum. M. Tul. in Pisonem: Hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit, induxit. Habet hoc uerbum inducere alium quoq; significatum eruditum, sed infrequentem, quo accipitur pro delere & cancellare. Vlpianus iuriconsult. tit. de his quæ in testamento delentur: Cancellauerat quis testamētum, uel induxerat. Item: Synonyma omnia induxerit, ut proponitur. Item: Quæ in testamento legi possunt.

ea inconsulto deleta & inducta, nibilo minus ualent, consultiò non ualent. hinc inductio quoq; deriuatur, pro abolitione & litura. Sub papillam dextrâ.] Letifer ille locus. Consimili genere mortis ultronea occubuit corruitq; Lucretia, quæ impatiens uiolata à Sexto Tarquinio pudicitia, cultrum in corde defixit, prolapsaq; in uulnus moribunda cecidit. In suo sibi.] Parcelcon est, sic ueteres loqui solebât. Terentius: Suo sibi gladio hunc iugulo. Incerto sermone.] Talis est sermo morientis: incertus scilicet, imperfectus, inexplicabilis. Per efflauere.] Corrigendum est, perflauit, quod est efflauit, exhalauit animâ, tanquam anima sit halitus & spiritus, super quo in primo commentario Tusculanarum copiosissime. Animam uirilem.] ab effectu uirilem dixit. uirorû enim, & quidem fortium est, sibi mortem ferro consciscere. Martialis Romanam mortem hanc appellat, tanquam Romanorum peculiare fuerit. Aiunt uiri fortissimi esse, semet occidere: cõtrâ Iosippus ignauissimi opinatur. nam & gubernator timidissimus existimatur, qui tempestatè metuens, ante uim turbinis nauem sponte submergit. Quin etiam propria manu perire, à communi omnium animalium natura discrepat. nullum enim est animal, quod ex industria uel per se moriatur: siquidem natura lex ualidissima, ut uelint uiuere, in omnibus sita est. Adde quòd deus indigne fert, cum donum eius homo despiciat. donum autem Dei uita est, quæ animam immortalè in corporibus mortalibus collocauit. Si quis depositum hominis malè tractauerit, pessimus statim ac perfidiosus habebitur. Si Dei depositum ex proprio corpore quis eiecerit, cum se latuisse quem laferit existimabit? Seruos fugitiuos ulcisci iustum creditur, quamuis nequatus

nequam dominos fugerint: deum uerò fugientes, optimum dominum, impiè facere non uidebuntur? Deniq; si quis se occidisset apud Iudæos, usq; ad solis occasum in sepulchris abijcebatur. apud alios dextræ abscindebãtur eiusmodi mortuorum, quæ in ipsos armatæ sunt: quoniam ut corpus ab anima, ita manum à corpore alienam esse existimarent. Corpus ablutum.] Ex ritu priscorum, apud quos cadauera abluantur, & unguantur. Ennius: Tarquinij corpus bona fœmina lauit & unxit. Virgilius quoq; uetustum morem exprimit illis uersibus: Pars calidos latices, & abena undantia flammis Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & unguunt. Lauare cadauera proximis concedebatur. Anna Maroniana insit: Date uulnera lymphis Abluam. Ibidem.] In eodem sepulchro consepultam unà cum marito significat: ut sicut uiuentes fuerant mutua concordia copulati, ita & defuncti simul quiescerent. Cleopatra cum Antonio in eodem sepulchro concludi uoluit.

Thrasillus uerò cognitis omnibus, nequiens idoneum exitium præsentì clade reddere, certusq; tanto facinori nec gladium sufficere, sponte delatus ibidem ad sepulchrum: Ultro nea uobis, infesti manes, en adest uictima, sæpe clamitans, ualuis super sese diligenter obferatis, inedia statuit elidere sua sententia damnatum spiritum, Hinc ille longo trahens

Nequeas.] nõ ualeas. Ad sepulchrum.] Lepolemi scilicet & Charites. Vltroea.] spontanea, ultro adueniens. Infesti manes.] Casus uocãdi, quæ & saluatorum ueteres dixerunt. alio loquitur enim manes, id est animas
Lepo-

Lepolemi & Charites, quos infestos, quasi hostiles, inimicos, insensos merito nuncupat. Infestus dicitur inimicus, qui malum infert cuiuspiam; & contra, cui alter infestus est, cui aliunde impendet malum, is quoque infestus appellatur. Inedia. [cibi abstinentia: ut supra dictum est. Elidere.] excludere, eijcere. Plautus in Rudente: lubeo oculos elidere. Sua sententia damnatum. [Nulla uidetur iustior esse damnatio, quam qua homo semet damnat, & sua sententia dignum censet punitione. nam ut inquit Ambrosius in

spiritu, & nonnunquam illachrymans, grauiter affectis rusticis annunciabat. Tunc illi, mutati domini nouitatem meruentes, & infortunium domus herilis altius miserantes, fugæ se comparant: sed equorum magister, qui me curandum magna ille quidem commendatione susceperat, quicquid in casula preciosum conditum seruabat, meo atque aliorum iumentorum dorso repositum asportans, sedes pristinas deserit. Gerebamus infantulos & mulieres, gerebamus pullos, passeres, hœdos, catellos: & quicquid infirmo gradu fugam morabatur, nostris quoque pedibus ambulabat: nec me pondus sarcinæ quanquam enormis urgebat, quippe gaudiali fuga detestabilem illum executorum uirilittis meæ relinquentem. Siluosi montis asperum permensis iugum, rursusque reposita camporum ad spacia peruecti, iam uespera semitam tenebrante, peruenimus ad quoddam castellum frequens & opulens, unde nos

nos incolæ nocturna, imò uero maturina etiã prohibebant egressione. Lupos em̄ numero sos, grandes, & uastis corporibus sarcinosos, ac nimia ferocitate sauientes, passim rapinis aduetos infestare cunctam illam regionem: iamq; ipsas uias obsidere, & in modum latronum prætereuntes aggredi: imò etiam uesana fame rabi- dos, finitimas expugnare uillas, exitiumq; inertissimorum pecudũ ipsis iam humanis capitibus imminere. Deniq; obiter illud quã nobis erat commendum, iacere semesa hominum corpora, suisq; uisceribus nudatis ossibus cuncta cãdère: ac per hoc nos quoq; cautione summa uiaë reddi debere, idq; uel in primis obserenitatem, ut luce clara, & die iam prouecto, & sole florido, uitantes undiq; latentes insidias, cũ & ipso lumine dirarum bestiarum repigratur impetus, non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transabiremus. Sed

epistola ad Simplicianum: *Quid tam rarum, quã ut inuenias uirum qui seipsum coarquet, & peccatũ condemnet suum? Hic.] hæc. Ille.] scilicet enarrator fabula, qui hæc ad pastores & cõseruos enunciauerat. Longo spiritu.] Quod anhelantis, exanimati, moriẽtis est. Equorum magister.] Hunc supra appellauit armentarium equisionẽ. Euocato, inquit, armentario equisione, magna cum præfatione deducendus assignor. à Luciano dicitur. *vevũs τῶν ἰπποῦ.* Ambulabat.] *Festiuiter dictũ, ea iumentorũ pedib: ambulat.**

ambulare, quæ à
iumentis gereban-
tur. dici eleganter
posset, equisessor-
rem ambulare pe-
dibus equinis: qui
in lectica gesta-
tur, ambulare pe-
dibus lecticario-

rum. Fugere comparant.] Purior lectio, fugæ se compa-
rant. Domini nouitatem.] Cum omnis seruitus misera
sit, illud miserrimum est, à bono domino ad deteriorem im-
probioresq; transire. Dignitas domini seruitutem facit to-
lerabilem: plerumq; posterior dominus priore deterior est.
Quod satis docet fabella Æsopica, quæ tradit, asinum hor-
tulani fastidientem dominum, dum cupit nouam seruitutem,
ad peiores semper traductum optasse, ut ad pristinum do-
minum reuerteretur. Tunc enim serui priores dominos ual-
de desiderant, ubi experti sunt secundos. Lucian. ἰννοσων
κεκίτη μάλιστα ἐν τῇ δουλείᾳ. id est, decreuerunt non amo-
plius manere in seruitute. Domus herilis.] dominicæ
hoc est, heri Lepolemi. Pondus farcinæ.] Lucianus,
ἰχθόμου μὲν ἑξῆς φορτίου ὄνου ἀπλοῦν: Tristabar, in-
quit, ueri asini pondus enorme ferens. Exeetorem.] ca-
stratorem, qui statuerat asinum amatorem emasculare.
Permensi iugum.] exuperantes. Lucian. καὶ πῶν νότα ὄντων
ἀλδόντων ὄσων ἀργαλίαν: id est, totam noctem euntes uiam
asperam. Semitam tenebrante.] obscurante, & tene-
bris obumbrante, ut nusquam semita uideretur. Tenebrion-
es dixit antiquitas, mendaces & dolosos, qui mendacij
& astus

& astutis suis quasdam quasi tenebras obijciunt. Alij te-
 nebriones interpretantur lucifugos, quasi in tenebris deli-
 tescentes. Afranius: Si accusator & reus erunt tenebrio-
 nes, uterq; utrunq; uituperator. Opulens.] opulentum.
 sic enim ueteres declinabant, & ops dicebant opulentum;
 unde e' contrario inops. Opulscere dixit Furus poeta, pro
 opulentum fieri, illo uersu: Quo magis in patrijs possint o-
 pulscere capis. Opulentitatē pro opulentia dicit Plautus:
 Quasi eius opulentitatem reuercaris, Prohibeam.] Le-
 go prohibebant, ut sensus fiat lucidior, nitidiorq;. Sarc-
 cinosos.] prægraues, & carnis sarcina onustos. Ouid. in
 Priapeis: Nemo est poeta sarcinosior nostro. Infestare
 regionem.] Subintelligendum extrinsecus, narrabant, &
 admonebant, uel aliquid simile. Infestare autem dixit le-
 dere, uexare, quasi infestam & hostilem reddere, & (ut
 utar uerbo Horatiano) inimicare. Columella: Oues sca-
 bie infestantur. Vesana fame.] Epitheton famis opti-
 mum, & ex præoptuario Virgiliano depromptū. sic enim
 in 10. Æneidos scriptū est: Suadet enim uesana fames.
 Rabidos.] Virg. Inde lupi ceu Raptores atra in nebula, quos
 improba uentris Exegit cæcos rabies. Pecudū.] Exitū
 quod lupi pecudibus inertibus inferre naturaliter solent,
 id iam hominibus minitabantur. lupos autē quosdam car-
 nibus humanis uesci solitos, multi nouere: & indicat Plin-
 ius. Ob iter illud.] per iter illud, in itinere illo. A-
 liās obiter aduerbium est, & significat in transcurso, tran-
 seunter, & similia. Iacere semesa.] scilicet narrabant,
 prædicabāt. Candere.] albicare, & candida esse. can-
 dere enim significat candidum esse. Aliās candere est ar-
 descere, & ignitum esse. M. Tul. Candenti carbone adu-

rebat capillum. Sole florido.] fulgente, radiofo, adolescente. Translatio à floribus. Adollescencia (ut inquit Boet.) est flos ætatis. id ab arboribus dictum, quarum fructus flores antecedunt. Repigratur impetus.] torpescit, hebetatur, detinetur. pigrare enim & properare inter se opponuntur. Accius in Chrysippo : Melius pigrasse quam properasse nefas. impetus autem luporum & dirarum bestiarum ipso solis lumine torpescere & languens fieri creditur, cum noctu crudefeat & excitetur. Cato scribit, canes interdum clausos esse oportere, ut noctu uigilantiores sint, & acriores. Laciniatim disperso.] Sensus est : Cõmoniti sumus, ut stipati densatiq; instar cunei, non autem dispersi dispalatiq; per lacinias particulasq;, transiremus loca periculosa. Commeatus hoc in loco significatur itio multitudinis simul euntis, qui dicitur dispersus laciniatim, quando per lacinias, hoc est per membra & partes diducitur. Columella in 8. Cum dehinc grex ad locum fuerit perductus, in lacinias colonis distribuatur. ubi laciniæ accipiuntur pro particulis, et quasi frustis gregis ouiarum discretis, & per diuersa loca distributis: quæ res conducit ualitudini pecoris. Sicut autem lacinia segregatur, dispergiturq;: ita cuneus stipatur, conglobaturq;: de cuius forma & significatu suo loco diximus copiose. De lacinia quoque ueste affatim in superioribus. Græci *νεῖον* uocant. Unde sinus à Plinio *craspedites* dictus, quoniam oppidum id uelut in lacinia erat. Ecce festinationis.] Purior lectio est, si legis *Cæca*. Nam bono epitheto festinatio *cæca* nominatur, cum ferè semper improuida sit, & cæcutiens: quam præposteram Cyprianus appellat, quam *Liuus* inimicam consilij esse tradit. & sanè multi festina-

tione periclitantur: e contrario cunctatio nomen est uirtutis, quo bono censentur probi imperatores. Incertæ insecutionis.] Expressit morem fugitiuorum, qui semper existimant à tergo insecutores adesse, & metu insecutionis quæ incerta est, sæpenumero in exitiū certū præcipitantur. multi enim metu mortis ruunt in mortem: & dum effugere perniciem satagunt, in eam delabuntur. Nam ferme sciendo fatum, in media fata ruitur. Tertiā uigiliam.] Post exactam noctem mediam, incipit tertia uigilia. De nocturnis uigijs, satis ac super in primo Commentario.

Tunc ego metu prædicti periculi, quantum poteram, turbæ medius, & inter cõferta iumenta latenter absconditus, clunibus meis ab aggressiõibus ferinis consulebam: iamq; me cursu celeri cæteros equos antecellentem mirabantur omnes. Sed illa pernicitas non erat alacritatis meæ, sed formidinis indicatiū. Deniq; mecum ipse reputabam, Pegasus inclitum illum metu magis uolaticum fuisse, ac per hoc meritò pennatum proditum, dum in altum & ad usq; cælum subsilit ac resultat, formidans scilicet igniferæ morsum Chimæræ.

Prædicti periculi.] Quod nobis castellani prædixerant, monentes ut à nocturna egressione cauere mus, ut luce clara constipati uia carperemus, ob luporū imminens periculum. Conserta.] constipata, conglobata, condensata. Ab aggressiõibus ferinis.] Ne scilicet lupine aggressiones & impetus meos clunes inuaderet, insilirentq;

insilirentq̄. ferae enim & truculentiores bestiae agredi solent & impetere à tergo, à clunibus, mitiora inertiaq̄, animas lia. Clunes autem dici posteriores partes, nemo est qui nesciat. Masculino & foeminino genere clunis usurpatur. Praefecti popinarum aues atq̄ alulia à cluniculis tantum probant, asserentes eos palatium non habere, qui edunt superiore partem auium atque altissimum. excipitur sola ficedula, quam totam aiunt comesse oportere. À clunibus, clunici dici uidentur, ea parte morboſi & languentes. Diuus

Nam & illi pastores qui nos agebant, in speciem praelij manus obarmauerat. hic lancea, ille uenabulum, alius gerebat spicula, fustem alius: sed & saxa, quae salebroſa semita largiter subministrabat. erant qui fustes praecuras attollerent: pleriq̄ tamen ardentibus facibus proterrebant feras. nec quicquam praeter unicam tubam deſerat, quin acies esset pralearis. Sed ne quicquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti, longe peiores inhaesimus laqueos. Nam lupi forsitan confertae iuuentutis strepitu, uel certe nimia luce flammarum deterriti, uel etiam aliosum grassantes, nulli circa nos aditum tulere, ac ne procul saltem ulli comparuerant. uillae uero (quam forte tunc praeteribamus) coloni multitudinem nostram latrones rati, satis agentes rerum suarum, eximieq̄ trepidi, canes rabidos & immanes, & quibusuis lupis & urſis fauiores, quos ad tutelae praesidia curiose fuerant alumnati, iubilant.

subilationibus solitis & huiusmodi uocibus nobis inhorantur. qui præter genuinam ferocitatem tumultu suorum exasperati, circa nos ruunt, & undique laterum circumfusi passim insiliunt, & sine ullo delectu iumenta simul & homines lacerant: diuque grassati, plerosque prosternunt. Cerneret non tam Hercules memorandum, quam miserandum etiam spectaculum, canes copiosos ardentibus animis, alios fugientes arripere, alios stantibus inhærere, quosdam iacentes inscindere, & per omnem nostrum comitatum morsibus ambulare.

Euangelio noui. & ita uidetur Cyprianus accipere clunicum, pro paralytico illo debili in lecto iacente, cuius mentio in Euangelio memoratissima est. Hinc fit ut existimem, clunicum magis quam clanicum esse legendum, ut ita dicatur paralyticus in lecto cubans, qui Græcè dicitur κλινικός unde clinicus medicus, & clinice medicina nomen accepit. Sed cum in omnibus Cypriani Hieronymique codicibus clunicum legas, non clanicum, potes clunicum interpretari paralyticum & fideratum & languentem, ex eo quod infirmus clunibus in lecto cubet, cum pedibus nequeat insistere. apud Plin. lego, Clunicis medetur, in hoc significato:

Hieronymus in epitaphio Fabiolæ sic inquit: Quem nudum & paralyticum & clunicum non Fabiolæ uestimenta texerunt? Cyprianus tradit, à quibusdam clunicos uocari eos, qui saluari aqua & fide legitima Christi gratiam consecuti sint. Unde autem hoc nomen assumant, non inuenire se testatur. Ego, inquit, clunicum de

quantiſ quidam corrigant clinicis, eodem tamen ſenſu, ut ad ægrotos referatur. Pernicitas.] In hanc ſententiam eſt illud Maronis: Pedibus timor addidit alas. apud Curtium optimo epitheto metus ſtrenuus appellatur, quaſi ſtrenuitatis, hoc eſt pernicitatis uelocitatisq; magiſter. Volaticum fuiſſe.] Feſtiuiter ludens ait, pegafum nõ tam pinnatum prodi, ex eo quòd alas haberet, quam quòd ex metu chimera factus ſit uolaticus. timor enim alatos facit, & pernicies. De Pegafõ pinnato, alato, uolatico equo, ſuprà diximus. Illud adde, quod Fulgentius lib. 3. Mythologiã Pegafum interpretatur, quaſi pegafeon, id eſt, fontem æternum: bellorophonta uerò quaſi βουλοφειρα, quod nos latine ſapientia conſiliatorem dicere poſſumus. ſapientia autem bonæ conſolationis æternus fons eſt. Ideo pennatũ Pegafum figurari, quia uniuersam mundi naturam celeri cogitationum theoria illuſtrat. ideo & Muſarum fontem ungula ſua rupiſſe; quoniã ſapientia dat Muſis fontẽ. Ob hanc rem etiam e ſanguine Gorgonio naſci. Gorgon enim pro tempore ponitur. Hæc Fulgentij interpreta- menta neque affirmare, neq; reſellere in animo eſt. Vnum illud non præteribo, Fulgentium mihi uideri, inter proletarios mi- nutosq; ſcriptores magis quàm inter claſſicos enumeran- dum. Sed cum nullus tam malus ſit liber, qui non aliqua ex parte prodeſſe poſſit, omnia legenda cenſemus, & qua bona ſunt excerpenda. Faciamus quod Virgilius feciſſe legi- tur, qui aurum ſe colligere dicebat ex ſtercore Enniano; faciamus quod apicula, quæ ex prato florulento paucos decerpunt flores ad mellificium, cæteris præteritis. Non probo in Fulgentio characterem, utpote affectatũ nimis, & ob id putidulum: non probo eruditionem perinde atq; parum

parum cōducibilem, parumq; apud eruditos plausibilem: quædam tamen in eo sunt uel ob hoc legenda, ut agnoscantur: quædam non tam uera, quàm festiua. laudo scriptoris ingenium, qui pro uirili parte contendit uelamenta fabularum reuolare, & arcana mysteriorum poeticorum referre. Cæterum cum meum sit, nulli neq; prisorum neq; recentiorum detrabere, si genuino dente cuiquam nunc fortasse uideor mordere Fulgentium, ille sciat, me scriptoris illius uolumina, cuius nonnunquam utor testimonio, excutere nolle de manibus adolescentium: sed ostendere uelle, alios esse potiores, in quorum lectione uultus opera infusimi possit: cum Fulgentius unus sit ex his auctoribus, qui à limine tantum sunt salutandi. Ignifera chimæra.] Fulgentius chimæram quasi *κνυμῆ, κνυμῆ*, id est, amoris fluctuationem interpretatur. ideoq; tricipitem pingi, quia amoris tres modi sunt: hoc est, incipere, perficere, finire, primam partem leonis, quia amor nouiter ueniens ut leo feraciter inuadit. at uerò capra, quæ in medio pingitur, perfectio libidinis significatur, quòd huius generis animal sit in libidinem ualde procliuum. draco autem postremam partem obtinet, quia post perfectionem subsequitur uultus penitentiae, uenenumq; peccati. Chimæram poetæ ita describunt: Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra. Historici chimæram tradunt esse montem in Lycia flagrantem, & quidem diebus ac noctibus immortalis flamma: hinc optimo epitheto ignifera est nuncupata. & Niros cunctis flammis armata chimæra. In cacumine chimæra erant leones, in medio pascua caprearum, ima montis serpentibus plena. Bellorophontes hunc montem excoluisse ferunt, habitabilem q; fecisse: unde dictus chimæra occidisse.

Subsilit.] sursum salit. Suprà annotauimus ex Higini auro
 Etoritate, Pegasus ad cœlum subuolasse, & mox inter sis-
 dera à Ioue constitutum. Spicula.] Tela sunt missilia,
 quæ & pila nominantur, de quibus Vegetius hæc scribitis
 Item bina missilia, unum maius sero triangulo unciarum
 nouem: hæcile pedum quinque; & semis, quod pilum uoca-
 bant, nunc spiculum dicitur, ad cuius ictum exercebantur
 præcipuè milites, quòd arte & uirtute directum, scutatos
 pedites & loricatedos equites sæpe transuerberat. hæte-
 nus Vegetius. Ab hoc genere telorum spiculatores dicti,
 qui cum spiculis præsto sunt principibus, eorumq; corpo-
 ra tutantur. Cor. Tac. Obuius in palatio Iulius Atticus spic-
 ulator, cruentum gladium ostentans, occisum à se Ottho-
 nem exclamauit. Mendum inoleuit in codicibus Taciti im-
 pressis. nam pro spiculator, passim legitur speculator. mi-
 nutulus quidem unius literæ error, sed sensum intellectuq;
 conturbans. Aliàs spicula dicuntur cuspides sagittarum. in
 apibus quoq; aculeos uocant spicula Virg. & Columella:
 inde uerbum Plinianum spiculare, quòd significat exacue-
 re, & instar spiculi acuminare. in u. ait, Telum uerò pro
 fodiendo tergori, quo spiculauit ingenio. Salubrosa.]
 aspredine saxorum & salebris referta. Semita.] M.
 Varro semitam interpretatur, quasi semiter. angusta enina
 est. Præter tubam.] quæ scilicet bellum caneret, face-
 retq; illud Maronianum: At tuba terribilem sonitum pro-
 cul ære canoro increpuit. Sudes.] Maro: Sudibusue
 præustis. tela sunt paganorum, ut notum sat est. Metapho-
 ricos dixit Satyricus: Cernis erectas in terga sudes. Ne-
 quisquam.] Corrige, nequicquam. Græci τὸ αὐτὸ uocant,
 quâdo idem bis dicitur. iunctum enim posuit Nequicquam

& frustra: sicut etiam Ergo igitur copulat. namq; hæc re-
 petitio dictionum idem significantium ornat identidem oo-
 rationem, ut ostendit Gellius in 12. Attamen apud Aristos-
 phanem facetissimum comicorum, Euripides & Schylum
 insectatur. quod idem bis dicat *ἦτοι ἦγε κατέρχομαι*. utrunq;
 enim significat uenio: sicut *μάρτυρα ἦγε κατέδοντες* duo uer-
 ba sunt idem significantia, hoc est arcam panariã. *Ti-
 more perfuncti.*] *Archaismos:* ueteres enim dixerunt fun-
 gi hanc rem, & illa re. Suetonius: Senatoria munera fun-
 gerentur. sic & Potiri cum accusatiuo quoque iunxerunt.
Terent. Patria potitur commoda. *Inbasimus laqueos.*]
Translatio à feris, quæ laqueis inbarentes capiuntur.
Aliorsum grassantes.] in alia parte sauentes, *ἰφρέντες-*
que. *Aditum tulere,*] ad nos non accessere. *Compæ-*
ruerant.] *uisi fuerant.* *Rati.*] existimantes esse ma-
 num latrocinalem. *Satis agentes rerum suarum.*]
anxi, curiosi, *discursantes* in rebus suis *obeundis.* *satage-*
re est festinare, *distringi,* *discursare* in actione rerum sua-
 rum: iungitur cum genitiuo. *Terentius:* Is quoque sua-
 rum rerum satagit. *Domicius Afer* uenuste *Manlium Su-*
ram multum in agendo *discursantem,* *salientem,* *ma-*
nus isctantem, non agere dixit, sed *satagere.* *Quibus-*
uis.] *qualibuscunque.* *Ad tutela prasidia.*] *Canes uil-*
laticos & pastores signat, qui uillam & pecora cus-
 todiant, qui iniurias hominum ferarumq; propellunt.
Fuerant alumniati.] *aluerant,* *educauerant,* *nutricauo-*
rant. *Alumnari enim alere est.* & *enutrire.* *iubila-*
tionibus.] *Vt quiritare urbanorum est,* sic *iubilare* rusti-
 corum: auctor *M. Varro.* Hinc *iubilationes & iubila* di-
 cuntur *inclamationes,* & *uoces rusticorũ.* *Calphurnius in*

Bucolicis: Et tua merentes expectent iubila tauri. Ecclesia
 stici scriptores cum uulgo concinunt, à quo iubilare acci-
 pitur pro exultare, & uoce gaudium ostentare. quod Psal-
 mographus prophetes in psalmis Græcè habet, ἀλαλάξαι
 τὴν κὴν κυρίου, id nostri interpretati sunt, iubilate Domino.

Nobis inhortantur.] In nos hortantur, & concitanti ar-
 chaismos est. Genuinã,] ingenitã, natuã, peculiarem.
 Vndiq; laterũ.] ab omni latere, ab omni parte: figurata lo-
 cutio est, sicut ubiq; gentiũ, ubiq; uoluminũ, pro in omnib.
 uoluminibus. Inscindere.] discindere, dilacerare, diuele-
 lere. Quidam codices habent Inscendere, ut dicat: canes
 supra iacentes homines inscendisse, insilyssq;. Com-
 meatum.] turba uiatoria. à commeando commeatum ele-
 ganter appellat: aliàs commeatus pro annona, aliàs pro
 temporario abscessu accipitur.

Rustica.] E-
 mendo rusticiani:
 alioqui sensus con-
 funditur, & stru-
 ctura solæcismo
 claudicat. Co-
 minus.] propè:
 Eminus, löge: ad-
 uerbia sunt con-
 trario significa-
 tu. Lucan. Comi-
 nus obliquis, & re-
 ctis eminus hastis.
 Vnus.] scilicet la-
 pi. Suppetias

Ecce tanto periculo malum
 maius insequitur. De summis
 enim tectis, ac de proximo col-
 le, rusticani illi saxa super nos
 raptim deuoluũt, ut discernes-
 re prorsus nequiremus, quam
 potissimũ caueremus cladem,
 comminus canum, an eminus
 lapidum: quorum quidem u-
 nus mulierem, quæ meum dor-
 sum residebat, repentè percus-
 sit: quo dolore cõmota, statim
 fletu cum clamore sublato, ma-
 ritum suum pastorem illũ sup-
 petiatum

petiatū ciet. At ille domini fidem clamitans, & cruorem uxoris ab steruens, altius quiritabat: Quid miseros homines, & laboriosos uiatores, tam crudelibus animis inuaditis, ac perterritis, atq; obruitis? quas p̄edas munitis? quæ dāna uindictis? at non speluncas ferarum, uel cautes incolitis barbarorum, ut humano sanguine profuso gaudeatis. Vix hæc dicta, & statim lapidum congestus cessauit imber, & infestorum canum reuocata conquieuit procella. Vnus illinc deniq; de summo cupressus cacumine: At nos, inquit, non uestrorum spoliolum cupidine latrocina mur, sed hæc ipsam cladem de uestris protelamus manibus: iam deniq; pace tranquilla securi potestis incedere. Sic ille. Sed nos plurifariam uulnerati, reliquam uiam capessimus, alius lapidis, alius morfus uulnera referentes, uniuersi tamen saucij.

siferationes denotantur. Quod.] Lege, quid. hæc est enim

]auxiliatum inelamat, & ut sibi periculati orem ferat implorat. Domini fidem.] Terstorle Etio est, Deum fidem, pro deorum: usitata enim exclamatio est, ut deorum fidem, hoc est auxiliū imploramus. *Quiritabat.]* altiore uoce clamitabat. Verbum tractum ab his qui Quiritas inuocant, de quo ante dictum est. Quiritare autem cum sit urbanorum, iubilare rusticorum, uidetur *anūps & impro* prie quiritare potuisse pro iubilare. hic enim agitur de rusticis, & rusticorum uo-

nim pastoris illius, cuius uxor saxo icta fuerat, uociferatio, per interrogationem miserationemque deprompta. Perteritis.] conteritis, conculcatis. uerba sunt similiter desinentia, per figuram quae Graece dicitur ἐπιωρίδουτον.

At non speluncas.] Homerus, signare uolens Achillem aenimo ferino & inhumana crudelitate praeditum esse, sic refert, γλαυκὸν δὲ οὐ τῆσι δάλασσα, ὠτρυνε τρυβέτασι, ὅτι τρεῖς ἴσθ' ἀπ' ἰωῆς. id est, ceruleum mare te genuit, acrisque rupes, quoniam tibi mens est ferox & immitis. iudem Macro noster partitionem nutritionemque feram & saeuam criminatus est, apud quem sic loquitur Dido: Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanisque admorant ubera tygres. Dicta.] scilicet sunt. Lapidum hymbes.] Sic Virgi. Tempestas telorum et ferreus ingruit humber. à Solino quoque dictum est nimia affectione, compluti nauis hymbes saxatili. Figurata poetarum locutio est (ut docet Laetantius) qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumque describunt. Procella.] impetus canum grassantium, & uis, nomine procellae furentis eleganter exprimitur, per translationem decentissimam: sic & à Liuiio dicitur procella equestris. Cupressus.] Nomen est aliquando secundi, aliquando quarti ordinis. Plin. auctor est, cupressum Diti, hoc est, Plutoni sacram esse, & ideo funebri signo ad domos poni solitam: unde cupressi genus metam uocant, à similitudine, quae in fastigium conuoluta, aspectu metae spectabilis est. Ennius, regula grammatices posthabita, rectos cupressos dicere maluit, quam rectas, quod ita uiridior carminis sonus, & uocalior est uersus. Cupidine.] cupiditate. ab Horatio cupido masculinogenere ponitur, pro cupiditate, cum ait, Cupido sordidus aufert:

aufert. item in Sermonibus: At bona pars hominum decem
 pta cupidine falso. Protelamus.] propulsansus, & lon-
 ge propellimus: ne scilicet uos de nobis spolia auferatis. Te-
 rent. in Phormione: Ne te iratus suis saeuis dictis protelet.
 exponit Donatus protelet, protrahat, praueuiat, exagie-
 tet. Festus Pompeius: Protelare, inquit, est longè propelle-
 re: ex Graeco uidelicet τράβη, quod significat longè. aliq-
 à telorum iactu dici autumant. Protelare est prolongare.
 in Deuteronomio scriptum est, Protelentur dies uestri: id
 est, prolongentur. Nonius plures significatus huius uer-
 bi explicat. Protelum dicitur à Lucret. tenor, illo uer-
 su, Undiq; protelo plagarum continuato: hoc est, tenore.
 Plurifaria.] pluribus uerbis, & per diuersa corporum
 membra in fluctis.

Aliquanto deniq; uia per-
 menso spacio, peruenimus ad
 nemus quoddam proceris ar-
 boribus consitum, & patenti-
 bus uiretis amœnum, ubi pla-
 cuit illis ductorib. nostris pau-
 lulum cõquiescere, corporaq;
 sua diuerse laniata sedulo recu-
 rare. Ergo passim prostrati so-
 lo, primùm fatigatos animos
 recuperare, ac dehinc unleri-
 bus medelas uarias adhibere
 festinant: hic cruorem præter-
 fluentis aquæ rore diluere, ille
 spongijs macidatis tumores

Proceris.] al-
 tis, & procerita-
 te sublimibus. in
 India (ut inquit
 Plin.) tanta arbo-
 nū proceritas est,
 ut sagittarum iac-
 tu nequeant su-
 perari. Uiretis.]
 Vireta dicitur lo-
 ca uirentia, & ui-
 riditatis aspectu
 iucunda. Virg. Deo-
 uenère locos letos.
 & amœna uireta
 Fortunatorū ne-
 morum.

morū, sedesq; bea-
 tus. ubi exponit
 Seruius, uireta
 pro uirētia. Amæ-
 na autem dici au-
 tumat, quæ solum
 amorem præstat:
 uel quasi amonia,
 hoc est sine frus-
 ctu. Sedulo.]
 Instanter ac dili-
 genter: aduerbiū
 est, quasi sine do-
 lo dictum, ut Do-
 natus docet. A-
 quæ rore dilue-
 re.] aquis quasi
 roratis ablucere.
 Virg. Mezentium
 uulneratum indu-
 cit, uulnus aquis
 abluente, his uer-
 sibus ex 11. Ænei-
 dos: Interea geni-
 tor Tyberini ad
 fluminis undā Vul-
 nera siccabat lym-
 phis, corpusq; la-
 uabat. item in duo
 decimo, de uulne-

cōprimere, alius fasciis hiant
 tes uincire plagas. ad istū mo-
 dum saluti suæ quisque consu-
 lebat. Interea quidam senex de
 summo colle prospectat, quē
 circum capellæ pascentes, opi-
 liones esse profectō clamabāt.
 Eum rogauit unus ē nostris, ha-
 beret ne uenui lacte, uel adhuc
 liquidum, uel in caseum recen-
 tem inchoatum? At ille diu ca-
 pite quassanti, Vos autem (in-
 quit) de cibo uel poculo, uel
 omnino ulla refectione nunc
 cogitatis? an nulli scitis, quo
 loco confederitis? & cum dis-
 cto, conductis ouiculis, con-
 uersus longē recessit. quæ uox
 eius & fuga pastoribus nostris
 non mediocrem pauorem in-
 cussit. Ac dum perterriti, de lo-
 ci qualitate sciscitari gestiunt,
 nec est qui doceat, senex alius,
 magnus ille quidem, grauatus
 annis, totus in baculum pro-
 nus, & lassum trahens uesti-
 gium, ubertim lacrymans, per
 uiam proximat: uisisq; nobis,
 cum fletu maximo singulorū
 iuuenum genua contingens,
 sic ado-

fic adorabat: Per fortunas, ue-
strosq; genios, sic ad meæ sene-
ctutis spacia ualidi letiq; uenia-
tis, decepto seni subsistite, me-
umq; paruulum ab inferis ere-
prum canis meis reddite. Ne-
pos namq; meus, & itineris hu-
ius suauis comes, dum fortè
passerem incantantem spiculæ
consecratur arripere, delapsus
in proximam foueam, quæ fru-
tibus imis subpatet, in extre-
mo iam uitæ consistit pericu-
lo: quippe cum de fletu ac uo-
cè ipsius auxilium sibi sæpicu-
le clamitantis, uinere illum qui-
dem sentiam, sed per corporis
(ut uidetis) mei defectam uali-
tudinem opitulari nequeā. At
uobis ætatis & roboris bene-
ficio facile est suppetiari misera-
rimo seni, puerumq; illum no-
uissimum successione meæ at-
que unicam stirpem sospitem
mihi facere. Sic deprecantis,
suamq; caniciem distrahentis,
omnes quidem miseretur: sed
unus præ cæteris & animo for-
tior, & ætate iuuenior, & cor-
pore ualidior, quiq; solus præ-

rato Æneæ loquens
inquit: Fovit eā
uulnus Lympha lō-
gæuus Iapis. Silus
quoq; ex Maro-
niana emulatio-
ne sic scribit in 5.
Punicorum: Mula-
cebat Lympha pur-
gatum sanguine
uulnus. Scribunt
physici, fluxū san-
guinis, aquæ frigo-
re contineri ac sic
stī. Macidatis. J
liquoris infusione
madentibus. uocā-
bulum infrequēs,
minimeq; protris-
tum. Plin. in 32. re-
fert, uulnera &
fracturas spōgys
uilibissime foueri;
quæ uulnerū in-
flammationib. im-
ponūtur, nunc sic-
cæ, nunc ex aceto
insperse: nunc ex
uino, nūc ex aqua
frigida, ex aqua
pp uerè

uero cœlesti posita, secta recentia non patiuntur intumescere. Cū macor pro macie apud prisceos accipitur, quidā macidatas spongiarū interpretati sunt, quasi aqua expressa siccata: quales imponuntur his morbis, quos uaporari oporteat. Ego secus existimo: ut scilicet macidatæ dicantur, quasi madidatæ: hoc est, madore & humoris infusione perfusæ ac madidæ. Spongia enim (ut docet Celsus) quocunque modo imposta est, dum madet, prodest. Plagas hiantes, & uulneris magnitudine a-

ter alios incolumis prælium superius euaserat, exurgit altè alacer, & percontatus quo nam loci puer ille cecidisset, monstrantem digito non longè frutices horridos senem illum impigrè comitatur. ac dum pabulo nostro, suarūq; cura refecti, farcinulis quisq; sumptis suis uicapeissent, clamore primo nominatim cientes illum iuuenē frequenter inclamant: mox horra diutina commoti, mittunt e suis accersitorem unum, qui requisitum comitem tempestiuguiæ commonefactum reducere ret. At ille modicum commoratus, refert sese, buxantiq; pallore trepidus, mira super conseruo suo renunciat. conspicatum se quippe, supinato illi, & iam ex maxima parte consumpto, immanem draconē mandentem insistere, nec usquam miserimum senem comparere illum. Qua re cognita, & cū pastoris sermone collata, qui eum prorsus hunc illū, nec aliū locorum inquilinum præmittebatur, pestilenti deserta regione,

gione, uelociori se fuga proripiant: nosq; pellunt, crebris tudentes fustibus, celerrimè.

pertus, laxasq;

Cor. Cel. in 5. Si

uulnus biat, in-

quit. Fascioli

uincere.] Cor. Celsus: Fascia ad uulnus deligandum line-
tea aptissima est, eaque lata esse debet, ut semel iniecta
non uulnus tantum, sed paulum utrinq; etiam oras eius
comprehendat. & mox paulo: Sic fascia deliganda est, ut
& contineat, neque astringat. quod non continetur, elab-
bitur: quod nimis astrictum est, cancro periclitatur. hieme
sepius fascia circuire debet, æstate quotiens necesse est.
Marcianus fascias uocat, quas alij zonas siue plagas, in
quis orbis terræ discernitur. Fasciatim aduerbium est,
quod significat per fascias. Opilionem esse.] Ut boues
circa pastorem pascētes indicant illum esse bubsequam si-
ue bubulcum, ut equi equisionem: ita capellæ & oues de-
monstrant, & quasi clamant, eum esse opilionem, cuius
disciplina pascūtur. Veni lacte.] id est, haberet ne lac
uenale. Lacte autem positum est pro lac, secundū priscorū
declinationem, qui hoc lacte dicebant: ut refert Priscia-
nus. Mox placuit per apocopen lac proferre. Plaut. in Me-
nechmis: Nec aqua aquæ, nec lacte lacti crede mihi usquā
similius quàm hic tui est. Inchoatum.] Nitidior scia-
tiorq; lectio est inchoatum, à cogendo scilicet: ut exponas
cōcretum, coagulatumq;. etenim cogitur coagulaturq; lac
ad caseum figurandum. Dixit Maro, Et pressi copia lactis:
intelligi uolens caseum, quem dicimus manu pressum, cuius
Columella mentionem facit in 8. In primo commentario
enodatus est Ciceronis nodus, de tyrotarichi patina: quod
genus obsonij esse diximus, ex caseo salsamentisq; confe-

Etum. Illud adde, patellam tyrotaricham ab Apitio celebrari inter edulia ganeata, quam ex quocunq; salso coquēdam cam oleo esse dicens inquit: Exossabis & cerebella & pulpas piscium, iecuscula pullorum, caseum mollē ex caldatum, hæc omnia calefacies in patella: teres piper, ligusticum, ad lentum ignem coques: ouis crudis obligabis: cuminum minutum asperges, & inferes. Notandum, nō esse iunctim legendum in his Apitij uerbis, piper ligusticū, ut male literati legunt: sed seiunctim & seorsum. est enim ligusticum herba hortensis in genere condimentario, à Liguria dictū, ubi nascitur. Duplex est, siluestre & satiuū: quod & suauius est, sed sine uiribus: Panacem aliqui uocant. in Liguria sua montibus seritur, auctor Plin. Ligustici in hoc significato frequens mentio apud Apitiū. Capite quassanti.] Virg. Ille caput quassans, Non me tua feruida terrent Dicta ferox. Refectione.] Corporū stirorum refectione est cibus, potus, lauacrum, aliaq; hoc genus fomenta. Nulli scitis.] id est, non scitis. nulli enim positum est pro non: ut, Nullus sum, locutio ueteribus usitata. Nullus sum (ut exponit Donatus in Hecyræ commentario) plus est quam perij: quia cum aliquis Perijt, uel relinquitur, uel cadauer est. Cum dicto.] cum sine sermone, cum uerba illa dixisset, continuo abscebit. Sciscitari gestiunt.] inquirere cupiunt. Senex alius.] Magica significantur hoc in loco trāsfigurationes atq; præstigiæ, ne ab argumento propositoq; huiusce uoluminis recedat. Totum enim hoc opus non aliunde constat, quam ex magica arte, namq; senex hic paulo mox in draconem reformatur, uorabit pastorem. Magnus.] uel magno natu. seu ex uel ad magnitudinem corporis est referendum: uel quod

quòd primatum tenere uidebatur inter pastores: sic & longus dicitur summatus & opulentus. Grauatus annis.] A Plauto grauastellus dicitur, pro grauatus annis, uocabulo perquam eleganti, à grauitate annorum inclinato. sic enim ait in Epidico: Sed quis est hæc muliercula, & ille grauastellus qui uenit? Sunt tamen Plautini codices, in quibus non grauastellus legas, sed rauastellus. & ita legit Festus Pompeius, exponens rauastellos dici homines rai coloris. est autem raius color, inter flauum & castium. sic ab Horatio raua lupa dicitur: sic rauilla, à raius oculis appellata. Raium uerò dicebant pro raucitate. Plautus: Si quid poscas, ad raium poscamus prius quam quicquam detur. In baculum pronus.] Calphurnius in Bucolicis: Baculum premat incuruata senectus. Ferula cum inter frutices leuissima sit, facilem baculorum usum senectuti præbet: auctor Plinius. Lassum uestigium.] Senile: hoc est, ut lassum lentumque gradum trabant senes. Plinius enumerans senectutis incommoda: Præmoritur, inquit, uisus, auditus, incessus. apud Plautum in mercatore, Anus commonita uis iret ocius: Nequeo, inquit, mecastor: tantum est hoc oneris quod fero. quod oneris? annos octoginta & quatuor. Vbertim.] abundanter & large. aduerbiū est, cuius supra mentio quoque fit. Genua cōtingens.] Merito genua cōtingi dixit, quæ supplices attingit, ad quæ manus tendunt & ut aras adorant, quæ misericordie consecrauit antiquitas. Per fortunas.] Obsecratio est per ea quæ nobis carissima sunt, uidelicet per diuitias, & genium, qui animus uniuscuiusque intelligitur. De genijs & genialibus abunde suo loco dictum est, per geniū imperatoris (ut scribit Tertullianus in apologetico) deierabāi honoris causa.

Decepto.] Videtur legendum Decrepius, ut sit patibos ab
 etate senili, quæ inualida atq; imbecilla est, indigaq; a-
 lienæ opis. Decrepti dicuntur senes, quasi clamosi, à crepi-
 tu, nam crepare sonare est. clamosos autem & querulos
 esse senes, nullus est qui nesciat. Alij interpretantur, dici
 quasi in dubio uitæ constitutos, à crepero, quo significatur
 anceps & dubium, unde & crepusculum dictum lux du-
 bia: & Crepusci homines nominati, qui eo tempore erant
 nati: ut Lucy, qui prima luce. Subsistite.] succurris-
 te, opitulamini. Itidem in x inquit: Tu meis iam nunc ex-
 tremis crumnis subsiste. Canis.] mihi canescenti, &
 ob senium canicie capillorum albicanti. Passerem in-
 cantantem.] modò canentem: aliàs, incantamenta fa-
 cientem. Subpatet.] modicè patet, & subter fructi-
 bus conuelata contegitur. Sæpiculè.] sæpe: aduerbium
 est formæ diminutiæ. dicitur & sæpiuscule. Defe-
 ctam.] exhaustam, debilitatam, imbecillam. defectu enim
 sunt senes uiribus & robore. Suppetiari.] auxiliari,
 & ferre suppetias. Successionis meæ.] Solet filius pa-
 tri, uel nepos auo proxima successione succedere: & opta-
 bile est, ac propè uotum unicuique seni auo, nepos hæres. hoc
 autem totum commenticium est, quod ab sene de nepote in
 foueam delapso explicatur: sed ideo fingitur, ut in pernitiè
 trahat, præcipitetq; pastores. Caniciem distrabentis.]
 In luctu & mœrore lugentibus mœrentibusq; hoc peculia-
 re est, ut caniciem distrabant, comamq; diuellant: quod &
 antè annotauimus. Iuuenior.] Antiqui usurpât iuuenior
 pro iunior. Calphurnius: Sum quoq; iuuenior. Columella
 de apibus loquens in x. Illi quidem incommodo, quod iu-
 ueniori examini solet accidere. Superius.] Quo scilicet
 cet cæo

set canes concitati plerosque lacerauerant, prostrauerantq;. Percontatus.] sciscitatus, exquirens: si per o scribitur percontatus, à conto pertica exploratoria, quo nauitate utuntur ad loca exquirenda nauibus opportuna: si uerò percunctatus, ab eo quòd à cunctis perquiratur, dicitur. Digito.] Indicem digitum intelligere debemus, quo utimur in rebus demonstrandis: quem & salutarem uocant. cuius apud Suetonium facta est mentio, quo Crassus plurimum pollebat in actione forensi. Impigrè.] strenuè, uelociter. Refecti.] refocillati, recreati. Cientes.] uocantes, inclamantes. Iuuenem.] qui scilicet senem impigrè erat comitatus. Hora diutina.] cum diutius desideraretur, nec usquam compareret. Accersitorem.] euocatorem, qui accersat, reuocet & reducat iuuenem perditum. Accersitores dicuntur uocatores, ab accersendo. Aduersitores sunt serui, qui eunt aduersum dominis coenantibus foris: ab aduersum cundo deductum nomen. apud Paut. in Mostellaria, ubi inducitur aduersitor, significatur hic seruus, cuius peculiare ministerium est ire ad herum foris coenantè, & eum domũ reducere ac comitari. Aduersitoris Plautini uerba hæc sunt: Etiam ne aperis? Callidamẽũ nostro aduersum uenimus. Terent. in Adelphis: Neq; seruulorũ quisquam qui aduersum ierant. Commentator Terentianus ait, propriè loquutum Terentiũ esse, dicendo aduersum. nam inde, inquit, aduersitores dicuntur. Mendosi sunt codices Donati, in quibus pro aduersitores, perperã legitur aduersatores. Buxanti pallore.] Pallorem buxantem accipe pro pallore maximo, buxantiq; coloris. nam quod pallidissimũ dicere uolumus, id buxo comparamus: qua arbore nihil serè pallidius est.

In Priapejs: Buxo pallidior, noua q̄; cera. Cur autem homi-
nes in metu palleſcāt, cauſa traditur ab Ariſtotele in pro-
blematīs: ὅτι ἰσὺν φόβου μείωσις τῆ ἀίμας οὐώσις αἰς τὸν καρδίαν,
ὡς ἰνὰ δάπαν ἢ τῶν ἄλλων μερῶν. Quoniam, inquit, metū
tibus ſanguis cōtrahitur ad cor, ita ut cæteris partibus de-
fiat. Cæterum adhuc quæri poteſt, quam ob cauſam timor
ſanguinem contrahat, qui pudore diffunditur. Supinato
illi.] reclinato, & iacenti. Cōparere illum.] apparere.
Cæcorum.] Codices manuſcripti habent Locorum: qua le-
ctio eſt mūdior. namq; opilio ille, de quo ſuprà facta men-
tio eſt, commoneſecerat, hæc loca eſſe uitanda, tanquam
exitialia; nimirum denotans, inquilinum locorum illorum
eſſe draconem hunc immanem, qui conſpectus fuerat man-
dens iuuenem paſtorem. & ita intelligimus ſenem illum
qui nuſſiam comparebat, reformatum eſſe in hunc draco-
nem magnis præſtigijs, abſumpſiſſe q̄; hominem. Nec
alium locorum inquilinum præmittebatur.] Aliàs, præmi-
nabatur. Noſq; pellunt.] iumenta intelligit.

Pagum.] iucū
ruſticanū ſignat.
dicitur autē à fon-
tibus, propterea
quod pagani eadē
aqua & eodem
fonte utātur. aquæ
enim & fontes
lingua Dorica ap-
pellantur πῶγι.
à pago, pagani ru-
ſtici dicti. Lex pa-

Deniq; longo itinere confe-
cto, pagum quendam accedi-
mus, ibiq; totā perquieſcimus
noctem: mihi cœptū facinus,
oppidō memorabile, narrare
cupio. Seruus quidam, cui cun-
ctam familiæ tutelā dominus
permiferat ſuus, quiq; poſſeſi-
onem illam maximā, in quam
diuerteramus, uillicabat, ha-
bens ex eodem famulitio con-
ſeruam

seruā coniugē, liberæ cuiusdā extrarięq; mulieris flagrabat cupidine. quo dolore pellicatus, uxor eius instric̄ta cūctas mariti rationes, & quicquid horreo reconditum cōtinebatur, admoto combussit igne. nec tali damno thori sui contumeliā uindicasse contenta, iam circa sua sæuiens uiscera, laqueum sibi nectit, infantulumq; quem de eodem marito iamdudum susceperat, eodem funiculo nectit: seq; in præaltissimum puteum, appendicem paruulum trahens, præcipitat. quam mortem dominus eorum ægerimē sustinens, arreptum seruulum eius, qui causam tanti sceleris luxurię suę præstitit erat, nudum, ac totum melle perlitū, firmiter alligauit arbori ficulneæ, cuius in ipso carioso stipite inhabitantium formicarum nidificia burriebant, & ultro citroq; commeabant multijugascaturigine. Quę simul dulcem ac mellitum corporis nitorem persentiscunt, paruis quidem, sed numerosis & continuis

gana dicitur à Plinio, quam rustici seruant. Mibi ceptum facinus.] Purior intellectus est, si legas, Inibi compertum facinus, ait enim, narrare se uelle facinus memorabile, quod inibi, id est in eo pago compertum exploratumq; habuit. Oppidō.] ualde. Seruus quidam.] Multum adiuuat legentes, dissimilitudo rerum quæsita per transitus, & in ipsa hystoria cōiunatione procurata uarietas, quæ in primis iucunda est, gratiāq; cōciliat scriptori, si moderata sit, & temperliua. Hac narratio-
ni uarietate, qui-

buldam quasi flo-
sculis exornat, ue-
nustatque Lucius
noster suum hoc
opus, ne lectores
morosa continua-
tae narrationis æ-
qualitate lasse-
fiant. Itaque e-

xempla interponit, fabellis inserit, & apud Græcos, id est, dis-
gressiones tempestiuiter adhibet: quorum nihil quidquam
in Luciano reperias. Familiae tutelam.] Signat seruum
maiores potentioresque, quales in magnis domibus erant
atrienses: qualis est Plautinus Saurea atriensis, in Asinaria.
Columellæ quoque nominabantur serui maiores, quasi co-
lumina & columnæ domus. Lucilius: Columella hic situs
Eutrophantes. Vbi columella accipitur pro seruo honora-
tore. hunc Lucilij uersum epigrammatibus suis intexit
apte & decenter epigrammatarius poeta, in quo expli-
cando fædè & inscite lapsi sunt commentatores. Quin e-
tiam columen familie, Plauto, Terentio & cæteris, dici-
tur seruus maior, cui tutela familie permittitur. hic pro-
priè uillicus significatur, qui familiam rusticam habet sub
sua tutela: quem dicit uillicare, hoc est, officio uillici colere
possessionem. uillicari enim est rusticari, agrum colere, &
uilla præesse. Pomponius: Longè ab urbe uillicari, quò he-
rus rarèter uenit in uillicari, sed dominari mea est senten-
tia. Ausonius: Philo qui meis uillicatus prædijs, ut ipse uult,
ἐπιτροπῆν. dicitur aut̄ ἐπιτροπῆν, ut Ausonij uerbū obiter ex-
plicem, procuratio & tutela. ἐπιτροπῆν uerò procurator.

De officio uillici Cato & Columella diligentissime perscribunt, ex quorum præcepto exercere debet rusticam familiam. providereq; ne algeat, ne esuriat. idem Cato uillicum & uillicam epistatus eleganti uocabulo uocant, quasi præfectos uillicationis: uillicones quoq; dicti in Apologia. Famulatio.] familia: uillici enim & uillicæ erant in numero seruatorum. famulium dicebatur, quod nunc seruitium. Apud Oscos seruus famel nominabatur. unde & familia uocata famulium. in Floridis dicit, Frequens famulinum, pro copiosa familia, & mancipys. Conseruam coniugam.] Præcipit Columella, uillico coniugem copulandam esse, quæ eum contineat, & in quibusdam rebus adiuuet. ea nec iuuenis esse debet, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi. nam fœditas uillicæ fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. eadem à uino, ab escis, à superstitionibus, à somno, à uiris remotissima sit. Cato: Villica, inquit, ad cœnam ne quò eat, neue ambulatrix fiet: munda sit, uillam conuersam mundamq; habeat, cibum uillico & familiæ curet: gallinas multas & oua uti habeat: nuces & poma, & alia quæ condi solent, condita habeat. Coniugam accipe pro coniugem, quasi coniugatam, copulatamq;. Plin. in 8. de aspidibus loquens, sic inquit: Coniuga ferme uagantur, nec nisi cum compare uita est. Extrariæ.] non domesticæ. Extrarius ab extraneo sic distinguitur: extrarius est, qui extra focum & domum sit: extraneus, ex altera terra, quasi exterraneus. Exterricineus uero is dicitur, qui ante tempus natus est: dictus exterricineus, quod eum mater exterrita aluo eiecit. Extrarius canis à Suetonio dicitur, qui non esset ex eadem domo, nec intra canes domesticos

messicos educatus. Apuleius quoque in Apologia inquit: Præterea minabatur, si extrario nupsisset. ubi extrarius significatur, qui non sit domesticus, & ex eadem familia, etiam si sit ex eadem tribu & ciuitate. Dolor pellicatus.] Ita dicitur à pellice pellicatus, ut à cōcubina cōcubinatus: nomen est quarti ordinis. M. Tullius in secūdo de Officijs: ab ea enim est ipsa propter pellicatus suspiciōē interfectus. Instricta.] offensa, perculsa, perstricta. Alij legunt instricta, alij intricta pro extimulata, impulsā, exagitata: & sic legere malim, quā instricta. Thori cōtumeliam.] Martialis: Thori contumelia est pellex siue concubina. cuius rei maxime impatientes sunt uxores: & quiduis aliud in marito, quā pellicem, æquioribus oculis aspicient. Verūm ex pellicatu excādescunt, irascuntur, ac uindictam parant. Caueant ergo, qui in ordine sunt maritorum, hoc exemplo, ne quid uxor de pellice resciscat, ne amor uxoriū uertatur in odium exitiale. uicariam sui melliti pabuli, suāq; palæstrā ueneriæ ferre femina nec potest, nec uult. Infantulum necit.] Muliebre est, inquit Seneca, uitium in ira furere. & sanē ita est. Namq; iracundia præcipientes feruntur in ferrū, in necē tam suam q̄ suorū. Quid porro crudelius dici aut fingi potest, q̄ mater ob pellicatus suspiciōē nec sibi parcēs, nec filijs? Crimine quo parui cædem potuere mereri? Hæc affectio impotentissima docuit Medeam, natorum sanguine mānus commaculare: hæc impulit Deianiram, ut Herculem, mox seipsam leto daret. Longum facerem, si enumerare uellem exempla fœminarum, quæ ob pellices furore uesanti instricta, atrociam & diuina facinora consecerunt. Ceterū sicut istæ fœminæ culpandæ sunt, quæ liberos necarunt, & maritos ex pellica-

tus incentiuo : ita e contrario digna laude cenſetur Theo-
xena, quæ auſa dicere eſt, ſua manu ſe filios interfecturâ,
potiuſquam in poteſtatem Philippi Macedonum regis ue-
nirent. & uerba re ſanxit. Siquidem cum à regijs cuſtodi-
bus ſepta in mari teneretur, nec ullum patèret effugiũ, ad
facinus ferox ex pietate reuoluta eſt. uenenum enim dilu-
ens, ferrumq; promens: Mors, inquit, una uindicta eſt. uiz
ad mortem hæſunt: Effugite ſuperbiam regiam aut ferro,
aut ueneno. Itaq; alij poculo, alij ferro abſumpti, ſemian-
tes e nauæ præcipitantur. Ipſa deinde uirum comitè mor-
tis complexa, in mare ſeſe deiecit. Funiculo.] Condi-
tores hiftoriarum prodiderunt, Morymam reginam Nic-
thidatis nxorem, in deſperatione rerum proſtigatarum de-
tractum e capite diadema collo circumligaffe, ſc̄q; ſuſpen-
diſſe. & cum corporis pondere laqueus ille diſruptus eſ-
ſet, dixiſſe: Execrandum diadema, neq; in tam trifti mini-
ſterio mihi profuiffi. moxq; cum ſuper illud humi abiectũ
inſputaſſet, cunucho regio iugulandam ſeſe obtuliſſe.

Appendicem.] annexum, adiunctumq;. Appendix, &
ἄρρηκτος ἄρρηκτος appendicula (ut aliubi quoque oſtendimus)
dicitur, quod alij eſt adiunctum, quaſi ex alio pendens.

M. Tullius ſcitè dixit, corpus eſſe animi appendicem.
Arreptum ſeruulum.] uillicum, maritum feminae laqueo
ſtrâgulatæ. Luxuria.] Luxuries & libido ſerui aman-
tis extrariam feminam, fuerat cauſa, ut uxor pellicatus im-
patiens, ſe & paruulum filium funiculo nexum præcipi-
taret in puteum. Perlitum.] inſperſum, illitum. Ar-
bori ficulneæ.] Vt à corylo colurnus, ab ilice ilignus, ſic à
fico ficulnus deriuatur. hoc Seruius, hoc cæteri gram-
matici tradunt. Porphyrio quoq; enarrans illud Horatianũ,

Olim truncus eram ficulnus: inquit, Attende nomen à fico
 deriuatum ficulnus, non ut uulgo ficulneus. Itaque ex hac
 Porphyrii doctrina Lucius noster non tam scite quam
 uulgariter locutus uideri potest, qui ficulneæ dicere ma-
 luit quam ficulneæ. Cæterum quamuis ficulnus rectius dici
 uideatur quam ficulneus, tamen apud scriptores præcos
 in usu quoque ficulneus est, & iligneus, & alia similia: quo-
 rum auctoritas apud me pluris est, quam grammaticorum
 præcandidæ obseruationes. M. Cato, quo nihil antiquius
 Fibulæ, inquit, unde fiant aridæ, iligneæ, ulmeæ, nuceæ, fis-
 culneæ, fac uti in sterco aut in aquam coniiciantur. Consi-
 militer populneam frondem dici à Columella leges, quam
 grammatici populnam dici tantum, pertinaciter contem-
 dunt. Multa sunt alia huiuscemodi indifferenter usurpata
 à scriptoribus, posthabitis morosis illis interdum gramma-
 ticis præceptionibus. Apud ecclesiasticos ficulneæ usur-
 patur nomine substantiuo, pro arbore. Hieremias: Non
 sunt ficus in ficulneæ. Qui ergo dicet ficulnus, sequetur re-
 gulam grammaticæ: qui ficulneus, fulcietur adminiculo au-
 thoritatis, quæ pro ratione est. Demiror Sipontinũ, uirum
 aliqui impense doctum, tradentem, accidere id ignoran-
 tia latinæ linguæ, quod aliqui ficulneam scribunt. Possem
 hoc in loco ualidissime refellere repercutereque hominis
 dictum, nisi mihi id consilij iam pridem probaretur, paro-
 cendum esse caninæ facundia, neque aduersus mortuos
 stultum esse stringendum. Igitur ut ad propositum reuer-
 tar, à fico ficitores dicti, qui colligunt ficos. Neuius: Fic-
 itores omnes capiunt ficitatem. Vbi ficitatem accipe pro
 fructu fici, sicut oliuitatem pro uindemia oliuarum.
 Carioso,] putrido, uetustate ac putrilagine exeso. caries
 enim

enim uetustas dicitur, & putrilago: unde cariosus. Afrasianus: Nemo illa uiuit carie cariosior. Cariosi dentes à Plinio dicuntur, carie exesi & foraminati. Nidificia.] nidi, nidulamenta, conceptacula. Burriebāt.] Lego bulriebāt, pro eo quod est scaturiebāt, feruebantq̃. Commeabāt.] ibant, redibant. Multijuga.] multiplici & numerosa. una est dictio, sic autem multijuga dicimus, ut multicoloria & multiformia, à multitudine uidelicet formati dictionibus. Nidorem.] odorem: de nidore, suo diximus loco. Adefis.] corrosis, absumptisq̃. Scaturigine.] eruptioe, quales sunt aquarū scaturigines. Morsiu culis.] q̃ pulli sint morsus iantuli animalis, nouerūt omnes qui formicas norūt. Plin. tamē. ait, nullis animalium pro proportione uires esse maiores. gerūt enim onera maiora corporib. & ea gerūt morsu iam in opere, qui labor, q̃ sedulitas? Indicis formicis magnitudo luporū est, de quib. Herodotus in tertio. Plaut. Morsiu culis dat amatoribus, quibus ex amoris affectu mordere se consueuerūt, & infixo dente relinquere uestigia ac notas. ait enim in Pseudolo: Molles morsiu culæ, papillarū horridularū oppressiu culæ. Sicut autem itinere formicarum, silices qui præduri sunt, attritos uidemus: ita incredibile non est, hominē absumptū fuisse morsibus formicarū, per longi tēporis cruciatū. Sueton. refert draconē consumptū esse à formicis, quē in oblectamentis habebat Tiberius. Viduata pulpis.] spoliata & exuta carnibus. Nitore.] splendore: detracta enim carne nitent ossa. Candentia.] albicantia. Paganos.] rusticanos, & pagi illius incolis, quo hæc sunt factitata.

Ciuitatē popu-

Hac quoque detestabili de Iosam.] Lucian.

WIVVVS

πελοπόννησος uo-
 cat, quam noster
 Lucius populo-
 sam dicit. uerba
 Luciani hæc sunt,
ἔρχομαι ἐς πόλιν
*καὶ μακεδονίας βί-
 σιαν, ἡμεῶν τε καὶ*
πελοπόννησος. id
 est, Venimus in ci-
 uitatem Macedo-
 nia, nomine Be-
 riani, magnâ &
 populosam. Sta-
 tuere.] græcè di-
 citur. id est, *ἰσπί-
 σαι*. Sedes per-
 petuas.] Ad diffe-
 rentiâ earum quæ
 temporarie sta-
 tuuntur. Firmæ
 latebræ.] Videba-
 tur hæc ciuitas
 præbitura esse la-
 tibulum firmū pa-
 storibus, cum lon-
 gè abesset, si quis
 eos uestigare uel-
 let, & inquirere.
 Annonæ copio-

ferta mansione, paganos in
 summo luctu relinquētes, rur-
 sum pergimus: dieq; toto cam-
 pestres emensi uias, ciuitatem
 quandam populosam & nobi-
 lem iam fessi peruenimus. Ibi
 larem sedesq; perpetuas pasto-
 res illi statuere decernūt: quòd
 & longè quæsituris firmæ late-
 bræ uiderentur, & annonæ co-
 piofæ beata celebritas inuita-
 bat. Triduo deniq; iumentorū
 refectis corporibus, quò uen-
 dibiliores uideremur, ad mer-
 catum producimur, magnâq;
 uoce præconis precia singulis
 nunciantis equi, atq; alij afini,
 opulentis emptoribus præsti-
 nantur. Ac me relictum solum,
 ac subsiciuum, cum fastidio ple-
 riq; præteribant. Iamq; tædio
 contrectationis eorum qui de-
 dentibus meis cætates computa-
 bant, manum cuiusdam sceto-
 te sordentē, qui gingiuas iden-
 tidem meas putidis scalpebat
 digitis, mordicus arreptâ ple-
 nissimè cōtriui. quæ res circum-
 stantiū ab emptione mea, utpò-
 te ferocissimi, deterruit ani-
 mos.

mos. Tunc præco disruptis fau-
cibus, & rauca uoce faucibus, in
meas fortunas ridiculos instru-
ebat iocos: Quæ ad finem can-
terium istum uenui frustra sub-
ijciemus? & uetulū, extritis un-
gulis debilem, & colore defor-
mem, & inertī pigritia ferocē,
nec quicquam amplius quàm
ruderarium cribrum? atque a-
deoq; uel donemus cum cui-
piam, si qui tamen scēnū suum
perdere non grauat. Ad istū
modum præco ille cachinnos
circunstātib; commouebat.
Sed illa fortuna mea fauissī-
mā, quā per tot regiones iam
fugiens effugere, uel præceden-
tibus malis placare non potui,
rursū in me cæcos detorsit
oculos, & emptorem aptissi-
mum duris meis casibus mirē
repertum obiecit, scitote qua-
lem cynædum, & senem cynæ-
dum, caluum quidem, sed cin-
cinnis semicanis & pendulis
capillatū, unum de triuiali po-
pularium fece, qui per plateas
& oppida cymbalis & crotalis
personantes, deamq; Syriam

sa.] Libenter ho-
mines mansionem
& sedem perpes-
tuam in ea ciuitas-
te constituūt, quæ
frugum ferax est,
& utensilia om-
nia copiose suppe-
ditat. Iumentorū.
rū.] Lucian. *ωρῆ-
οις ἢ τῶν ἰσθμῶν*
id est, uenditio e-
rat iumentorum.
Græcè *ἰσθμῶν* di-
citur iumentū: un-
de *ἰσθμῶν* dicti
medici iumentorū
& pecorū, quos
nostrī mulomedī-
cos interpretātur:
uerbum exprime-
tes e uerbo. Firmi-
cus Maternus: Cē
tauro oriente qui
natus fuerit, aut
auriga erit, aut e-
quorum nutritor,
aut mulomedicus,
aut equitiarius.
Menda est in co-
dicib;.

dicib' impressis, circūferētes medicare cōpellūt.
 in quib. pro equitarius legitur equitarius. equitū enim, ut
 suprā annotauimus, significat gr̄gē equorū. Vnde & equi-
 tarius dictus, equitij magister, qui & equitio & armenta-
 rius nominatur. quem Maternus mulomedicū dixit, Colu-
 mella, Varro, & ceteri ueterinariū nominat: uulgus uer-
 nacula lingua mareschalchū uocat. à ueterinis autem uete-
 rinarius inclinatur. sunt autē ueterina animalia omnia, quæ
 uehere quid possunt: de quib. apud oēs mentio. à Columella
 pecoris medicina dicitur ueterinaria medicina, cuius pru-
 dens esse debet pecoris magister. Illud adde, ne quid sciens
 præterea, ephorbedicos dici à Gallis, bonos equorū domito-
 res: unde urbi Ephorbediæ in nona Italia regione inditū
 nomen. Resectis corporibus.] Sic mangones corpora
 uenaliū mangonizant, ut sint uendibiliores, & robur ac
 pulchritudinem inani sagina mentiuntur. Vocem præ-
 conis.] ministerium præconis uox est. in præcone uox
 magna, sonora, clara exigitur. officium præconis est, uoce
 sub altissima prædicare ea quæ uenui proponuntur. Plaut.
 In eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat. Græcè dicitur
 νέγυξ. Lucian. à νέγυξ ἰσχυρὸς ἐν ἀγορῇ ἡγορῆς ἐνέπυε
 τῶν, id est, præco uocalis stans in medio foro præconium
 faciebat. Præclinantur.] emuntur. Subscium.] A-
 pud scriptores modò subscium, modò subscium scribi le-
 go indifferēter, eodem significatu & intellectu. nam sub-
 cisia dicuntur, quæ subcisa sunt, & quasi subtracta, à
 subcidendo dicta. Subscium uerò, à subsecādo inclinari
 uidetur. Plin. Gellius, M. Tul. subcisia tempora elegan-
 ter appellant, quasi subtracta, subducta, subsecta; nego-
 r̄ijs rebusq; necessarijs: quæ uulgo furto subrepta dicuntur.

hic subsiciuū accipe pro reliquum, & superuacaneū, quod
 si subsectum ex reliquo grege diuendito. sicut in 11. quoq;
 dixit: Quid subsiciuū, quamuis iterata iam traditioni re-
 mansisset. Lucianus dixit ὅτι αὐτῶν ἡγεῖ ἀποδεχόμενος. Lu-
 cius noster, relictum solum & subsiciuum. In 12. commen-
 tario Suetonij nostrum super hoc uerbo extat annotamen-
 tum. Illud adde, apud Nonium Marcellum legi uulgo sub-
 siciuum: cum legendum (mea quidem sententia) sit subsici-
 uum, quod significare ait sequens, succedaneū, succedens,
 tanquam à succedendo inclinatum. De dentibus atates
 computabant.] etas ueterinoriū (ut Plin. uerbis utar) den-
 tibus indicatur. equus amittit 30 mense primores utrinq;
 binos: sequēti anno totidē proximos: quinto anno incipien-
 te binos amittit, q̄ sexto anno renascuntur: septimo omneis
 habet, & renatos, & immutabiles: nec postea quot anno-
 rū (ut inquit Columella) manifesto cōprehendi potest. Asi-
 norum genus 30 mense similiter amittit, deinde senis men-
 sibz: quod si non prius pepererint, quam decidant postre-
 mi, sterilitas certa, absumpta hac obseruatione. senectus in
 equis & ceteris ueterinis intelligitur dentium broncite,
 hoc est, prominentia: & superciliorum canicie, & cum
 tempora lacunis incipiunt cauari. Lucian: τὰ σήματα ἡμῶν
 αἰσίουρα, καὶ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς ὀδοσίοις ἰκάνως ἴδμεν. id
 est, ora aperientes atatem singulorum ex dentibus inspi-
 ciebant. Computabant.] Computatores Græco uoca-
 bulo p̄sephoptetas uocant: qua dictione & nostri utun-
 tur. Maternus ait, Mercurium facere p̄sephoptetas. Fe-
 tore sordentem.] Lucian. simplicius & breuius hæc tra-
 dit, quæ noster festiuus intextuq; ridiculorum enarrat. ut
 nunc uenditione asini festiuiter tempestiuiterq; inseruit
 99 2 fabellam

fabellam de eo, cuius manum foetentem mordicus cōtriuit,
 dum eam insertat intra gingiuas, & ita curiosius asini ex-
 plorat etatem. Talia identidem fieri uidemus ab his qui
 equos & ueterina mercantur. Identidem.] frequenter.
 Disruptis faucibus.] Disrumpi fauces dicuntur in præcos-
 ne, ex boatu nimio, & dum nimis exertâ uoce proclamat.
 Quem ad finem.] Hi sunt ioci ridiculi præconis, quibus il-
 ludebat asino inuendibili. Canteriū.] Nomen est pro-
 bri & uilitatis, à νύγος tamen, impropriè: canterius enim
 propriè dicitur equus castratus, non autem asinus. tales au-
 tem deteriores uilioresq; esse, nemo ambigit. ob hoc inquit
 Plaut. Ego faxim nulli precio, qui superant equos, sicut ui-
 liores gallicis canterijs. Apud Vitruium canterijs sunt
 trabes in structuris & edificiorum, qui hodieq; uulgo ita nunc
 cupantur. Rustici quoq; canterium uocant uitæ genus,
 quæ simplici iugo constat, ordine porrecto. Talis uino me-
 lior esse fertur, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoq;
 sole coquitur. De canterio equo prouerbiū est uetus: Res
 deo, inquit Galba, canterio: quod dicitur de his, qui in prin-
 cipio rei alicuius inchoatæ deficiunt. nam Sulpitius Galba
 cum in prouinciâ exiens, ad portam ipsam canteriū suum
 animaduerteret cecidiss: Rideo, inquit, cæterie te iam las-
 sum esse, cum tam longum iter iturus uix id sis ingressus.
 Veni.] uenditioni. Extritīs unguis.] Ex imitatione
 Plauti, sic scribentis in Asinaria: Nempe eos asinos prædis-
 cas uctulos & claudos, quibus subtrita ad femina iam e-
 rant ungule. Dolore.] Minutulus error, qui emendari
 potest unius literæ immutatione, ut pro dolore legas colo-
 re deformem. color enim maximè spectari solet in uenalis-
 bus iumentis, ita ut honestate coloris saepe preciosiora
 fiant

fiant: sicut e cōtrario, ex coloris malitia repudiātur. Virg. in descriptione equorum, illud celebratissimum prodidit: **Honesti Spadices, glauciq; color deterrimus albis, Et giluo. Ruderarium cribrum.**] Nihil prorsus cōtemptibilis, abiecius, despectius in asino dici potuit, quā ut ruderariū cribrum diceretur: quo dicto signatur asinus nulli rei prorsus utilis, nisi ut ex eius corio fiat cribrum non frumentarium, sed ruderarium: quasi dicat, **stercorarium**, ad rudera scilicet expurganda accommodatum: quo nihil esse potest uilius. est enim rudus, sterco quod raditur. Rudera quoq; dicuntur purgamenta & quisquilia cementicij & latericij parietis uetusti & diruti. Palladius interpretatur saxa contusa, quibus pauimenta statuminantur, hoc est solidantur: quod & **Victruuius** refert. De rudere nouo & uetusto scripsi copiose in cōmentarijs **Suetonij**. **Rudetum** appellat **Cato**, locum ruderis plenum: qui à **Plin.** ruderatus dicitur. Inde fit uerbū elegans **Eruderare**, quod est expurgare, defecare, emaculare. **Sidon.** **Apollinaris**: **Aures** uirrosa susurronum fece completas eruderat. **Fenū per.**] Qui pascit asinū inutilem, nullūq; rei prorsus bonū, operans (ut dicitur) perdit, & impensam, facitq; iacturā pabuli quo alitur. **Cato** præcipit, boues uetulos, oues reyculas, armenta reycula, esse uendenda. **Seruū** quoq; senē, inquit, uendat paterfamilias. Ad eod nihil inutile pascendū esse censet, propē inclementer. **Reycula** autē dicuntur animalia, quæ ob ætatem uel morbum perinde ac inutilia reyciuntur. Non potuit.] **Lege** potui, ut sit prima persona: de se enim loquens inquit, **Ego fortunam nec effugere potui, nec placare.** **Cæcos oculos.**] **Cæca** & exoculata fingitur fortuna, ut antè dictum est: oculos tamen illos non uidentes

ait detorfisse in semetipsum, tanquã in materiã calamitã
tis, quem pertinaciter uelit insectari. Scitote qualem cy
nædum.] Lucian. κιναιδος γὰρ ἦν γίγνη ἴω; Cynædus, in-
quit, erat & senex. Cincinnis sem.] capillis ex parte ca-
nescentibus, cincinnos aut dici capillos, sat notum: unde cin-
cinatorum Romæ familia, cuius insigne erat crinis. Inde
cincinnati pro capillatis, crispulis, comatis dicti. M. Varro
& cinnum signat esse intortum capillum, sic scribens in Re-
rustica: Is est coliculus uiteus intortus, ut cincinnus. Græco
uocabulo βέσφυξ ἢ βόσφυξος dicitur capillus & cæsa-
ries. Hoc ideo apposui, ut transeunter mendũ tollerẽ ex co-
dicibus Firmici Materni, in quibus sic legitur uolumine 3.
Matheleos; Venus crispas crinium facit bostritis conatos,
Tu uerò corripue, Bostrichis comatos, id est capillis mulie-
bribus casariatos. Item in 7. ubi de sidere Pleiadũ fit men-
tio, legitur: Quorum inflexi crines torquentur semper in
lustris hos, ut frequenter appositis, ego emendo, in bostri-
chis appositis, ut sit sensus uenustus, ab his qui nati sunt or-
riëtibus pleiadibus, crines torqueri inflectiq; appositis fre-
quẽter bostrichis: hoc est capillitio muliebri. & talienis cri-
nibus annexis, ut ita adultera coma fietam pulchritudinẽ
mentiatur. Mentio lustrorum hoc in loco intempestiua est,
& ab intellectu scriptoris aliena. Vnum de fece.] Ex
Lucian. ἕστου ἑὶς τῶν τῶν δῖον τῶν συρία ἂς τὰς νόμας ἢ
ἕς ἄγῃς περιπέπτου, ἢ τῶν δῖον ἰναυτῶν ἀναγναστῆ
των. Erat, inquit, unus ex his qui deam Syriã per castella
& agros circumferentes, cogũt eam mendicare. Fecem tri-
uialem accipe pro sordida plebecula, & feculentis ac uul-
garibus hominibus. Triuialia dicũtur protrita, inuulgata,
promiscua, & ob hoc uilia, ac triuitorum usu celebrata.

Crotalis perso.] Crotala instrumēta sunt sonora et crepitātia, à pulsatione dicta, orbiculis æneis sonum collisione red dentibus. Græci κρόταλον dicunt plausum ac strepitū, & κρότιον plaudo, κροτάλιον στρέπο: inde crotalorum nomen in carmine Ouid. Cimbala cū crotalis prurigis arma Priapi, in idyllio Maro. Crispum sub crotalo docta mouere latus. Plin. in 9. docet crotalia appellari margaritas quasdā resonantes, quarum sono collisūq; gaudebant. Apud Græcos crotalon quoq; significat calamū diuisum, præparatumq; ad musicum modulatum. Crotalos uerò masculino genere dicitur homo sonora uoce pronūcians, hoc est (ut Græci dicunt) ὀργανιστὴς ἢ κροτάλιος. Deam Sy.] Extat Luciani libellus qui inscribitur κροτάλιον τῆς ὀργῆς θεῆς, id est, de dea Syria: quo festiuus scriptor tradit, se uidisse in Syria statuā in templo deæ multiforē, quæ quidē esset Iunobabere tamen aliquid Palladis, & Veneris, & Lunæ, & Rhecæ, & Dianæ, & Nemesis, & Parcarū: q̄ altera manu tenebat sceptrū, altera fusum: in capite radios ferebat, ignē, ceterō longaq; oratione demonstrat, deam Syriā esse numē unum, quod multijugis nominib. orbis ueneretur. Cuius sacerdotes crotala pulsabāt, cui Galli sacrificātes secabant brachiaz: multi tympana percutiebāt, alij diuina cāica cōcinebant. furor autē multos corripit, qui gladio secant uestimenta per urbem discurrentes. sacrificant autem huic deæ boues masculos & uaccas, nec non capras & oues. Porci uerò tanquam impuri ominabilesq; neq; immolātur, neq; aluntur. radunt capita & supercilia. In sacris deæ quibusdam iuneturas manuum & ceruices stigmatibus notant: inde Assyrii omnes stigmati uidentur. hinc Lucius noster de dea Syria, deaq; sacerdotibus plurima transtulit commodissime,

transposuitq; ex Luciano, quo in primis archetypo usus est. Lucianus autem modò se Patrensem, modò Assyrium esse dicit: tanquam natus hinc, oriundus illinc fuerit. ut illud Livianum: Nati Carthagine, oriundi Syracusis. Suidas refert Lucianum fuisse Samosatenum, ex Syria scilicet ciuitate: atq; eum cognominatū *βαλίσσοφινος* ἢ *δυσσοφινος* ἢ *ἀδιδιος*: quia de dijs non bene credidit, & ridicula perscripsit. Floruit autem sub Traiano, haud sanè multo maior natu quam Lucius noster. Hoc transcunter libuit intexere, quia nonnulli falso crediderūt Lucianū ex Apuleio, nō Apuleiū ex Luciano asinum aureum transcripsisse. De hac autem dea Syria sparsim inserentur annotamenta, prout varijs locis occurret occasio. sunt enim talia magis digerenda, quam incondite aceruanda: siquidem disposita delectant, confusa perturbant.

Cuiatis essem.]
 cuius patriæ, gentis, nationis. Cuias dicitur, et cuiatis, communi genere. pronomem est gentem significans, ut docent grammatici, & annotaui in g. cōmentario Tusculanarum. In asinis patria spectatur. Generosi sunt in Peloponneso Arcadici, in Ita

Is nimio prestinandi studio præconē rogat, cuiatis essem? At ille Cappadocium me, & satis forticulum denunciatur. Rursum requirit annos ætatis meæ. Sed præco lasciuiens: Mathematicus quidam, qui stellas eius disposuit, quintum ei numeravit annum: sed ipse scilicet melius istud de suis nouit professionibus. quanquam enim prudens crimen Cornelie legis incurram, si ciuem Romanum pro seruo tibi uendidero: quin emis bonū & frugimanc-

mancipium, quod te & foris
& domi poterit iuuare? Sed ex
inde odiosus emptor aliud de
alio non desinit querere: deni-
que de mansuetudine etiã mea
perconctatur anxie. At præco:
Veruecem, inquit, non asinum
uides, ad usum omnem quie-
tum, non mordacem, nec calci-
tronem quidem, sed prorsus
ut asini corio modestum homi-
nem inhabitare credas. Quæ
res cognitu non ardua. nam si
faciem tuam medijs eius fœmi-
nibus immiserit, facile percõta
beris, quã grandẽ tibi demõ
stret patientiam. Sic præco lur-
conem tractabat dicaculẽ.

lia Theatini, ex
quorũ seminio op-
timum prognerã-
tur: auctores Var-
ro & Plin. Cap-
padocium me.]
Qui mæcipia uen-
dunt, nationẽ cu-
iusq; in uenditio-
ne pronũciare de-
bent ut inquit Vl-
pian. Plerunq; e-
nĩ natio serui aut
prouocat, aut de-
terret emptorem.
Iccirco interest no-
stra scire nationẽ.
præsumptum ete-
nim est, quosdam

seruos bonos esse, qui nationis sunt non infamata: quos-
dam malos uideri, quia ea natione sunt quæ magis infamis
est. nunc itaq; præco ex hac doctrina nationem pronun-
ciat uenalis asini, tanquam mancipij: eumq; esse ait Cap-
padocem, tanquam nationis probatæ. namq; ex Cappado-
cia regione Asiatica serui utiles & boni uenales de porta-
bantur, quos Cappadocas poetæ concinentes appellitant,
Persius, Martialis, & Papinius. Ad hunc intellectum re-
ferendus est uersus ille Horatianus; Eget aris Cappadocũ
rex. ubi rex Cappadocum significatur, non rex Cappado-
ciæ (ut ego sentio) sed dominus fabulosus, habensq; Cap-
padocum.

padocum, id est mancipiorum legiones in famulicio. Cappadocia bifariam diuisa est, in maiorem Cappadociam, & alteram quam Pontum nominauerunt. Strabo in 12. Cappadociam etiam dicit fuisse diuisam in decem stratageas, hoc est praefecturas. Olim Romani concessere libertatem Cappadocibus, ob amicitiam, quam illi recusauerunt, dicentes se eam ferre non posse: oraruntque, ut sibi rex daretur. Tunc Romani admirati, quod inuenirentur qui libertatem recusarent, permisere ut quem uellent regem eligerent. illi Ariobarzane elegerunt. Cum igitur ex Cappadocia boni serui uenirent, ad id alludens, asinum scite, festiuiterque Cappadocium esse pronunciat, tanquam generosum. Dum haec conderem, subit memoria rei uulgaris quidem & quotidiana, attamen notabilis. etenim uulgo quotidie, uolentes quamlibet rem excellentem denotare, eam Cappadocam appellant tam uiri quam foeminae, tam pueri quam senes. sic faba praegrandis & eximia dicitur Cappadocia, sic egregie improbus dicitur esse ex Cappadocia; sic de alijs prope in finitibus dicitur, Cappadox est. Nimirum debet subesse ratio aliqua in tanta uulgi nominatione, quam ego coniectatoriè coniecto fluxisse ex hac appellatione seruili. nam cum seruus bonus, frugi, & praeter ceteros aptior in uenditione uellet ostendere, Cappadocem eum, & ex Cappadocia esse pronunciant, tanquam ex natione minus infamata, & ex qua mancipia omnium praestantissima optimaque ueniri subijciuntur. Res interdum protritae & in usu uulgi promiscuas mecum musitans, ad doctrinam moresque praeceptorum pro uirili parte reuocare conendo: ut uideatur municipes mei non parum multa retinere doctae antiquitatis uocabula, atque adumbrata uestigia: super quo aliubi plura. Illud adde dignum annotatu, quod apud Graecos dicitur

citur τρία κάππα κάκιστα, id est, Tria CCC pessima: uideli-
 cet, Cappadocia, Creta, Sicilia: tanquã homines indidem
 prouenientes sint pessimi mortalium. dicitur ab eisdẽ Græ-
 cis, monstrũ siue portentũ Cappadocion. Diuus Augustin.
 in lib. de Grammatica, illud τρία κάππα κάκιστα, id est, tria
 cappa pessima, autumat dici de tribus Cornelijs: uidelicet
 Cornelio Sulla, Cornelio Cinna, Cornelio Læculo, qui pes-
 simi perniciosissimiq; extitere. Mathematicus.] peritus
 scienciæ fideralis, & matheleos professor: qui & gene-
 thliaci, & Chaldaei & planetary nominantur: de quibus
 apud Suetonium copiosius. Cornelia legis.] Cornelium
 Sylla dictator leges tulit ab ipsius nomine Corneliae nun-
 cupatas. M. Tul. in prima Philippica: Quare acta Grac-
 chi, leges Sempronie proferentur. quare Syllae, Corneliae.
 Apud Iurisconsultos mentio est de legibus Cornelijs, Tit.
 ad legem Corneliam de falsis: item ad legem Corneliã de
 sicarijs & ueneficis, & alijs pluribus in locis. Brat in le-
 ge Cornelia caput, quo pœna sanciebatur in illum qui libe-
 rum hominem pro seruo uendidisset, isq; pœna ipsius legis
 Corneliae tenebatur. in libris Iurisconsultorum non extat
 hæc quidem lex Cornelia, sed per alias leges interdicitur,
 ne quis liberum pro seruo uendat. Nunc itaq; ueluti asinus
 sit mancipiũ et homo uenalis, festiuiter ludẽs meminit Cor-
 nelia legis. Corrigendus est error in hoc loco multorum,
 qui legentes apud Quint. & alios, citari testimonia M. T.
 pro Cornelio, intelligunt orationem pro Cornelio Balbo
 cum intelligenda sit oratio pro Cornelio de maiesta-
 te, qui in tribunatu, pro rostris, pro concione, codicem in
 quo lex erat præscripta, ipse recitauit: quod ante Cor-
 nelium nemq; tribunus fecisse asstimabatur. & ideo
 accusa-

accusatus, tanquam maiestatem tribuniciam imminuisset quem Cicero defendit, egitq; pro Cornelio quatruiduo; qua in causa fulgentibus armis praeliatus esse proditur, consequutus dicendo ut populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. **Quin.**] Hortatiuū est. Bonū & frugi.] Verbis hisce utebatur uenaliarius, id est uenditor in uenditione seruorum: & propria laus serui est, ut frugi dicatur, id est utilis, necessarius. **Horat.** in sermonibus: Dauus ne? ita Dauus, amicum Mancipium domino & frugi. **Plaut.** Ita seruum par uidetur frugi sese instituere. frequens est locutio apud auctores, Bonæ frugi seruus. Percontatur anxie.] Ex more scilicet emptorum, qui in emendo rem uenalem curiosius contemplantur, cauentes ne à uenditore circumueniantur. Anxitudinem dixerunt ueteres pro angore, sicut albitudinem pro albore, candoreue. **Veruecem uides.**] Id est, mansuetum, mitem, quietum instar ueruecis, & ueruecina placiditate præditum. In proximo uolumine dixit, quouis ueruece mitiorem efficere. **Nec calcitro.**] In edicto edilicio scriptum sic fuit, Equus mordax ac calcitrosus, uitiosus, non morbosus est. Calcitrones autem dicuntur, qui infestant calcibus, & calcitrandi uitio sunt obnoxij. quod non solum de brutis animantibus, sed etiam de hominibus dici, testis est **Plautus** in **Asinaria** his uerbis: Ita hæc morata est ianua, extemplo ianitorē clamat, procul si quem uidet ire ad se calcitronem. **Feminibus.**] femoribus & coxis. Signatè locutus: nam femina proprie sunt partes femorū interiores. quod docet **Plinius**, sic scribens in 28. Femina atteri aduicq; equitatu notum est. **Lurconem.**] Nomine probroso contumeliosoq; lurconem dixit

dixit: *lurcones* autem dicuntur edaces, uoratores, mandu-
 cones, à *lurcando* nuncupati. *lurcare* enim est, cum auidi-
 tate cibum sumere. Pomponius: *Lardum* *lurcabat* *tubens*.
 Celebratus est ille uersus *Lucilianus*: *Viuite lurcones, come*
dones, uiuite uentres. Vbi *uentres* (si credimus *Donato*)
 posuit pro *parasitis* edacibus, quorū *deus uenter* est. Sunt
 tanē qui hoc loco malint *lucronē* legere, quasi *lucro* nimis
 inbiantē dicas. *Dicacule*.] *facete* *salte*, *mordaciter*. *Dica*
citas (auctore *Quintiliano*) à *dicēdo* ducta est, proprie si
 gnificans sermonem cum risu aliquos incessentem. ideo *De*
mosthenem urbanū fuisse dicunt, *dicacem* negant. itidem
 à *dicendo* *diēteria* nominata. Sunt autem *diēteria*, *ioci* &
cauillationes: *græci* *scormata* & *lædorias* uocant, de quī
 bus suo loco plura.

Sed ille cognito *cauillatu*, si
 milis indignanti: At te, inquit,
 cadauer surdum & mutū, deli-
 rumq; præconē, omnipotēs &
 omniparens dea *Syria*, & san-
 ctus *Sabadius*, & *Bellona*, &
 mater *Idea*, cum suo *Adone* *Ve*
nus domina, cæcum reddant,
 qui *scurrilibus* iam dudū con-
 tra me uelitaris iocis. An me
 putas inepte, iumēto fero pos-
 se deam committere, ut turba-
 tum repente diuinum deiciat
 simulachrum? egoq; miser co-
 gar crinib. solutis discurrere,

Cauillatu.] *ca*
uillatione, *irrisio*
ne. At te, in-
 quit.] *Imprecatio*
dura in præconē,
qua imprecatur,
ut ira deorum &
uultione *obsurde*
scat, *obmutescat*,
excæccetur. *O*
mnipotens dea *Sy*
ria.] *Philosophi*
tradunt, & *me-*
morat August. in
 12. de ciuitate Dei,
 unum esse Deum,
 &

& unã deã: & nu
 mina uarijs nomi
 nib: nuncupãtur.
 sic Sol, Apollo,
 Liber, Hercules,
 Mars, Mercuri9,
 alijs quoq; prope
 infinitis nominib.
 colitur. sic Iuno di
 citur dea, Tellus,
 & mater magna,
 & Ceres. Diana,
 luna, Proserpina.
 dicitur eadem dea
 Syria. Vt autem
 magistra lectione
 compertum habe
 mus, dea Syria,
 & dea Cybeles,
 quam & magnã
 matrem dicunt,
 sacra sunt cõsimi
 lia, cũ una sit dea.
 nam sicut Cybe
 lej Galli amputãt
 sibi uirilia, sic &
 dea Syria semiui
 ri cynædi. sicut illi
 fanatici secãt mē
 bra, & insana ia

& deã meã humi iacẽti aliquẽ
 medicũ quærere? Accepto tali
 sermone, cogitabam subitò ue
 lut lymphaticus exilire, ut me
 ferocitate cernens exasperatũ,
 emptionem desineret. Sed præ
 uenit cogitatũ meum emptor
 anxius, precio depenso statim.
 quod quidem gaudens domi
 nus, scilicet tãdio mei faciliẽ su
 scepit, septendecim denariũm:
 & illico me tumida sparteã de
 ligatum tradidit Philebo. hoc
 enim nomine censebatur iam
 meus dominus. At ille susce
 ptum nõuitiũ famulum trahe
 bat ad domum, statimq; illic de
 primo limine proclamat: Puell
 læ, seruum uobis pulchellũ en
 ecce mercato perduxì. Sed illæ
 puellæ, chorus erat cynædorũ:
 quæ statim exultantes in gau
 dium, fracta, rauca & effœmi
 nata uoce clamores absonos
 intollũt, rati scilicet uerẽ quẽ
 piam hominẽ seruulum mini
 sterio suo paratũ. Sed postquã
 non ceruã pro uirgine, sed asino
 pro homine succidaneũ
 uidẽre, nare detorta, magistrũ
 suũ

suū uariē cauillantur. nō enim
seruum, sed maritū illū scilicet
sibi perduxisse. Et heus, aiunt,
caue ne solus exedas tam bel-
lum scilicet pullulū: sed nobis
quoq; tuis palumbulis, nōnun-
quam impertias. Hęc & huius-
modi mutuō blatterātes, præ-
sepio me proximum deligant.

Etatiōe discurrūt:
ita sacerdotes deæ
Syriæ profecant
musclos gladijs,
lancinant mēbra
flagris, & afflatu
furoris bacchabū
di uaticinātur. Ex
hoc profectu &
uerberatione cum

membra tumescant Syriacorum sacerdotum, ob id dixisse
uidetur Martialis, iuro per Syrios tibi tumores. Omni-
no communia & ferē eadem numina esse produntur Cy-
bele & dea Syria: (ut inquit Augustinus) non tā sunt
multæ deæ, q̄ multa unius nomina. igitur quæ cognomina
conueniunt Cybelæ, eadem deæ Syriæ decenter apponun-
tur. Cybele omniparens cognominatur, quod Telluris epi-
theton est: nam eandem & Tellurem & Magnam paren-
tem esse uolunt. consimiliter dea Syria nominatur omnia
potens, omniparensq; quasi omniū parens, omnia gignēs.
compluscula alia sunt consimilia atq; germana: quæ prout
occurrent, suo loco dicentur. Sanctus Sabadius.] Eun-
dem haberi Solem atq; Liberum accepimus, quem Saba-
dium nuncupantes magnifica religione in Thracia cele-
brant, ut Alexander scribit: eiq; deo in colle ædes dica-
ta est specie rotunda, cuius medium interpatet tectum.
rotunditas ædis monstrat huiusce sideris speciem, sum-
moq; tecto lumen admittitur, ut appareat solem cuncta
uertice summo lustrare lucis immissu, & quia eo unius
uersa patefcunt. igitur cum dea Syria sit luna, & cætera
numina

numina fœminea complectatur: merito illi iungitur Sabadius, qui est Sol & Liber pater, breuiterq; omnia masculina numina complectitur. Addamus hoc in loco & illud tanquam auctarium, quod numina quædam antiqui coluerunt utriusq; sexus particulatione pollentia: quos deos Arsenothelys appellât, quasi dicas masculos & fœminas quo nomine quædam quoq; animalia ab Aristotele nominantur, semet ineuntia. Sabadij dei meminit M. Tullius in libris Legum, cumq; ut peregrinum eiectum à ciuitate Atticorum tradit: etsi mendose Sabcius pro Sabadius scriptum legitur. in monumentis Græcorum, maximeq; apud Suidam, comperio Sabazium dici deum Dionysium, hoc est Bacchum, ἀπὸ τοῦ σαβάση. ita enim barbari dicunt Bacchari. Bellona.] dea belli, de qua Virg. in 8. Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello. soror Martis, & uxor. nam (ut inquit Augustin. in sexto) matrimonia sororum iungimus, & fratrum: Bellonam Marti collocamus, Vulcano Venerem, Neptuno Salaciam. Bellona dicta (ut grammatici deriuant) quasi bello nata: alio quoq; nomine Enyo à poetis nominatur. Idæa.] Cybele, ab Idæa monte Phrygiæ & Cretæ sortita nomen: utrobique enim cerimonie Cybeles in magna erant ueneratione. Hospes numinis Idæi dicitur à satyrographo Scipio Nasica, qui simulachrum Cybeles hospitio domestico accepit. Cum suo Adone.] Hoc iungendum est inferioribus, ut ita iunctim legas: Cum suo Adone Venus domina. nam sicut Atis iungitur Cybela, ita Veneri copulatur Adonis: de quo supra dictum est. ab apro tradunt interemptum Adonim, id ad solem referentes. in Ezechiele scriptum est: Et ecce ibi mulieres sedebant lugentes Adonidem, ubi intelligi uult: fuisse

fuisse idololatram celebratam in honorem Adonidis. Scribit Ammianus Marcellinus in 22. historiariū, Adonia fuisse festiuitatem Adoni dedicatā. uerba Marcellini hæc sunt: Euenerat iisdē diebus annuo cursu cōpleto, Adonia ritu ueteri celebrari amato Veneris (ut fabulæ fingūt) apri dente ferali delecto: quod in adulto flore sectum est iudicium frugum. De Adonide qui colebatur in Syria, fabulatur Lucian. in libro de dea Syria. Scurrilibus.] ridiculis, & mordacibus. à scurra, scurrilis deriuatur. Quintil. in 6. scurrilem dicacitatem oratori alienissimā esse tradit. Consimiliter M. Tul. scurrilē iocum improbat, perinde ac indecorum oratori & uiro graui. Velitaris.] Velitari est, probra ulro citroq; obiectare. uelitatio quoq; dicitur probrorum obiectatio, ab exemplo uelitaris pugnae: de hoc scripti. Velitatum aduerbium est, ut salutatum, quo usus est Sisenna. Fero.] asino feritatis indomita, ferinaq; natura. Simulachrum.] statuam deæ Syriae. Medicum.] Festiuiter dictum, de medico statuæ fractæ paranda. Lymphaticus.] furibundus, fanaticus, bacchabundus. Græci $\nu\mu\phi\omicron\lambda\alpha\pi\tau\omicron\upsilon$ uocant. lymphare est, in furorem commouere. Val. Flaccus: Totam lymphauerat urbem. Statius: Ut lymphante deo. Scatent poetae hac locutione. Emptionem desit.] ommitteret, & ab emptione desisteret: locutio elegans, & apud eruditos frequens. M. Tul. Libenter mehercule artem desinerem, tecumq; & cum similibus nostri uiuerem. Passiue dixit A. Gellius, Disciplina tibijs canendi desita est. Idem uocabula desita uocat, quæ desierunt esse in usu, & exoleuerunt. Precio depenso.] Depensum accipe pro soluto: uerbum ductum ex riuu priscorum, apud quos asses librales appendebantur. inde expensa

in rationibus, & impensa dicuntur. ab eodem ære impensando dispensatores, & pensiones: inde dispendium quoque pro damno, quod in dispendendo solet minus fieri: hinc etiam compendia & impendia nominantur. M. Varro & Plin. auctores. Tædio mei.] Signat se minimo precio fuisse diuenditum, cum dominus asini uel tantula mercedula accepta gauderet ab alienare asinum fastiditum, cuius tædio iam pridem afficiebatur. Septemdecim denarium.] Pro denariorum: sic enim ueteres loquuntur. Sic mille denarium, mille nummum, pro denariorum & nummorum dicebant: etiam duo milia denaria: auctor M. Varro in libris de analogia. Lucian. ait asinum fuisse huic cynædo uenditum τριάνοβτη δραχμῶν, id est triginta drachmis. Minna autem siue libra habet drachmas 75. Philebo.] Græcè dicitur, φιλῆβος, τῷ τῷ δὲ ἔχον ἔνομα δὲ ἰουυαέ, φιλῆβος μί. Philebus: hoc enim nomen habebat meus emptor. Tumida parte deligatum.] Eam partem in asino signat, quæ tumore turgida circa collum uumentorum propter uincula tractoria esse solet. Codex manuscriptus habet tumida spartea: quæ lectio purior est, & probior. ubi spartea ponitur pro helcio & uinculo ad trahendum accommodato, dicta à sparto ex quo conficitur. Spartum autem herba hibernica est, siue iuncus, quo satiles naues suebantur: à cuius copia Carthago noua in Hispania spartaria cognominatur. hinc sportea, quasi spartea dicta. de sparto plura Plin. in 19. idem in 24. dubitat, an genista, quæ præstat usum uulium, sit spartum. Græci ad funes sparto usi sunt, unde spartea pro fune & uinculo. Tumida autem dixit, à crassitudine funis & uinculi spartei. Nouitium famulum.] Asinum intellige. Puella.] Festiuiter & merito puellas

puellis appellat effeminatos euiratosq; cynædos, qui in
 sexum penè muliebrem erant reformati, citra omnem uiri
 litatem, quos tædebat quòd nati essent masculi. sic Catullus
 Atym: sic Gallos Cybeleios, qui genitalia mutilabant, fœ-
 minino genere decèter appellat Lucian. ὁ νεράσια, δούλου
 ὑμῶν ἰώναμα καλὸν καὶ ἀδρῶν καὶ κατὰ πᾶσι δόξαι τὸ γένος. id
 est, ὦ puella, seruum uobis emi pulchrum & uberem, &
 natione Cappadocem. Vbi annotandum, à Luciano quo-
 que commendari asinum Cappadocem, tanquam ex re-
 gione præcellenti, ut dudum à nobis explicatum est. In-
 terpres Luciani quid sibi ueluerit, hoc in loco, non dispi-
 cio, qui illud ὁ νεράσια interpretatur coralisa, inscitissime
 ineptissimeq;: cum apud Græcos dictione usitatissima τὸ νο-
 ράσιον puella dicatur: & Lucius noster ὁ νεράσια scitissi-
 mè expresserit dicens, ὦ puella. Illæ puellæ,] Ex Lucio
 no ad uerbum: ἦσαν δὲ τὰ νεράσια τὰυτὰ ἕχθρος νινάδων
 σιωπηρῶν τῶ φειδῶν. id est, Erant illæ puellæ turba cynæ-
 dorum, Philebi cooperantium. Intollunt.] tollunt, su-
 stollunt clamores insuaues & absurdos. Interdum absonus
 dicitur sine sono, ut tradit Nonius. Rati.] opinantes.
 Ministerio suo.] Obscœnum ministerium intelligi uult,
 quo scilicet cynædi & pathici coluntur à subactore. Non
 ceruam pro uirgine.] Alludit ad fabulam Iphigeniæ, quæ
 talis est. Cum Græci in expeditionem Troianam profici-
 scentes in Aulidem uenissent, Agamemnon ceruam Dianæ
 ignarus occidit. unde irata dea, flatus uentorum remouit,
 & in unidis uiolentior cōmota est tempestas. quamobrem
 cum nauigare non possent, & pestilentiam sustinerēt, ora-
 cula consulta dixerunt, Agamemnonio sanguine Dianam
 esse placandam, & (ut Ouidius narrat) Calchas uates

cecinit, Sanguine uirgineo placandam uirginis iram Esse deo. Ergo cum ab Vlysse per nuptiarum simulationem abducta Iphigenia in eo esset ut immolaretur, & ante aram consisteret, numinis miseratione sublata est, ceruaq; supposita ipsa uerò translata ad Tauricam regionē, regi Tossanti tradita, sacerdos Dianæ facta est. Lucian. uerò & Virg. citra mentionem ceruæ suppositæ prodiderunt, cæsam esse Iphigeniam, & eius sanguine uentos tempestatemq; placatam. Lucret. Iphianassam uocat, sic scribens: Iphianassæo turparūt sanguine fœdē Ductores Danaum. Ouid. Mart. & cæteri, pro uirgine suppositā ceruam crediderunt. Notum est Nasonis carmen, Supposita fertur mutasse Mycænida cerua. Succedaneum.] suppositū, subditum, uicarium: uocabulum est ex Plautino fonte deriuatum. in Epidico enim scriptum est: Me piaculare oportet fieri ob stulticiam tuam, ut meum tergum stulticiæ tuæ subdas succidaneum. Quæri autem solet à studiosis, quid significet, & quænam apud antiquos forent hostiæ succidaneæ. Est autem succidaneus, qui succedit in alienum locum, quasi uicarius suppositusq; à succedo dictus. Succidaneæ hostiæ (ut docet A. Gell.) quasi succidaneæ appellatae sunt: quoniam si primis hostijs litatum non erat, alia post easdē ductæ hostiæ cædebantur, quæ prioribus quasi cæsis luendi piaculi gratia subdebantur & succedebant. ob id succidaneæ, à succedendo nominatae. Eadem ratione uerbi præcidaneæ quoq; hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. Quin etiam ferias præcidaneas dici uoluerūt, quæ solennes legitimasq; ferias præcederent. M. Cato: Prius, inquit, quàm messem facias, portam præcidaneam hoc modo fieri oportet. de qua sic scribit

bit Gellius: Porca præcidanea appellata, quâ piaculi gratia ante fruges nouas fieri cœptas immolari Cereri mos fuit. Quod ad succidaneum attinet, diuus Cyprianus non minus elegantie oratorie quàm ecclesiastica doctrine cõsultus, decenter dictionem hanc usurpat, cum ait: Non potest uideri cessasse, qui uicarios substituit, & qui pro se uero plures succidaneos suggerit. Nare detorta.] Indiciũ est indignationis, irrisionisq;: naribus enim (ut auctor est Quintilianus) derisus, contemptus, fastidium significari solet. Magistrum.] Philebũ. Cauillantur.] irrident, i ludunt, fastidiunt, Lucianus ait *κωνωνιστρ*, nam *κωνωνιστρ* Græcè est caullor. Maritum.] Obscœnæ rei significatio est, tanquam Philebus asinum redemerit, sicut uxor uirũ, à quo subagigaretur: erat enim cynædus pathicus. Lucianus, *ζούρου οὐ δούλου, ἀλλὰ υυυπίου*, non hunc seruũ, sed sponsum ducis. Exedæ pullulum.] Sensus est: Nolito tu solus perfrui hoc asello, sed eius concubitus nobiscum quoque partiario cõmunica. Allegoricòs totum dictum: namque solemus soli exedere, & edendo absumere pullulos illos totos, qui sunt sciti saporis, nulla parte sodalibus impartita. Bellus præterea pullulus dicitur, festiuum elegansq; deliciolum: & est nomen blandimenti. Olim Caligula à Romanis appellatus est pullus & puppus. Plautus quoque ait in Casina: Meus pullus, meus passer, mea columba, mihi lepus. Antiqui pullum uocabant puerum eius à quo amabatur: unde Quintus Fabius, quòd eius natis fulmine iccta esset, pullus Iouis appellatus est. Plinius noster, in arboribus pullulos uocat, sobolem pullulantem ex radicibus, & plantaria: Nullis uerò arboribus tales pulluli proueniunt, nisi quarum radices amore solis atq; himbris in summa tellure

spaciantur. Palumbulis.] Translatio à pullis palumbium, quibus adhuc implumis cibum impartiri solet mater, & nos infarcimus. Plautus in Asinaria: Vbi quid dederam, quasi columbæ pulli in ore ambæ meo usq; eratis. Viuere palumbes ad 30 annū, Aristoteles et Plin. auctores sunt. hyeme muti sunt, uere uocales. Nigidius putat, cū oua incubāt sub tecto nominata, palumbem relinquere nidos. Caro palumbi in cibatu coerces Venerē, & inguina hebetat. hinc Albertus Magnus, qui melius callebat physicas philosophias quàm latinitatis elegantias, palumbium ex eo dici tradit, quod parcat lumbis, propter Veneris scilicet refrigerationem. Palumbus ferus è posca decoctus medetur cœliacis. Cœliaci Varroni & Plinio sunt, qui laborāt a luo cita. Cor. Celsus cœliacum morbum à Græcis nominari tradit, qui in uētriculi porta consistit. Mutuō. Juicissim, mutuiter quoque à ueteribus dicitur. Blæterantes.] Stultè & cupidè & immodicè loquentes: quod uerbum à Græco βλαξ originem ducit. blax autem dicitur stolidus & mollis. apud Horatium blaterare prima syllaba correpta ponitur illo uersu, Et m. g. ro blateras clamore, fugis que.

Choraula.] Choraulæ Græcè dicitur tibicen. Choraulā appellant artem tibiciniam. à choro & aulā, qua tibia significatur. Ptolemaus rex Ægypti

Erat quidam iuuenis satis corpulentus, choraula doctissimus, collaticia stipe demensā paratus, qui foris quidem circungestātibus deam, cornu canens adambulabat, domi uerò promiscuis operis partiarios agebant concubitus. Hic me simul domi conspexit, libenter apposi-

appositis largiter cibarijs, gaudens alloquitur: Venisti tandem miserrimi laboris uicarius. sed diu uiuas, & dominis placeas, & meis defectis iam lateribus consulas. Hic audiens, iam meas futuras nouas cogitabam ærumnas. Die sequenti uarijs coloribus inlustrati, & deformiter quisque formati, faciem cænosopigmento deliti, & oculis obunctis graphicè prodeunt, mitellis, & crocotis, & carbasinis & bombicinis linreis. quidam tunicas albas, in modum lancio-larum quoquò uersum fluente purpura depictas, cingulo subligati, pedes luteis induti calceis: deamque serico contactam amiculo, mihi gerendam imponunt, brachijsque suis humerotes non renudatis attollentes, immanes gladios ac secures euantes exiliunt, incitantes tibiæ cantu lymphaticum tripudium.

[Stipe demensa.] Signat tibicinem redemptum esse pecunia, quam eleganter Collaticiam nominat, quia collata fuerat. Sed amphibolon est, utrum collata à choro cynædorum, an collata à popularibus religioni deæ Syriæ mancipatis. Proditum est ab historicis, funus Agrippæ collatis

culpatur à scriptoribus, & in primis à Strabone, & præter alia flagitia etiã choraulã exercuerit: quã adẽ gloriabatur, ut non contareur certamina tibicinum in regia celebrare. Tibicinum enim uocabulo oppidò eleganti appellauit in Floridis Lucius noster, artem tibijs canendi. Ab eodem choraulæ monumentarij dicti sunt tibicines, qui ad sepulchra apud sitos, hoc est defunctorum canebant: quales prisca suicinas uocant. Colla-

sextantibus à populo Romano adornatum esse. Talis pecunia eleganter Collaticia dici potest. Stipem autem dici et pecuniã, notissimum est, ut interpretatur M. Varro, à stipando stipem nominarunt: quoniam non in arca ponebant, sed in cella stipabant, id est, componebant numerum pecuniæ maiorem, quo minus loci occuparet. à stipe inclinantur uerba stipulari, et restipulari, stipulatus, stipulatio: quibus uerbis stipem, id est, pecuniam alligamus. Non facit ad stomachum interpretamentum illud, quod scriptum legimus libro tertio Institutionum: Stipulum apud ueteres firmum appellari, à stipite: et inde stipulationis nomen deduci. Demensa autem accipe pro numerata, soluta, una dictio est. M. Tul. Ut uerba uerbis quasi demensa et paria respondeant, sic et demensum dicitur: quo nomine significatur cibarium seruorum, nam serui quaternos modios frumenti accipiebant in mense, et id demensum dicebatur, siue dimensum. Virum autem à mense, an à metiendo, incertum est. Quidam in duas dictiones distinguunt, ut sit de mensa, scilicet numulari: tanquam significet pecuniam de mensarij mensa esse persolutã, quam Græco uocabulo trapezan uocant: unde et trapezita dicti argentarij, mensarijque, dictione apud Plautum frequentissima. Cornu canens.] Cornicinẽ denotat. Promiscuis operis.] Sicut in cultura fundi plures operæ parãtur, ita hic subactor cynædorum operas uenerias dissipiebat, partiarius concubitus per omnes quasi in orbẽ ibat, nemine obscenissimæ libidinis extorre. Laboris uicarius.] Vicariũ, quod nemo nescit, dicimus, qui uicem alterius gerit, impletque: qui fungitur ministerio, subditus in alienum locum. Liuius in quinto: Hunc ergo institutum disciplina

mea uicarium pro me reipub. do, dicoq;. Item alibi: Vica-
 rium tibi expediam. interdum nomen est adiectiuum. di-
 xit Cyprianus: Has pro me uicarias literas mitto. Quint. in
 gladiatore, mortem Alcestis uicariam decenter appellat,
 quæ scilicet pro Admeto marito mori non recusauit, eiusq;
 morituri factum uicemq; subire. Ab eodem manus uicaria
 dicuntur, pro altero pugnatura. Igitur laboris uicarius e-
 rit asinus, qui geret uicem laboris in concubitu, & suba-
 etorem laboribus ueneris exhaustum uicissim recreabit.
 Vicarij sunt uiliores serui, qui seruiunt maioribus seruis: de
 quibus frequens mentio apud Iurisperitos, oratores, &
 poetas. Desectis.] exhaustis, & (ut inquit Catul.) ex-
 futatis nimio concubitu. Includiati.] uersicolore ueste
 induti. Deformatio est Syriacorum sacerdotum, qui uario
 cultu exornati processerunt. dedicata autem uestimenta
 dissolutionem animi & corporis signant, includiati, uel
 potius indusiati, significantur uestiti indusio. est autè in-
 dusium, uestimentum quod corpori intra plurimas uestes
 adheret: dictum quasi intusium, ab eo quod intus habea-
 tur: auctores M. Varro & Nonius. hinc Plaut. in Epidi-
 co dixit tunicam indusiatam. Super hac re in secundo Com-
 mentario copiosius. Deformiter formati.] Ex contra-
 rijs dictionibus quesita elegantia est, ut deformiter forma-
 tos dixerit, quos intelligi uult comptos, exornatosq; mulie-
 bribus ornamentis, quæ uirum maxime deformant, fæ-
 dant, deuenustant. Quint. in hanc sententiam scribit: Hæc
 digna memoratu, scituq;, si quis corpora uirorū uulsa at-
 que fucata muliebriter comat, fædissima sunt ipso ferme
 labore: & cultus concessus atq; magnificus, addit hominū
 bus (ut uersu Græco testatum est) auctoritatem: at mulie-

bris & luxuriosus non corpus exornat, sed detegit mente n. in Deuteronomio præcipitur, ne mulier induatur ueste uirili, nec uir utatur ueste feminea. abominabilis enim apud Deum est, qui facit hoc. Faciem de.] Id est, habentes faciem fucatã, & p. gmentis illitam. Antiqua figura est delitus, ut illitus, ut oblitus. inclinatur à uerbo delino delinui, delitũ. à deleo uerò fit delitũ. uno facit in præterito liui & leui. uetustissimi etiã lini protulisse inueniuntur. in supino facit litum. unde Virg. in 4. Georg. Et paribus lita corpora guttis. sic & delino, quod à lino compositũ est, facit delitum. Cænofo pig.] crasso & pingui foco. namque mulieres non parũ multã faciem fucant pigmentis pinguibus, & quasi delutant lutamenti cæni & uisci. id quod Iuuenalis carpit in muliere illis uersibus: Interea fœda aspectu, ridendaq; multo Pane tumet facies, aut pinguia popæana Spirat, & hinc miseri uiscantur labra mariti. Vel cænofo pigmento expone pro sordido, & faciem deformante. pigmenta enim in facie uirili sunt fœdissima, & cæno cænosiora. Diuus August. pigmenta & fucos taxans, sancte & salubriter sic scribit: Fucare faciem pigmentis, quo rubicundior, uel candidior, uel uerecundior appareat, adulterina fallacia est. Scribit Iulius Firmicus, quod qui orientibus Pleiadibus nascentur, hi erunt unguentis obliti, polita fronte, & accuratis uestibus semper nitidi, qui alienis criminibus appositis fictam & compositam pulchritudinem mentiantur, totius corporis formam uario pigmentorũ genere molientes: ij demptis pilis corpus suum in feminei corporis imaginem transferent: quorum uestes ad muliebri cultus similitudinem excoluntur, ij moliter ambulantes, uestigia sua cum delicata quadam modestatione

deratione suspendū: & poenitebit eos, quod uiri nati sint.
 Pigmenta sunt modò ad facandam faciem accommodata,
 alias pro coloribus pictorum accipiuntur. De quibus ca-
 put est apud Plin. in 35. Pigmenta quoq; pro aromatibus
 usurpāt. Diuus Hieronymus: Aromata, inquit, sunt species
 pigmentorum. Pigmentarius dicitur, cōcinnator pigmen-
 torum. Maternus tradit, quicumq; habuerit horoscopum in
 parte libræ 26, erit pigmentarius, uel iburarius. Oculis
 obunētis.] Iulius pollux ad Commodum cæsarem scribens
 inquit, τοὺς ἰσθμὰς, τοὺς ὑπερπέρας, τὰς ὑζυγὰς ὑπὸ ἀκρίβει, id est,
 oculos suppingit, supercilia denigrat. Plin. quoque nos-
 ter in 11. Tanta est, inquit, decoris affectatio, ut tingatur
 oculi quoq;. Graphicè.] elegāter, cōdecorè, cōcinnuer:
 aduerbiū est, quo frequenter utitur Gellius. Sic & graphi-
 cus homo dicitur, ad unguē factus, absolutusq;. Plaut. Næ
 tu habes seruum graphicū, & quantiuis precij, translatio
 à pictura, quæ Græcè dicitur graphis: cuius Plin. comme-
 minit in 35. His alia multa graphidis uestigia extant in ta-
 bulis ac membranis, ex quibus proficere dicuntur artifi-
 ces. Idem antigraphicem uocat picturam, quam in tota
 Græcia pueri ingenui ante omnia docebantur. Res ergo
 eleganter depicta, graphicè formata, & graphica dici-
 tur, quod & ad alia quoque eleganter sciteq; transfer-
 tur. Mitellis.] Mitra diminutiuum est mitella, de qua
 poeta in ludicro idilio: Copa Syrisca caput Graia redi-
 mita mitella. Mitras autem & mitellas ornamenta esse
 feminarum, ex quibus redimicula religabantur, noue-
 runt omnes, quibus notum est notissimum illud Maronia-
 num: Et tunicae manicas & habent redimicula mis-
 tre. Crocotis.] Crocotæ dicuntur tunicae infectæ croceo
 colore,

colore. talia autem uestimenta delicata sunt, & fœminea. Vnde Neuius optimo epitheto mollicinam crocotam nuncupat. Plaut. crocotulam siue crotulam appellat in Epidi- eo. idem in Aulularia, crocotarios infectores dixit, qui cro- cota inficiunt, tinguntq; uestes crocei coloris. Apud Græ- cos *νεκρωτες* est *αιδος χριωτος*, id est, species tunica: & ut inquit Suidas, crocotos est *ινδυμα ιγκωτατον*, id est, uestimē- tum orbiculatum. Epicrotum quoq; genus uestimenti infec- tum colore croceo, cuius meminit M. Varro. Crocomag- ma uerò alia res est, aliuq; significatur. siquidem Diosco- rides, Plin. Celsus, crocomagma ponunt pro fece & retri- mento croci: cuius usus est in medicina efficax. uerba Cor. Celsi ex lib. 5. sunt hæc: Crocomagmatis, quod quasi re- crementum eius est. Idem crocomagma adhibet persæpe ad malagmata. apud Plin. legitur crocimigma, uolumine 21. sed purior lectio est crocomagma. namq; (ut idem do- cet in 13.) feces unguenti magmata appellant. unde cro- comagma, quasi fex & recrementum dicitur. Ad hæc ad- de, crocotium dici genus operis pistori. Poetæ Græci au- toram *νεκρωπιπλον* uocant, à ueste coloris crocei. Care- basinis linteis.] Carbasum genus lini esse, aliubi annotauis- mus, mira tenuitate. in Hispania sunt reperta carbasa, ut inquit Plinius. Inde carbasei sinus, & carbasiæ uestes. Virg. in 11. Tum croceam cblamydemq; sinusq; crepantes Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro. Sunt exempla uia, quæ pro linteis, inieclis habent. Bombicinis.] De ue- ste bombicina scripsimus in notis Seruij, & in commenta- rijs Propertij copiosissime. de qua satyricus poeta: Delic- tias uel panniculus bombicinus urit. Pamphile mulier ue- stem bombicinam prima texere inuenit. Plin. in 11. de bom- bico

bice uermiculo scribens: Telas, inquit, arancorum modo
 texunt ad uestem luxumq; fœminarum, quæ bombicina
 appellant, tanta tenuitate conficitur, ut denudet fœminans
 uestis bombicina. nec puduit h. is uestes etiam uiros leuita-
 te usurpare, propter onera æstiuam tantū à lorica geren-
 da discessere mores, ut oneri sint etiam uestes. Vestis bom-
 bicina est (et ut ego sentio) illa proprie, quam sericam
 et holosericam uulgo nominant: et bombices sunt illi
 uermiculi sericarij, qui apud nos sericum conficiunt præ-
 stantissimum. Quidam tunicas.] Ordo est et sensus
 Quidam subligati cingulo tunicas, hoc est habentes subli-
 gatas tunicas, et cinctura constrictas, quæ erant depictæ
 colore purpureo, in modum lanciolarum. Vsitatæ eloquii
 tionis figura est: ut illigata comas, subligata tunicas, colle-
 eta sinus. Videtur autem signare uirgatis uestes, quæ tes-
 tuntur hodie quoq; deductis uij; in modum uirgarum: de
 quibus poeta intellexit illo uersu, Virgatis lucent sagulis.
 Non me præterit, id ex Seruiana interpretatione aliter e-
 narrari posse. Luteis calceis.] lutei coloris. ut docet Gelo-
 lius, Luteus color est ruffus paulo dilutior. Poetæ luteâ au-
 rorâ bono epitheto cognominât, pro rubentē quâ Neuius
 pudoricolorē prælicenter appellauit. Auctor est Plin. lutei
 coloris honorē antiquissimū in nuptialib. flâmēis totū fœ-
 minis cōcessum esse, et ideo numerari inter principales co-
 lores. Amiculo.] uestitu et uelamine serico. uestē holo-
 sericâ dicūt totâ serico textilē, sine alia materie: subsericâ,
 cui alia materies intexta est. Lampridius in uita Alexan-
 dri Romani imperatoris sic refert: Vestes sericas ipse ra-
 ras habuit, holosericas nunquam induit, subsericam nun-
 quam donauit. Sericarius dicitur, textor uestis sericæ.

Mibi gerenda.] Hinc a sinu à Luciano dictus est *dragopro-*
ros, hoc est deam ferens. Humero tenus.] Sunt uestes
 quaedam sine manicis, quas Græci *ἰσοκίλας* uocant, quasi
 humerotenus exertas, & citra humerum desinentes. talibus
 usitati sunt monachi & heremite, qui hodieq; ita fi-
 gurantur, exertis extra ueste brachijs: quod genus uestium
 colobia nuncupant, quasi truncata & mutila, sine mani-
 cis. de quibus crebra mentio est apud scriptores ecclesiasti-
 cos. & in decretis Canonice scriptū est 19. q. 4. quòd Pau-
 lus heremita in testamento colobium suum Athanasio Ale-
 xandrino episcopo reliquit, tunicam uerò beato Antonio.
 Euantes.] furore diuino afflati, commoti; & bacchan-
 tes, à Libero qui Euan dicitur. Virg. Illa chorum simulans
 euantes orgia circum Ducebat Phrygius. Lymphaticū
 tripudium.] chorea saltatioq; uesana, & bacchabunda
 decenter exprimitur nomine lymphatici tripudij. à Liui-
 o lymphaticus pavor bono epitheto dictus est, quoniam sci-
 licet ex pauore homines consternantur, & lymphatici
 efficiuntur.

Possessoris Bri-
 tini.] nomen est
 proprium rustici
 opulenti, fortassis
 à Britia ciuitate
 Bithyniæ dedu-
 ctū, ut sentit Her-
 molaus, uir in nos-
 tra memoria do-
 ctissimus. Lucian.
 meminit Beryæ ci-

Nec paucis pererratis casu-
 lis, ad quandam uillam posses-
 soris Britini perueniunt: & ab
 ingressu primo, statim absonis
 ululatibus cōstrepentes fana-
 ticè peruolant. denique capite
 demisso, ceruices lubricis intor-
 quentes motibus, crinesq; pen-
 dulos in circulum rotantes, &
 nonnunquam moribus suos
 incurstantes musculos: ad po-
 stream

stremum ancipiti ferro quod
gerebant, sua quisque brachia
diffecat. Inter hæc unus ex illis
bacchatur effusus, ac de imis
præcordijs anhelitus crebros
referens, uelut numinis diui-
no spiritu repletus, simulabat
fauciam uecordiam, prorsus
quasi domini præsentia soleât
homines, non sui fieri melio-
res, sed debiles effici, uel egro-
ti. Specta deniq;, quale cœlesti
prouidentia meritum reporta-
uerit. infit uaticinatione clamo-
sa, conficto mendacio semetip-
sum incescere atque criminari,
quasi contra fas sanctæ religio-
nis designasset aliquid, & insu-
per iustas pœnas noxi facino-
ris ipse de suis manibus expo-
scere. Arrepto denique flagro,
quod semiuiris illis proprium
gestamen est, cõtortis tanijs la-
nosi uelleris prolixè fimbria-
tum, & multijugis talis ouium
teffellatū, indidem sese multi-
nodis commulcat ictibus, mi-
rè contra plagarū dolores præ-
sumptione munitus. Cerneret
profectu gladiatorum, ictuq; fla-

uitatis Mæcedo-
niæ, à qua Beritti-
nus commodè de-
duci posset. Co-
dex uetusius ma-
nuscriptus habet
possessoris beati,
quod placet: ut ex-
ponas, eos uenisse
in uillâ beati, hoc
est opulenti & di-
uitis possessoris.

Fanaticè.] *furens*
ter & insanè. *Fa-*
nauci autem fu-
rentes dicuntur: &
proprie illi sunt,
q. circa fana, hoc
est templa bacchã
tur, & caput ia-
ctantes per furo-
rem uaticinãtur,
prout docet Vl-
pian. ad edictum
edictum qui apud
Iulianū quæri scri-
bit, si seruus inter
fanaticos non sem-
per caput iacta-
ret, & aliqua
profana

profatus esset, nihilominus sanum uideri: & si quis permanet in eo uicio, ut circa sana bacchari soleat, & quasi demens responsa det, & si per luxuriam id factum est, reddi beri tamen non

posse, quoniam ædiles de corporalibus uitijs loquantur. Fanaticos Græco uocabulo entheos appellant. Firmicus Maternus: Erunt, inquit, enthei uates diuini, qui horoscopium habebunt in 6. parte geminorum. Leges apud eruditos frequenter entheos uates, & lyram poeticam entheam nominari. Entheata domina dicitur à Catullo ipsa Cybele, cuius enthusiasmo afflantur sacerdotes: sic enim dicitur furor ille diuinus, quo & poetæ calescunt. qua dictione usus est M. Tul. in epistolis ad Quintum fratrem. In circulo.] Talia fieri produntur à Corybantibus, qui matris deum sunt sacerdotes, qui in sacrificijs armati saltando capita iactant, & numine afflati furijs agitantur, quod coryptin & corybantari dicunt. unde & corybantibus inditum nomen: auctor Strabo in x. Lucian. de Syriacis hisce sacerdotibus eadem scribens, quæ Lucius noster, inquit: *οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀποπίπτουσι, τὸν κεφαλῶν κέντρον ἐν τῷ αἰχμῶν ἰλίανουσι, τοῖς ἑξίσι μὲν ἰτίμνοντο τοὺς πύλας.* id est: Illi mitras proycientes, & ceruicem subitus intorquentes, gladijs brachia dissecabant. Musculos.] Hic laceratorum

torum muscoli accipiuntur: alioqui innumeri sunt musculi, per omnes ferè partes corporis distributi, ut scribunt phisici: & memorat Albertus magnus, qui lib. 1. de Animalibus, musculum diffinit esse neruosum membrum: & subtiliter supputando colligit, quingentos amplius musculos esse in corporibus. Duricies musculorum mitigat semen lini, ut inquit Plin. à similitudine musculi pusillæ bestiae nomen inditum est. & in mari musculus balenæ præuius & dux, cui auxilium adminiculumq; iugiter exhibet: de quo Plin. Claudianus, & cæteri. Alias muscoli significant machinas bellicas, quorum Cæsar in commentarijs, & Vegetius in 4. commemorerunt, quibus protecti bellatores subeunt muros hostiles, qui turribus ambulatorijs uia parant, itineraq; præmuniunt. Ancipiti ferro.] Bipenē signat. quæ securis est, habens ex utraq; parte latissimum & acutissimum ferrum: auctores Quintil. & Vegetius. Anceps autem dixerunt, acutum ex utraq; parte: ut Lucilius, qui ait, Veete, atq; ancipiti ferro effringam cardines. Potes etiam (si libet) exponere ancipiti, pro periculoso & dubio: ut dicat, gladijs, quorum sectio periculosa est & anceps, brachia dissecuisse: ut conueniat cum Luciano, qui dixit *ἑπιπρωί ἰριυερωί*: id est, ensibus secabant brachia. Bacchat.] furit. sic Virg. Bacchatur uates. Spiritu repletus.] Deo plenus, & ut Græcè inquit Lucianus, *ἰνδῖος*. Sauciam uecordiam.] Tales sunt, quos dæmoniacos uulgo nominant, qui anhelitus crebros & suspiratus trahentes, uacordia quadam uaticina bacchantur, furiunt, insanunt: Firmicus Maternus in secundo Matheseos assertit, homines à dæmonibus possideri, quos eijciunt, expelluntq; hi qui uulgo exorcistæ dicuntur. & quamuis sit uiolentus dæmo;

qui corpus hominū animūq; quatiat, siue ille aerius sit, siue
 æthereus, siue infernus: hominis exorcistæ iussione fugiūt,
 & præceptis eius cum quadam ueneratione terrebuntur.
 Exorcistas nostri adiuratores interpretantur, quorum in
 ecclesia ecclesiasticisq; scriptoribus frequens mentio est, ut
 optimè nosti Anisties amplissime, qui in omni literatura es
 eruditissimus: in ecclesiastica uero eruditione ita antestas
 reliquos episcopos, sicut dignitate præcellis. *Qua domi
 ni præsentia.*] Quidam legunt, quasi deūm præsentia: ut
 sit sensus, Præsentia deorum & numine afflatis homines
 debilitatur, & languore quasi quodā præpediti ægotāt:
 & ita homines non sui dicuntur, possessi numine, & spiri
 tu dæmonis. alioqui homines non sui dicuntur, qui serui
 sunt: quales etiam dici possunt sacerdotes, qui se addixerūt
 religioni. *Infit.* Incipit. *Incessere.*] culpate, castiga
 te, reprehendere. *A. Gel. in 9.* Incesserat quempiam Taurus
 philosophus seuera atq; uehementi obiurgatione. *Desi
 gnasset.*] commississet, peccasset. Significanter locutus est:
 nam designare (ut docet Donatus) est, rem nouam facere
 in utranq; partem, & bonam & malam. *Terent. in Adel
 phis:* Quæ antehac facta sunt omitto, modò quid designa
 uis? *Alibi annotauimus designatores dici, qui ludis fune
 bribus præsunt:* ut apud Horatium. quos & pro illis acci
 pere possumus, qui præsunt pompæ funebri ordinandæ, ut
 loco suo singuli prodeant. *De suis manibus.*] Fanaticus
 sacerdos proclamatur, se quippiam peccasse in religionē deæ
 Syriæ sanctissimam, propter quod poena dignus esset. hæc
 autem poenæ suamet manu sibi infligere uelle, ut ita ipse
 sibi fieret tortior, & quasi *ἑαυτὸν τιμωρούμενος*, hoc est
 seipsum plectens, cruciansq;. *Arrepto flagro.*] Antiqui
 seruos

seruos flagriones dixerunt, à flagris: ut uerberones, à uerberibus. Flagratores quoq; dicti homines, qui mercede flagris cadebantur. Describitur flagrum, quo Syriaci effæmi nati semetipfos cadebant, ut ita sub sanctitatis prætextu irrepentes animis superstitionum, corradere pecuniã, & fierent æruscatores: hoc est, æris quasitores. Seneca id genus homines denotans, sic scribit: Cum sistrũ aliquis concutiens ex imperio mentitur, cum aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atq; bumeros suspensa manu cruenat, concurritis & auditis. Plaut. quoq; docet, ariolos solitos hoc aucupij genere grassari, sic enim scribit in Truculento: Num obsecro: nam ariolus, qui ipse se uerberat. Græci flagrum appellant *μάστιγα*: unde mastigia comicis poetis pro seruo uerberone, & flagris digno. Ex eadem origine Virgiliomastix, Ciceronimastix, Homeromastix, pro detractorib; uituperatoribusq; Virgilij, Ciceronis & Homeri. Proprium gestamen. Ut regum diadema, Imperatorum paludamentum, pontificum galerus, lituus augurum, sunt insignia: ut Cynicæ familiæ gestamina baculus & pera: ita Syriacorum semiuirorum peculiare gestamen erat flagrum, quod tenijs, hoc est uittis & infulis lanestribus concinnatum, per fimbriarum prolixarum casuras diductum fuisse significat, ossiculisq; talorum durioribus obarmatũ. Fimbriæ extrema uestium partes sunt, quæ casuratim recisæ diffecantur, inde fimbriatum, per casuras læcinatum. Plin. urticas esse refert folio fimbriato. Casar usus est lato clauo, ad manus fimbriato. Græci *κράσιον* seu fimbriam uocant. Tessellatum.] quasi per tesselas distinctum, & numerosis per interualla talis contextum. Paulo infra catenatum pecuinis ossibus dicit, quod nunc

talis ouium tessellatum. à figura quadrata tesserae, tessellæ,
 tessellatum, deducuntur. hinc tessellata pauimenta dicta,
 de quibus in primo Suetonij commentario. Multijugis.]
 innumeris, multis, copiosis: ut iam dictum est. Talis ou-
 uium.] In quadrupedibus solidipedes talos nõ habent, quæ
 bisulca sunt habent. Item digitatis non sunt, neq; prioribus
 pedibus omnino ulli, sed posterioribus tantum: si Aristoteli
 & Plinio auctoribus credimus, quibus utiq; credi conue-
 nit. Græci astragalos uocant: inde astragalizontes à Pli-
 nio dicti, pueri talis ludentes. De differentia talorum qui
 astragali, & tesserarum quæ cubi in aleatorio ludo nun-
 cupantur, abunde scripsi in libro Annotationum, & in cõ-
 mentarijs Tranquilli. Homo talum non habet. itaq; quan-
 do Plinius, Celsus, Apuleius, & ceteri talum in homine ap-
 pellant, acyros & per quandam quasi similitudinem lo-
 quuntur. Consimiliter uidetur Apuleius improprie dixisse
 talos in ouibus: si uerum est, quadrupedibus digitos haben-
 tibus non inesse. Annotandus est hoc in loco error interpre-
 tis Luciani. nam cum Lucianus ita scribat Græcè, *in τῶν
 ἀσφαλῶν μάστιγι πάλιν*, interpretis sic interpretatur:
 Fuste ex neruis facto me uerberant: Quis non uidet homi-
 nem, uel mediocriter cruditus, turpi inscitia lapsum esse?
 Verùm omissa aliena insectatione, tu sic interpretare: Fla-
 gro ex talis ouium ferientes. astragalos enim talos inter-
 pretamur. Astragalũ quoq; dici pro uertebra ceruicis, no-
 tum est, apud Homerum, scribentem Elpenora fractis a-
 stragalus ceruicis, lapsu scalarum exanimatum esse. Suidas
 astragalon dicit esse *σπένδυλον τῶν τραχηλῶν*. Quinetiam
 astragalus in ædificijs ponitur à Vitruuio, inter herbas à
 Plinio. Indidem.] ex eo flagro. Commulcat.] quasi
 feriendo

feriendo demulcet, per quod significat, Syriacum sacerdotem suspensa manu & leui sese uerberasse, ita ut non citra dolorem & cruciatum sanguine effuso cruentus illiceret, traheretq; mortales ad sui contemplatū. Multinodis.] multos nodos habentibus, & talorum aspredine cruciantibus. Contra plagarum dolores.] Auctor est Plinius, homini praesidium esse salutare, spiritum cohibere contra plagas. Quod inuentum fuit animalis cui nomen est meles: siquidem in metu sufflata cute distenta meles, ictus hominum & morsus canum arcent. Solum.] terram. Profectu.] sectione. adijcit Lucianus, linguam quoque eos exertasse, & exertam dissecuisse. Sanguinis effeminati.] illorum scilicet Syriacorum, qui modò semiuiri, modò effeminati, modò cynædi, à mollicie & fluxura nuncupantur. Lucianus, μαλακῶν αἵματος dixit: id est, mollis sanguinis. Sanguinem conspiceret asininum.] Lucianus: ἵδὼ δὲ τὰ πρῶτα ὄσων τὰ πρῶτα ἐτρικον ἰσως, μόνον τι χερσὶ τῆ διὰ τοῦ ὄσων αἵματος γίνετο. id est, Ego hæc cernens in primis timebã, ne asinino sanguine opus esset deæ. Hanc Luciani sententiam paulum deuius noster Lucius inuertit. Vnde fit, ut ita corrigendum esse existimem, ut pro conspiceret legas concupisceret, & erit sensus: Ego existimaui, ne stomachus deæ desideraret sanguinem asininum, sicut solet interdum lac humanum expeti. Dulcissimum est hominis lac (ut inquit Plinius) maximeq; alit, mox caprinum. Quidam asininum bibendo liberati sunt podagra, chiragraue. Codex manuscriptus non habet hominum lactem, sed boum lactem: ut de lacte bubulo intelligas, quod medicatius est, & quo aluus maximè soluitur. Lactem autem dixit ex ueterum declinatione, a

pud quos lactis & lactere lecto casu dicebatur.

Pulsam carnis
 ficinam dedere.]
 Purior lectio est,
 et sensus lucidior,
 si legis *pausam*
carnificinæ dede-
re. signat enim,
 post *pausam*, id est
 quietem & cessaa-
 tionē lacerationis
 & uerberationis
 factam, pecunias
 collegisse à circū-
 stantibus, quarum
 extorquendarum
 causa talia facti-
 tauerat. *Pausa* res
 quies dicitur, &
 cessatio alicuius
 rei. Dicitio uulga-
 ris & uernacula,
 qua & eruditi
 quoq; usitati sunt.
 Lucilius: *pausam*
 facit ore loquēdi.
 Q. Claudius in an-
 nalibus: *Pugnæ* fa-
 cta *pausa* est. Lu-
 cretius: *Concur-*

Sed ubi tandem fatigati, uel
 certē suo laniatu satiati, pul-
 sam carnificinam dedere, sti-
 pes areas, imò uerò & argen-
 teas, multis certatim offerenti-
 bus, sinu recepere patulo: nec-
 non & uini cadum, & lactem,
 & caseos, & farris & filiginis
 aliquid, & nonnullis ordeum
 deæ gerulo donantibus, aui-
 dis animis corradētes omnia,
 & in sacculos huic quæstui de
 industria præparatos farcien-
 tes, dorso meo congerunt, ut
 duplici scilicet sarcinæ ponde-
 re grauatus, & horreum simul
 & templum incederem. Ad-
 istum modum palātes, omnem
 illam depradabantur regio-
 nem. Sed in quodam castello
 copia lætati largioris quæsticu-
 li, gaudiales instrunt dapes.
 A quodam colono, fictæ uati-
 cinationis mendacio, pinguis-
 simum deposcunt arietem, qui
 deam Syriam esurientem suo
 satiaret sacrificio: probetq; di-
 sposita cœnula, balneas obeūre

ac dehinc lauti, quendam fortissimum rusticanū, industria laterum atq; imis uentris benè præparatum, comitem cœnæ secum adducunt: paucisq; admodum prægustatis olusculis, ante ipsam mensam, spurcissima illa propudia ad illicitæ libidinis extrema flagitia, infandis uirginibus effertantur, passimq; circumfusi nudatum supinatumq; iuuenem execrandis uredinibus flagitabant.

vere, nec dare passam. Stipes æreas.] nūmos & asses ex ære. Lucianus ait collegisse ὄβολοις καὶ ἀράχομας. Et uini cadum & lactem.] Lucianus, ἀλλὰ ἰσχάλας, καὶ οἶνον, καὶ τυρὸν καὶ ἄλλοις ἰσθῶν, καὶ πυρρῶν μέλιανον, καὶ καὶ βῶν τῶ ὄνου. id est, A-

lius ficos dedit, & uinum, & casei cadum, & tritici medimnum, nec non & ordei, quod asino esset pabulū. Quod Lucianus medimnū dixit, scito apud Græcos medimnum nomen esse mensuræ, accipiq; pro modio. Aufonius in Grypho ternario medimna pluraliter posuit, neutro genere, cum ait: Hinc Bromij quadrantal, & hinc Sicana medimna: Hoc tribus, hoc gemmis tribus explicat usus agendi. Quadrantal autem, ut id quoq; habeas tanquam auctarium, amphoram significat. Plautus: Anus hæc sitit, capit quadrantal. Siliginis.] De siligine, quæ species est tritici, & delicia de pane filigineo, qui erat lauticissimus delicatissimisque, scripsi affatim in Commentarijs Tranquilli, ex auctoritate plurimorum. Dea gerulo.] Asinum dicit, qui gestabat deam Syriam. Corradentes.] colligentes: ut supra dictum est. In sacculos.] Siccut marsupia, crumena, scortea, mantica, solles, bulgæ, fisci,

fisci, sacciperones, niduli dicuntur receptacula nummorum: ita sacci, sacculi, sacceli, sunt repositoria pecuniaria. Iuuenalis: Ignoret quantum ferrata distet ab arca Sacculus. Horatius: Congestis undiq; saccis Indormis inbians. Apud Iurisconsultos saccularij accipiuntur pro fraudulentis impostoribus, qui uetit. as in sacculo artes exercentes, partē subducunt, partem subtrahunt: quos Vlpianus ait plusquam fures esse puniendos. Horreum & templum incederē.] Festiue, nec minus scite dictum horreum & templum. Asinus enim incedit ut templum, quatenus gestat decē Syriae simulachrū, quod illi uenerabantur: incedit ut horreum, quatenus ordeo, tritico, siligine, reliquisq; quae horreo contineri solent, onustus gradiur. Palantes.] Erratici, palabundi. Castello.] Græcè νόμιον. Quæsticuli.] Lucelli: diminutiuum est à quæstu, sicut à lucro lucellum. M. Tullius: Conuenire potest aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum caelo, terra, rerumq; natura. A' colono deposcunt arietem.] Dy boni quam saepe hoc uideri contingit in territorio nostro, ut quaedam hominum mendicabula sub religionis prætextu tanquam ministratores sint, antistitesq; diui Pauli & Antonij circumeant castella, pagos, uillas, & quibusdam affarijs uaticinationem mentientes, prospera denunciantes, diuos quos palam iactant propitios futuros spondentes, ab rustico hoc bruto & credulo poscant & accipiant arietem: ab illo gallinas, oua, caseum: ab alio porcellum, ab alio superstioso & attonito tritici sestarium. Vnde fit, ut suffarcinati esculentis, facti muneribus rusticanis domum redeant, gaudentes gaudium genuinum, quod mentes simplicium uilliconum & muliercularum illuserint, sefellerint, & deceperint: qui

qui forinsecus sancti & tristes, intrinsecus dissoluti & intercutibus uilijs madentes, inuadunt corda uillaticæ nationis. Nam urbicis (utpote uafricia pollentibus) non facile est imponere. Scitè itaque & salubriter Portius Cato & Columella præcipiunt, ne uillicus ariolum consuluisse uelit, ne aruspices sagasq; admiserit: quoniam hæc hominum genera uana superstitione rudes animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellunt. Esurientem.] Lactantius irridens illudensq; sacrificia ethnicorum, in 6. diuinarum institutionum sic scribit: Mactant opimas ac pingues hostias deo quasi esurienti, profundunt uina tanquam sitienti, accendunt lumina uelut in tenebris agenti. Obsecunt.] adeunt, accedunt. Lauti.] loti. Imis uentris.] Pura & honesta elocutione designat iuuenem mutoniatum, & genitalib. uastis monstrabilè, quæ ima uentris sunt. prisca id genus homines uiriliores appellant beneuafatos, monobiles, mutoniatos, & (ut noto uocabulo utar) mentulatos. Spurcissima propudia.] Syriacos sacerdotes dicit, qui ob prostitutam pudicitiam meritò ita nominantur. nam propudium cum maledicto dici putant eum, à quo pudor & pudicitia procul sint. Plautus: Quid ais propudiu? Spurcum quoq; præter cæteris significationes dicitur obsecnum, impurum, lutulentum. Hinc Plautus spurcas noscetes. Spurcare quoq; est scedere. Plaut. Spurcatur nasum odore illutibili. Celsus Iurisconsultus ait, agi posse Aquilia cum eo, qui uinum spurcauit. id est, ut nos interpretamur, aqua immixta corruptit. ueteres enim spurcum uinum dicebant, aqua dilutum, aut igne tactum. Illicite libidinis.] posticæ, præposteræ, infandæ, qua uir uirum inicit: quæ libido iure poli & iure fori interdicta illicitaq; est, de

qua Laetantius in 6. sic refert: Idem mares maribus admiscuit, & nefandos coitus contra naturam contraq; institutum dei machinatus est. Plinius in x, masculam hanc ob/cœnamq; libidinem taxat his uerbis. In hominum genere maribus diuerticula Veneris excogitata omnia scelere naturæ. Iurisperiti tradunt, præsidem seuerissimè animaduertere debere in stupratorem serui. Hieronymus in libris contra Iouinianum, quod in Decretis quoq; canoniceis 32. q. 7. scriptum leges de illicita Venere, sic tradit: *Venus naturalis & licitus est, sicut in coniugio: illicitus, sicut in adulterio: cōtra uerò naturam semper illicitus, & proculdubio flagitiosior atq; turpior, quem sanctus Apostolus & in masculis & in foeminis coarguebat: damnabiliores intelligi uolens, quàm si in usu naturali uel adulterando, uel fornicando peccarent. Si Mercurius fuerit male positus, & Venus in domo Mercurij, ad puerorum concubitus præpostero amore semper impellit. Item: Venus cum Marte in domo Saturni decernunt, ut cum cynædis publicis impura libidinis cupiditate iungantur. Infandis uirginibus.] Corrige inguinibus, siue uredinibus. Dicitio illa uirginibus hoc in loco cassa, futilis, & nugatoria est: nihilq; ad intellectum Apuleianum pertinens. Quadrat autem, siue inguinibus, quod placet legis, siue uredinibus: ut statim subiungit, dicuntur autem uredines, ardores. priuio tus, incentiua libidinum: ab urendo deductum nomen. Lucianus, *ἡ πασχον ἰν τῷ κομῆτι ἕνα στωιδῆ ἠγὲ φῆρα τειούτων ἀνοοῖσις κινώσασις ἑὸ.* id est, passi sunt muliebria, quæ talibus impuris cynædis iucunda sunt.*

Porrò quires.] Lego pròb

Nec diu tale facinus meis oculis to

lis tolerantibus, porrò Quirites perclamare gestiui: sed uicuatam cæteris syllabis ac literis præcessit o tantum, sanè clarum ac ualidum, & asino proprium, sed importuno planè tempore. namq; de pago proximo complures iuuenes abactum sibi noctu perquirentes asellum, nimioq; studio cuncta diuersoria scrutantes, intus ædium audito ruditu meo, prædam absconditam latibulis ædium rati, coràm rem inuasuri suam, improuisi conferto gradu se penetrant: palamq; illos, execrandas fœditates obeuntes deprehendunt. Iam iamq; uicinos undiq; partientes, turpissimam scenam patefaciunt, insuper ridiculè sacerdotū purissimam laudantes castimoniam. Hac infamia consternati, quæ per ora populi facile dilapsa, meritò inuisos ac detestabiles eos cunctis effecerat, nos tē ferme circa mediam, collectis omnibus, furtim castello facestūt: bonaq; itineris parte ante iubaris exortum trans-

quirites, ut sit uox exclamantis Quirites: sicut dicitur Proh Iupiter. uel potius emēda, ô ô Quirites: subsequitur enī auditū esse O tantum. Lucianus inquit, αἰ ἀβού οσα ὦ σοῦ οχάρης ἔβλαυσα. id est, Exclamare uolui, ô Iupiter infeste. Præcessit o tantum.] Ioculariter hoc totū, cum asinus ruditum faciens, o personare uideatur. In Scythia non sunt asini. ideoq; olim Dario asini ducti in Scythicam expeditionem, rudētes per turbarunt equos Scytharum: & cū Scythæ sæpenumero Persas adorirentur, eorum equi ex asinorum

audita

audita uoce con-
sternati auertebā
tur, arreclis auri-
bus stupefacti in-
solentia uocis asini-
nae, & formae
quam nunquā au-
dissent, uidiſſētq̄.
Septē abhinc an-
nos equus grada-
rius mihi dono da-

acta, iam die claro solitudines
auias naſti, multa prius secum
collocuti, accingunt se meo fu-
neri: deaq̄ uehiculo meo subla-
ta, & humi reposita, cunctis
stramentis me renudatum, ac
de quadam quercu destinatū,
flagro illo pecuinis ossibus ca-
thenato uerberantes, penē ad
extremas confecerant mortes.

tuſ à ſcholastico Boemo, quoties asinos uidebat audiebatq̄;
rudentes, hinniebat, resiliebat, perturbabatur in tantum,
ut penē excuteret sessorem. Sed cum agminatim asinorum
greges quotidie illi occurrerent (sunt enim apud nos fre-
quētiſſimi) tandē assueuit minus ac minus in dies pertur-
bari. nam (ut inquit ille) nihil assuetudine maius. Ego qui
apud Arist. Pliniū, Herodotū & ceteros lectitauerā, in
Scythia & regionibus frigidis non gigni asinos, nihil de-
mirabar illa equi agitatione, qui insolens asinorum, noua
bestia & forma & uoce ab initio consternebatur: mox
exuta omni per consuetudinem formidine simul mansita-
bat, simul interdum pabulabatur. Adeo multa, quae prima
inspectione uidebātur formidolosa, paulatim mox cog-
nita contemnimus. Abactum.] abduētū, subreptum, quasi
ab abactoribus. Intus aedium.] intra aedes, intra do-
mum. Archaismos figura est. Ruditu.] Ut hinnitus eo-
quorum, balatus ouium, barritus elephantorum, ita ruditus
uox est asinorum. Lucianus, ἀκούσας τῆς μεγάλης βοῆς αὐ-
τῶν. id est, audientes me uoce magna clamantem introgre-
diuntur.

diuntur. Latibulis ædium.] Secretaria dicit, & loca in
 domo latebrosa atq; arcana. sic & latibula ferarum di-
 cuntur in siluis atq; spelæis. Coram rem inuasuri.] Leges
 & iura permittunt, ut homo rem suam coram occupet, ubi
 bicunq; eam inuenerit. Obeuntes.] peragentes uenerẽ
 obscenã, & infandam, operantes illicitæ libidini. Lucianus,
 καταλαμβάνουσι τοὺς νιναιδίου ἀπὸ τῶν ἐνδοῦ ἰσχυρῶν
 μέσους. id est, deprendunt cynædos infanda intus operan-
 tes. Vicinos partientes.] id est, cum uicinis communi-
 cantes, impartientesq;. Lucian. ἰνδομύκτης ὄλη τῆ νόμῳ
 τῶ λήγῳ δίδωναυ τῶν ἐπίου τῶ ἀσέλγειου. hoc est, excu-
 rantes per totum castellum, sermone diuulgauerunt sacero-
 dotum impudicitiam. Scenam patefaciunt.] Illustrant,
 detegunt, reuelant occulta, & quasi inumbrata flagitia.
 Translatio à scena histrionica, quæ in agenda fabula &
 in egressu histrionũ conuelata, deinde patefcit. Purissimam
 castimoniam.] Ironicòs pronunciandum. ueteres di-
 xerunt castimoniam, & castitudinem, quam nos dicimus
 castitatem. Scribit Plin. in 31. garum, quod liquaminis ge-
 nus est, ad castimoniarum superstitionem, etiam sacris Iu-
 dæis dicatum esse. Consternati.] perturbati, concussi,
 pauesfacti: est enim consternatio quædam subita concita-
 tio ex aliquo metu, à sternutamento deducta, eo quòd toto
 corpore concutimur. Facile dilapsa.] Nihil fama infa-
 miaq; uelocius, nihil uolaticum magis: cur (inquit Tertul-
 lianus) malum est fama? Quia uelox, an quia plurimum
 mēdax, quæ ab uno exorta diffunditur in populos, & per
 aures serpit ac linguas. Corrige obiter illud ex apologenico
 Tertulliani: Necesse est exinde intra duces linguarum &
 aurium serpat. ex inscita distinctione factus est inscitissimè

mus sensus, & cōfusaneus. Tu leges, in traduces linguarū.
 nam traduces dicunt in uitibus, quasi traductiones produ-
 ctionesq; ab arbore ad arbore connexim traductas. Plin.
 Columella, Tacitus, & ceteri, de traduce genitura ex cor-
 pore in corpus meminerunt, item Rufinus & Hieronym.
 Sic fama eleganter dicta à Tertulliano est serpere in lin-
 guarum traduces, & aurium, propterea quod fama in his
 qui loquuntur, & his qui audiunt, traducitur, & quasi ser-
 pendo per linguas rumigerulorum, & aures curiosorū ca-
 pit incrementum. Faceffunt.] discedunt, abeunt. Pacu-
 uius: Faceffite omnes hinc: id est, abite. interdum faceffere
 significat facere, ut iussa faceffunt. Ante iubaris.] ante
 solis ortum. iubar dicitur stella lucifer, à splendore diffusō
 in modum iubæ leonis. auctores Varro, Festus, & gram-
 matici omnes. Pacuuius: Exorto iubare noctis, decurso itio-
 nere. Solitudines auias.] inaccessas, infrequentes. auius
 homo, qui longè à uia est. Lucianus, *ἡ ἀδὴ ὑπὸ τοῦ ἰσθμοῦ
 τῆς Ἰωνίας καὶ τῆς Ἀσίας*: id est, postquam fuerunt in uia solitudine.
 ἡ ἴση. Græcè dicitur solitudo, media producta. unde here-
 mitas dicūt solitarios, in solitudine uiuentes: hinc heremo-
 dicium apud Iuriconsultos, tit. de minoribus, dictum quasi
 desolatum ac desertum. dicitur autem heremodiciū, iudi-
 cium in quo reus absuit, quasi solitarium desertumq;: unde
 fit, ut præsidio legis restauratio heremodicij præstanda sit
 omnibus, modò doceant se ex iusta causa absuisse. In libris
 Iuriconsultorum mendose legitur hermodiciū, cum legi
 debeat heremodiciū, uocabulo inclinato ἀπὸ τῆς ἰσθμοῦ,
 ab heremo, id est solitudine, & deserto. Vehiculo
 meo.] Hic uehiculi nomine non plaustrum significa-
 tur, sed festiuiter ipsam iumentum, cuius dorsum uehiculi
 uicem

vicem præstabat dea. Destinatum.] deligatum: locutio Apuleio familiaris. Lucianus: γυμνὸν ἔδωκεν ἀποδιδόναι, id est, me denudatum alligant arbori magna. Pecuinis osibus.] Paulo antè dixit, flagrum talis ouium fuisse tessellatum. à pecore pecuinus, ut à belua beluinus inclinatur. A. Gellius, beluinus voluptates appellat gustus & tactus, quibus maxime belua delectantur. In Apologia inquit, Venerem non modo humanis animis, uerum etiam pecuinis & ferinis ad libidinem imperuare.

Fuit unus, qui poplites meos eneruare securi sua comminaretur, quod de pudore candido scilicet suo tam deformiter triumphassem. Sed ceteri non meæ salutis, sed simulachri tacentis contemplatione, in uita me retinendum censuere. Rursum itaque me refertum sarcinis planis gladijs minantes, perueniunt ad quandam nobilem ciuitatem: ubi uir principalis, & aliàs religiosus, & eximia doming reuerens, tinnitu cymbalorum & sonitu tympanorum, cantusque Phrygij mulcentibus modulis exercitus, procurrit obuiam: deamque uotiuo suscipiens hospitio, nos omnis in-

Eneruare.] succisis neruis debilitare. Pudore candido.] Ironia còs pronuncian-dum. Attende pudorem candidum nominatum, cum pudoris color sit rubicundus. Sed candidus pudor è candore & simplicitate ingenuitatis scite dictus est, qualis decet adolescentes. est enim pudor uirtutis color, & optimum in adolescente signum: ut dicebat Dica-

bat Diogenes Cynicus, & memorat Seneca. Verum hic pudor eã didus per contrariũ accipitur pro dehonestamẽto et probro sordidissimo. Simulachri tacentis.] mutæ statuæ. sic Horatius infantes Statuas eleganter dixit, pro tacentes & mutas. Potes & legere iacentis. namq; humi iacebat reposita dea Syria: ut dudũ dixit. & Lucian. inquit *ἄμαρνα νῶδον* vi. id est, humi iacens. Domini referens.] Corrigo dominæ reuerens, uel deum reuerens. erat enim hic (ut inquit) homo religiosus, & reuerens deorum, quod re-

tra conseptum domus amplissimæ constituit, numenq; summa ueneratione atq; hostijs optimis placare contendit. Hic ego me potissimum capitis periclitatum memini. Nam quidam colonus, partem uenationis, immanis cerui pinguisimum femur, domino illi suo muneri miserat: quod incuriosè ponè culinæ fores, non altiusculè suspensum, canis adaque uenaticus latenter inuaserat, lætusq; præda, properè custodiẽtes oculos euaserat. Quodamno cognito, suaq; reprehensa negligentia coquus diu lamentatus, lachrymis inefficacibus iam iamq; domino cœnam flagitante mœrens, & ut cunq; metuens altius, filio suo paruulo cõsalutato, arreptoq; funiculo mortem sibi nexu laquei comparabat. nec tamen latuit fidam uxoreẽ eius, casus extremus mariti, sed funestum nodum uiolenter inuadẽs manibus ambabus: Adeo ne, inquit, præsentim malo perterritus, mente excidisti tua? nec fortuis

fortuitū istud remediū, quod
domini providentia submini-
strat, intueris? Nami si quid in
ultimo fortunæ turbine resipi-
scis, expergitē mi auscultra, &
adueniam istum asinum remo-
to quodam loco deductum iu-
gula, femurq; eius ad similitu-
dinem perditū detractū, & ac-
curatius in protrimētis sapi-
dissimē decoctum, appone do-
mino ceruini uice. Nequissi-
mo uerberoni sua placuit sa-
lus de meā morte: & multum
conseruæ sagacitate laudata,
destinata etiam laniena, cul-
tros acuebat.

ligiosi est: uel reue-
rēs dominæ, quasi
peculiariter cul-
tor deæ Syriae.

Tinnitu cymbalo-
rum.] Cum dea
Syria & Cybele,
sue mater deum,
sit idem numē, me-
ritō cymbala &
tympana & can-
tus Phrygius illi at-
tribuantur. Tym-
panū. tubam Cy-
beles elegāter Ca-
tul. appellat. Tym-
panotuba uocabu-
lo Plautino per-

quam elegantius dicitur, qui tympanum pulsat, quem &
tympanistam uocant: sicut cymbalifam, qui cymbala tra-
ctat. Cantusq;.] Cantus etiam Phrygius dicitur propter
Cybelem, quæ Phrygia dea est: cuius Galli fanatici Phry-
gi sunt, & ceremoniæ Phrygiæ. Præterea refertur ad
Phrygiam musicam, quæ religiosa est, cuius meminit Plato
in tertio de repub. & ut Arist. in 8. Politicorū tradit, phry-
gia musica distrabit animum, ac quasi extra se ponit. &
sicut Doricam musicam probant omnes perinde ac uiri-
lem, ita Phrygiam improbant quasi effeminatam & e-
neruem. Apul. in Floridīs Phrygiam musicam dicit esse re-
ligiosam, denotans eam conuenire religionis celebritati.

Plin. ex auctoritate Pythagoræ refert, Iouem in cælo inter planetas moueri tono Phrygio, Saturnum Dorio. Idem auctor est, Marsiam in musica primùm inuenisse modulus Phrygios. Exercitus.] exercitatus. Cor. Tacitus: Ipse forma decorus, & armis equisq; in patriâ nostrumq; mo-rem exercitus. Econtrario in exercitum dicimus, in exercitatum & quietum. Macrobi. Ego Disarium nostrum in exercitum non relinquam. Placet legis excitus pro eo quod est excitatus, commonitusq;. Votiuo hospitio.] Luc. τὸν δὲ οὐ μάλα ἀσμελῶς τῆ σίνις ὑπέδρατο. id est, deam ualde de lubens domi suscepit. Capitis periclitatū.] Lucianus μέγαν κίνδυνον, id est, magnum periculum adijisse tradit. Immanis cer.] Dissentit à Luciano, qui non cerui, sed asini siluestris femur fuisse scribit, his uerbis: τῶν φίλων τῆ τῶ διαπύου τῶν ἀγρῶν ἐπίμαψι δῶρον ἔδου ἀγρίου μῆρον. id est, quidam ex amicis domino donum misit femur asini siluestris. Ne autem putes absurdum absonumq; esse id quod tradit Lucianus, uidelicet asininam carnem esitari: scito priscos habuisse in delicijs ganeæ onagros, id est, asinos siluestres. Mecænas (auctore Plin.) pullos asinarum epulari instituit, multum eo tempore prælatos onagris. Pullis onagrorum ceu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. de quibus celebre est illud epigrammatarij poetæ. Dum tener est onager, solaq; lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet. Ad hæc Galenus, maximus medicorum, tradit, Alexandrinos uesci carne asinina, camelinaq;. Ponē.] post: aduerbium est. Virg. Ponē subit coniunx. Incuriose.] negligenter. Canis uenaticus.] Lucian. plures canes refert καδγαίνε, id est, furtim introeuntes, inuasisse femur. Negligentia.]

Lucian. μάγειρ & παυμιά ἀπώλιον. id est, coquus per negligentiam perdidit femur. Mærens.] mærore luctuq; confectus. Arrepto funiculo.] Lucian. ἔγω κρημάραι ἐκώτιν ἐν τοῦ τραχήλου. id est, decrevit seipsum collo suspendere. Funestum nodū.] laquei nexum, quo se pensilem facere destinaverat. Adeo ne, inquit.] Apud Lucian. uxor coqui sic inquit, μὲν ἀπόθνησκει ὃ φιλῶται, μὲν ἀδυμῖα τριαῦ τῆ δὴς σιωπῆν. ἡ δὲ μὲν & γὰρ μὲν πρᾶξις τῶ πάντων. hoc est, o coniunx amantissime, neq; moriaris, neq; tristitia te ipsum conficias: mihi ausculta, bene perages omnia.

Mente excidisti.] Malum impendens, & pavor, sæpe hominem mente deturbat, facitq; attonitum ac desperatum, iuxta illud: Tum pavor omnem sapientiā mihi ex animo expectorat. Domini providentia.] Purior lectio est, Deūm providentia, pro deorum. Fortuitū remedium.] Asinum dicit, cuius femur pro femore cerui iubet apponi, ut hoc remedio forte oblato tutus euadat infortunium.

Fortunæ turbine.] impetu, fragore, agitato, sic M. Tul. fortunæ fulmina dixit, translatio est à turbine tempestatis. Bst autem turbo repentinus flatus, proxima quæq; prosterrens. circa terras concipitur ac fertur, ideoq; arbusta radicitus euellit, & quacunq; incumbit solum nudat, silvas interim & tecta corripuens. inferior ferè nubibus, utique nunquam altior. turbo in orbem uertitur. turbinum motus uagus & dissectus, & uertigosus. turbinis rotunda facies in eodem uestigio uersatur, & in columnæ modum circumagentis se uoluitur: auctores Seneca, Plinius, Apuleius in Cosmographia, & cæteri. Valerius Flaccus: Ruit ille polo, noctemq; diem Turbinis in morem. Turbinis recti figura metæ contraria est, illa enim fastigiatur in acutū, latior

in imo: hic imo angustissimo, dilatatur in summo: ita ut meriò dici possit, metam inuersam esse, turbinè reëctum. Cor homini turbinato mucrone est. turbinatio figura est pyris. Papinius in Siluis (ut in lib. Annotationu' curiose anno tauimus) turbinem ruentem eleganter posuit pro meta. Expergite.] uigilanter, ut aduerbium sit. potest etiam accipi pro casu uocatiuo, ut exponas Expergite pro expergescete, excitare, euigilans. Expergo enim usurpatur pro expergescacio, & expergitus pro expergescactus & uigilans. Sãtra, Vocis expergita somno. Ad similitudinem perditu.] ceruini scilicet femoris, quod canis inuaserat. In protrimentis.] Protrimenta dicuntur edulia minutim trita, concisaq;, qualia hodieq; in pulmentarijs plurima concinnantur, ex carnib. frustillatim sectis: à tritura dicta protrimenta, quasi à proteredo: sicut insicium, ab infectione dictum. est autem insicium (ut id quoq; in transcursu explicemus) pulmenti genus, ex infectis & minutatim tritis carnibus confectum, quod difficile digestu est: causam refert Macrobius in ultimo Saturnalium. Apud Apitium crebra mentio est de insicijs, & multiformis concinnatio. Econtrariò Retrimenta dicuntur excrementa & feculentia. Macrobius in 7. In uentre fit prima digestio, cuius sex retrimenta sunt, quæ per intestina inferiora orificio trudente labuntur. Item retrimenta sanguini dicit inesse, hoc est feculentam materiam. Item, aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in uescicam trahi, intelligens stercora & urinam. Verberoni.] coquum dicitur, qui inter famulicia erat apud priuos. Plin. in conuestione luxus, coquos emi singulos pluri quàm equos conqueritur. Idem tamen refert, coquos non habitos esse in seruitijs, eosq; ex macello
conduci

conduci solitos. scribit Paulus Iurif. consultus, seruis lecticarijs legatis si idem lecticarius sit, & coquus, quod accedit legato. Verberones autem dici seruos dignos uerberibus, quis nesciit quos & flagriones nuncupant. Græcè mastigia dicitur, ut antè explicatum est. Conferuæ. Juxoris. Lucianus: ὁ δὲ μάγειρος τῆς γυναικὸς ἰκανώτατος τὸ βούλομα, ἀφ' ἧς ἴσθι οὐδ' ἂν γύνακ' αὐτῆς, καὶ τοῦτο μόνον τῷ ἴσθι τὰς μάστιγας φρονεῖ ἵχα. id est: Coquus uxoris consiliū laudans, ὁ coniunx, inquit, optima, hæc sunt, & hoc solo opere uerbera effugere possum. Laniena.] De laniena, in qua carnes uenduntur à lanijs, supra dictum est. hic Laniena si gnificatur laniatio ipsa, & sectio femoris asinini: sicut carnicina modò pro loco, modò pro ipsa excarnificatione & cruciatu ponitur.

ARGUMENTVM LIBRI Noni.

Hic nonus liber continet astum asini, quo lanienam euasit. Sequitur alterum periculum, quo rabiosus creditus, auxilium aquæ potus acquisiuit. Narratio fabellæ de scemina maritum illudente, cuius amator sub specie empiroris in dolo fefellit. fors captiosa Syriacorum sacerdotum, furtumq; deprensus. Descriptio pistorijs operis, cui fuit mancipatus. Explicatio fabularum de adulterijs impudicitiaq; feminarum lepidissima: domini rursus mutatio, à pistore ad hortulanum facta translatione. Dirum familiae infortunium. hortulani in militem abactorem insultatio: asini occultatio & prospectus.

Obarmabat.] Sicuti obambulare dicimus, aduersum alios ambulare, & quasi ambulanti sese opponere: ita obarmare dici uidetur, contra alium sese armare. hæc enim particula Ob interdū poniur pro contra & aduersus: sic obrogare est, contra legem ferre nouam rogationem: sic obloqui, aduersus alium loqui: sic obtrektor dicitur, qui facit quid contra re ete tractatem: sic obuariator, qui aduersus quempiam occurrit, obstans quo minus is re etum iter conficiat: sic pleraque alia est inuenire in ueterum libris, ex hoc fonte deriuata. Laniena.] Laniatum & sectionem. Vinculo arrupto.] Lucianus: *πέρας τὸν ἰουάννα, id est, ῥῆπος λору.* Græci

Sic ille nequissimus carnifex contra me manus impias obarmabat. At ego, præcipitante consilium periculi tanti præsentia, nec expectata diutina cogitatione, lanienam imminentem fuga uitare statui: protinusque uinculo, quo fueram deligatus, arrupto, cursu me proripio totis pedibus, ad tutelam salubrem crebris calcibus uelitatus. illicoque me raptim trãscursa proxima porticu, triclinio, in quo dominus ædium sacrificales epulas cum sacerdotibus deæ cœnitabat, incõtanter immitto: nec paucarum rerum, apparatus, cibarij, menses & id genus impetu meo collido, atque disturbo. Quæ rerum deformi strage paterfamilias commotus, ut importunum atque lasciuum me cuidam famulo curiose traditum, loco certo aliquo clausum iussit cohiberi, ne rursum conuiuium placidum simili petulantia dissiparem.

enim *μαύρα* lorū dicit, unde himantopedes Plinio & Solino, populi in Africa loripedes, quibus serpēdo ingredi natura est. Calcib. uelitatus.] Signat se quasi calcitronē factū, & crebris calcibus omnes à sese abegisse in fuga, ne ullū esset offendi. ulū. translatio à contentione uelitū militum, & congressione. Qui sint uelites, quæ uelitatio, quid uelitari, persæpe dictū est. Incunētāter immitto.] Sine ulla cunctatione & mora currens, infero me intra cœnaculum, in quo dominus cū sacerdotib. de & Syria epulabatur, quos Lucianus *cynædos* uocat, ut iam diximus. Lucianus *ἱμαυ ἀρόμω ἔσω, ἰνδα ἰδείπυροι κίταδοι σὺν τῷ δεσπότη τῶν ἀγγέλων. ἰνταῦδα ἐν ἀραμῶν, ἀνὰ τρία πάντα τῶ οὐκισα τῷματι, καὶ λυχνίαν καὶ τραπίσας.* id est, Subuerto omnia saltatione & candelabra & mensas. Id genus.] Huius generis: elocutio usitatissima. Paterfamilias.] dominus ædiū, & ut Græcè dicitur, *δεσπότης*. Seneca libro Epistolarum moralium sexto: Omnem, inquit, inuidiā maiores nostri dominis, omnem contumeliā seruis detrahentes, dominum patremfamilias appellauerunt, seruos familiares. hoc idem Macrobius in Saturnalibus: Sane quando dicimus patrefamilias, illud familias indeclinabile est, & genitiuus est singularis à Græco ductus (ut docet Seruius.) si autem paterfamilie dicere uoluerimus, iam non erit unum nomen, sed locutio declinabilis: ut dicamus, hi patresfamilie, horum patrum familiarum. ille dicitur agere bonum patrefamilias, qui quæ à parentibus accepit, maiora efficit. Lasciuum.] Lucianus dixit *ἀγέφυρον*, id est, strenuū & petulantē. Petulantia.] procacitate, lasciuia à petendo petulantia, sicut à procando, id est, poscendo procacitas nominata est. hoc dos petulcos dixit poeta, pro lasciuos

et exultantes, uidelicet ab appetendo: unde et meretrices petulcas, hoc est procaces uocamus.

Astuto cōmen-
to.] hoc meo inuē-
to callido et astu-
tulo. Astutos calli-
dos dicunt, ab a-
stu, id est ciuitate:
quoniam urbici
sunt rusticis calli-
diores, astutiores,
uasrios. Laz-
nij.] Coquunt di-
cit, qui lanienam
parauerat, et cul-
tros ad femur asie-
ni lanandum exa-
cuerat: lanij autē,
qui et laniones di-
cuntur, à lanian-
dis pecoribus: si-
cut et lanista dic-
ti, qui lanandis
præsunt gladiato-
ribus. Custo-
dela.] custodia: sic
fugela, cautela, sic
alia sexcenta per
diminutionem u-
surpantur. Sa-

Hic astuto commēto scitule
munitus, & medijs lanij mani-
bus ereptus, custodela saluta-
ris mihi gaudebā carceris. Sed
nimirum nihil fortuna reuēn-
te licet homini nato dexterum
prouenire: nec cōsilio prudenti,
uel remedio sagaci, diuinæ
prouidentiæ fatalis dispositio
subuerti uel reformari potest.
mihi deniq; id ipsum cōmen-
tum, quod momentariam salu-
tem reperisse uidebatur, peri-
culum grande, immo præsens
exitium conflauit aliud. nam
quidam subito puer, mobili ac
trepida facie percitus (ut fami-
liares inter se susurrabant) ir-
rumpit triclinium, suoq; an-
nunciat domino, de proximo
angiportu canem rabidā pau-
lo antè per posticā impetu mi-
ro sese direxisse, ardentiq; pror-
sus furore uenaticos canes in-
uasisse: ac dehinc proximum
petisse stabulū, atq; ibi pleraq;
iumenta incurrisse pari sequitia,
nec

nec postremū saltem ipsis hominibus pepercisse. nam Mytilium mulionem, & Ephestionem cocum, & Hypatauiū cubicarium, & Apolloniū medicum, immò uerò & plures alios ex familia abigere tentantes, uarijs moribus quemque lacerasse: certè uenenatis moribus contacta nonnulla iu-mēra, efferata simili rabie. quæ res omnium statim percussit animos: ratiq; me etiā eadem peste infectum ferocire, arreptis huiuscemodi telis, mutuoq; ut exitium cōmune protelarent cohortati, ipsi potius uesaniæ morbo laborātes persequuntur. nec dubio me lancis illis & uenabulis, immò uerò & bipennibus, quæ facile famuli subministrabāt, membratim compilassent, ni respecto subiti periculi turbine, cubiculū in quo mei domini diuertebant, protinus irrupissē. tunc clausis obseratisq; super me foribus, obsidebāt locum, quoad sine ullo concessione sua periculo, pestilentig letalis

lutaris carceris.] Salutarem carcerem accipe pro loco, in quo clausus iussu domini cohibebatur tutus, & citra lanienæ periculum. Nihil fortuna renuente.] Sententia catholica, qua significatur, nihil prosperum prouenire posse mortalibus, inuita & aduersante fortuna. Cōsimile est illud apud poetam memoratissimū: Heu nihil inuitis fas quonquam fidere diuis. Scribit Cebes philosophus in Tabula eorū qui fortunā circumstant, alios gaudere, alios tristari: qui à fortuna quæpiam acceperūt, hi ridere uidentur, à quibus

à quibus etiā ἀγνο
 δὲ τύχη, id est, bo
 na fortuna nuncu
 patur. qui uerò fle
 re ac manus pro
 tendere uidentur.
 hi sunt à quib. ab
 stulit quæ ante tra
 diderat, à quibus

κακὴ τύχη, id est mala fortuna nominatur. Dexterū.] pro
 sperum, secundū, felix. Nec cōsilio.] In hanc sententiā
 scribit Plaut. in Pseudo: Centū doctū hominū consilia hæc
 deuincit dea fortuna. Fatalis dispositio.] ἀναγκη, id est,
 fatum & necessitas, amba sibi inuicē indiuiduo connexa
 sunt glutino: ut inquit Trismegistus. Fatū inexorabile est,
 ut poetæ canūt: Desine fata deūm flecti sperare precādo.
 Fati uis inauerfibilis, immobilis, insolubilis est: & (ut in
 quit Apul. in Cosmographia, ineffugibilis est necessitas fa
 ti. Memoratissimus est uersiculus ille Cleāthis, quem Sene
 ca latinū fecit: Ducunt uolentē fata, nolentem trahūt. &
 ut à Tertull. dictū est, fato stat Iuppiter ipse. De fato di
 uis Augustinus, Chrysippus, M. Tul. Firmicus Maternus,
 & agminatim omnes. exclamat Manlius, Fata regunt or
 bem, certa stant omnia lege. Ad ipsum.] Lege, id ipsum.
 Momentariā.] breuē, & momento temporis datā: Quin
 til. momentosam apium rapinam decenter appellat, quæ
 momento fit in floribus decerpendis. Percitus.] com
 motus, perturbatus. Angiportu.] quod exitum non hæ
 bet, ac peruiū nō est. Angiportū dicitur (ut interpretatur
 M. Var.) ab angendo & portu. Angustum autē, id est ar
 ctum.

peruicaci rabie possessus ac pe
 resus absumerer. Quo facto,
 tandem libertatem nactus, so
 litaræ fortunæ munus amplex
 xus, super constratum lectum
 abiectus, post multum equi
 dem temporis somnum hu
 manum quieui.

Etum. Donatus gr̄maticus Angiportū esse dicit angustam
 & curuā uiam: alij, quòd inter portus sit locus angustus,
 hoc est inter domos, quas ueteres portus dixerunt. dicitur
 Angiportū & Angiportus, neutro genere & masculino,
 in secundo & quarto ordine. Terent. in Adelphis: Id qui-
 dem angiportū peruiū non est. Horat. Flebis in solo leuis
 angiportu. [Canem rabi.] Canes rabidi per astatē ma-
 ximē fiūt, propterea quòd natura sicci, fiūt sicciores aestu,
 ut docet Alexander Aphrodisius in problematis. Arida autē
 calefacta cōflagrant. hinc fit, ut furentes quasi in phrene-
 sim conuertantur, ipsorumq; uirosa saliuā sit. Quod autem
 conflagrent, ex eo liquet: crebrò anhelant, riētū oris patue-
 lo, ad captandum aeris frigus. Non utiq; omnes canes in ra-
 biem aguntur: sed illi potissimū qui sunt siccissimi. Canicu-
 la exortu, ut inquit Plin. canes maximē agi in rabiem non
 est dubium. Columella auctor est in 8. arceri rabiem cani-
 bus, qui morbus letifer est, si catulorum caudae post diem
 qua dragesimū quā sunt editi castrantur morsu, neruusq;
 abrumptur, qui est per articulos spinæ. Quin etiā uermis
 miculus est in lingua canū, qui uocatur à Græcis littarquo
 exempto infantibus catulis, nec rabidi fiūt, nec fastidiū sen-
 tiunt. [Per posticā.] per partē adiu posteriorē, ostiumq;
 posticū: namq; posticū ostium dicitur, in posteriore parte
 adiu. uicinū quoq; habitantē ad posteriorē domus, antiqui
 posticū appellauerunt. Deniq; q̄ ante nos sunt antica, quæ
 post nos postica dicitur. Cæli quoq; partes quatuor dican-
 tur (auctore Varrone) sinistra ab Oriēte, dextra ab occa-
 su, antica ad meridiem, postica ad septentrionē. & hoc est
 quod uoluit intelligi Seruius gr̄maticus, scribēs posticā ge-
 nere fœminino esse nomen augurale: sicut & antica est.

Regulam ab illo traditam non usquequaq; seruant erudi-
 ti, ut scilicet posticū neutro genere semper dicant pro par-
 te aedium posteriore, posticam uero tantum pro parte cœ-
 li septentrionali. nam ut hic noster, & alij, posticam &
 posticulam usurpāt pro postico, & parte domus postero-
 re. Virg. signat posticam, cum ait, Postesq; relictī à tergo.
 Plautus in Trinummo, posticulum hoc recipit, cum aedes
 uendidit. Interdum adiectiuum est nomen: ut apud Auso-
 nium, Postico uulnere fessor. apud Iuriconsultos Tit. de
 usufructu, posticas poni legimus pro hostijs partis aedium
 posterioris, ubi scribit Iulianus: Si aedium ususfructus lega-
 tus sit, non permitti legatario posticas uertere, uel refugia
 aperire, & atrium immutare. excolere enim quod inuenit
 potest, qualitate aedium, non immutata. Incurrisse.] in-
 uasisse, impetisse. Ephestionem.] nomen est coquo ac-
 commodatum. Græcè enim ἠφαιστος dicitur Vulcanus, unde
 Ephestiades insulæ dictæ Vulcaniæ. Ad Vulcani autem
 uolentiam (ut inquit Plautus) apponit coquus edulia. Ce-
 lebratissimus est Ephestion ille Alexandri amicissimus,
 quem olim ipse alterum Alexandrum esse dixit: cuius obitu
 tanto mœrore confectus est, ut equos mulosq; totonderit.
 ut urbium pinnas diruerit, ut medicum cruci suffixerit, ut
 tibias & instrumenta musica id genus diu in castris canere
 uetuerit: quem in funerando Ephestione decem milia ta-
 lentum impendisse, auctores tradunt. Hypatauium.]
 Potest uideri nomen deductum à uerbo Græco ὑπατάω,
 quod significat ago consulatū, & excollo. Sic ὑπατὴς con-
 sul dicitur & eximius, ut ita cubicularius inter alios pri-
 marius significetur. Apollonium medicū.] Nomen est
 medico conueniens, quod ueluti ab Apolline medicina deo
 deriuatum

deriuatum uideri potest. De Apollonio mago, quo nihil uenerabilius, nihil sanctius, affatim Philostratus scribit, & ceteri commemorerunt. Venenatis morfibus.] Rabidi canis morsus, inter uenenatos letiferosq; numeratur. Morsum quoq; hominis (ut refert Plin.) inter asperros numerauerunt. ut auctor est Cor. Cels. omnis fere morsus habet quoddam uirus. & si rabiosi canis morsus fuerit, cuius curbitula uirus eius extrahendum est. Ferocire.] ferociter scuire, & surere. Peste infectum.] eodem ueneno contactum. Protelarent.] propulsarent, excluderentq;. Alias protelare est percutere, alias adiuuare. de hoc uerbo, suo loco dictum iam est. Vesania morbo.] Morsus a cane rabioso rabidi sunt. cui uesania occurritur ce rebello gallinaceo: auctor Plin. Sensus est: Qui, inquit, me efferatum ex morsu canino, ac ferocientem scuire existimabant, persequebantur: sed illi ipsi magis insaniebant, cum nulla ego peste, nulla rabie penitus uexarer. Membratim compilassent.] per membra, per frustra dissecuissent, ita ut nec pilum in toto corpore essent relicturi. Plaut. in hanc sententiam inquit: Iam ego te faciam, ut hic fornicæ frustulatum differat. Turbine.] impetu & procella: de turbine ante dictum. Cubiculum irrupissem.] Lucian. ἰὺν δὲ ὄρον τὸ θεῶν τὸ μέγιστον, ἀπέμυ δὲ τὸν κέντρον τοῦ οὐρανοῦ, ἔνθα οἱ ἄνθρωποι κοιμῶνται: ἔνθα οἱ ἄνθρωποι. id est, Ego uidens periculi magnitudinem, cursu intra cubiculum irrumpe, ubi domini mei dormire debebant. Concessionis periculo.] ingressionis & introitus, quo concedentes, introcutesq; essent periclitati. Pestilentia letalis.] morsum canis rabiosi constat esse pestiferum, & exitialem non solum hominibus, sed etiam pecori. Pesusus.] Vis ueneni

nati morsus penetrās uitalia populatur, & sensim peredit
 absunitq; animantē. Solitaria fortuna.] Ambiguit̄ uideri
 potest, utrū solitariā fortunā dixerit pro solutā & usitatā,
 an à solitudine: quoniam solus in cubiculo fuerat relictus.
 Somnū hu. quie.] Antea in stabulo inter iumenta ut asinus
 humi quieuerat: nunc in lecto delicato constrato more ho
 minum cubans, somnum cœperat humanum, non beluinū.

Mollicie cubi.]

Implet corpus so
 mnus plenus, &
 molle cubile: ut
 tradit Cor. Celsus.
 econtrario exte
 nuat corpus som
 nus breuis, & du
 rū cubile. Re
 fota.] refocillata,
 recreataq;. refocil
 lato animo dixit A.
 Gel. pro recreato,
 exbilaratoq;. Al
 tercari.] Verbis
 disceptare, & ser
 mocinari. Quin
 til. altercationis
 orationis præce
 pta dat, imprimis
 docens opus esse
 ingenio ueloci, ac
 mobili animo præ

Iamq; clara die, mollicie cu
 biculi refota lassitudine, uege
 tus exurgo: Atq; illos, qui meq;
 tutelæ peruigiles excubias agi
 tauerant, ausculto de meis sic
 altercari fortunis. At hunc cine
 miserum istum asinum iugi fu
 rore iactari credimus? immò
 uerò iam uirus in crescente sæ
 uitia prorsus extinctum. sic o
 pinionis uariæ terminum ad
 explorationem conferunt: ac
 de rima quidam prospiciunt,
 sanum me atq; sobrium ociose
 consistere. iamq; ultro foribus
 patefactis, plenius, an sim iam
 mansuefactus, periclitantur.
 Sed unus ex his de cœlo mis
 sus mihi sospitator, argume
 tum explorandæ sanitatis meę
 tale commonstrat ceteris, ut a
 quę recentis completā pelue m
 offerret

Offerrēt potui meo. Ac si intre-
pidus, & more solito sumens,
aquis adlibescerē: sanum me,
atq; omni morbo scirent expe-
ditum: contra uerò, si uisum
contactumq; laticis uitarem
ac perhorrescerem, pro com-
perto noxiam rabiem pertina-
citer durare. hæc enim libris
pristinis etiam proditum ob-
seruari solere.

senti & acri. idē
præcipit, ut alter-
cator bonus uitio
iracundiæ careat,
ne turbidus ac cla-
mosus sit. in alter-
catione plurimū
ualet acumen.

Huncine.] Hunc
ne: siccine, pro
sic'ne dixit Pro-
pertius, locutione

usitatissima. Iugi su.] perenni, continuo, perpetuo. in-
ter elephantes & dracones iugis discordia est, inquit So-
lin. id est, perpetua. A. Gel. Iugi concordia fidissime, ami-
cissimeq; uixerunt. Iugiter aduerbium est, quod significat
perpetuò, continetè, perennitèr. Dictio est protrita &
frequens apud scriptores idoneos. Horat. in 2. Sermonum
Hortus ubi, & tecto uicinus iugis aquæ fons. Virus.]
Venenum: inde uirulenti dicti serpentes, & Horatio uirus
lenta pro uenenata. Virus apud Pliniū propè peculiari-
ter significat modò asperitatem odoris, ut uirus alarum &
modò asperitatem saporis, ut stagnum illiūm aeris uasis
compescit æruginis uirus. modò genituram, ut uirus uer-
rinum ex scropba à coitu exceptum priusquam terram at-
tingat, grauitati auriū prodest. item potentiā ac uim nate-
ralem: ut, nec satis est generationi per se coitus, nisi editis
ouis, inter se uersando mares et fœminæ uitale asperferint
uirus. Hinc uirosus deriuatur. à copia scilicet uenenorum
dixit Virg. Virosaq; Pontus castorea. ubi interpretes ex-
ponunt

ponunt *castorea uirosa*, pro *fecdi odoris* & *execrandi*:
 Ego uerò existimo ita legendum, ut *pontus uirosa* dica-
 tur, sitq; id *epibeton* copulandum cum ea dictione pōtus,
 non autem *castorea*. Pontum autem uirosam perpetuo, bo-
 noq; *epibeto* dici, quasi feracem uenenorū. constat enim,
 uenena copiosissima gigni in *Ponto*. quod & idem poeta
 significat scribens: *Has verbas, atq; hæc Ponto mihi lecta*
uenena, ipse dedit Mæris; nascuntur plurima Ponto. quane-
 do *fæminam uirosam* & *locus fæmineos uirosos* dici le-
 ges, scito à uiro deruari, quasi appetens uiri, uirilisq; con-
 cubitus: in quo significatiu (ut *suprà* annotaui) magis di-
 cendum est *uiriosa mulier*, & *uiriosi loci*, hoc est, *genitas*
liæ fæminæ uirum inhiantia. Foribus.] scilicet cubicu-
 li, intra quod irruerat *asinus*. Periclitantur.] expe-
 riuntur, & periculum faciunt: id est, tentamenta. hinc *pe-*
riclitabundus, faciens periculum, id est, experientiam. *A-*
liàs periclitari significat periculum subire, & *clade affi-*
ci. hinc locus *Epigrāmatistæ*, *Periclitatur capite Sotades*
noſter. *Sospitator*.] cōseruator, ac salutifer. *Aquæ*
recen. compl. pel. of.] medicamentum morſi à *rabido can-*
ne est, si aqua non expauescat, si aquā audeat attingere.
nam (ut inquit *Plin.*) in morſis *lætales aquæ metus*. scri-
 bit *Philoſtratus lib. 6. de uita Apollonij* rem dignam an-
 notatur: uidelicet quòd *rabiosus canis* momordit *adoleſcen-*
tem, qui ex eo morſu *caninos mores* cœpit *repræſentare*.
etenim *latrabat ut canis*, & *instar quadrupedum pedibus*
manibusq; gradiebatur. *Apollonius infortunium adole-*
ſcentis miseratus, præcepit *canem illum* inquiri, qui *iuue-*
nem momordisset: quem *perductum, attractumq; iussit*
lambere morſum, ut uidelicet *idem medicus eſſet*, qui *uul-*
neris

neris auctor exiitisset. quo facto, repente uuenis ex morbo refocillatus, haustam ex Cydno fluuio aquam bibit, sanatusq; est. canis quoq; iussu Apollonij fluuium ingressus, cum in eo aliquandiu innatasset, ex morbo conualuit. Galenus in lib. de Sectis, scribens de discordia empiricorum & dogmaticorum medicorum, refert medicum empiricum alia medicina usum esse, in sanando eo qui a rabido cane morsus fuerat, alia uero dogmatisten: ubi docet, morsum asperiorē esse, qui factus sit a cane rabido in cynocautate. dicitur aut cynocautata aestus caniculares. etenim (ut antē diximus) ex oriente canicula canes potissimū agitur in rabie, estq; ea rabies id temporis homini pestifera. idem auctor est, homines ex morsu canis rabidi aquam metuentes mortuos esse: docens remedium, aquam non expauescere. Cuidam uirulento morsu rabidi canis infecto, apposita est aqua perlucida & egelida; in qua cum canis idolum apparuisset, homo timens caninam in undis imaginem, pra timore exanimatus est. Alij dicūt, quod aquam bibit, & ideo mortuus sit. Verūm (ut inquit Galenus) non quia aquam biberit, ideo interijt, cum aqua pro remedio sit: sed quia timuerit. ubi enim morsus a cane aquam timet, actum de illo est. nam (ut inquit Ouid.) Tolerare nodosam nescit medicina podagram, Nec formidatis auxiliatur aquis. Eleganti uocabulo Græco hydrophobos uocant, qui ex morsu canis rabidi aquam timent: qua dictione utuntur & nostri. Plin. in 29. Est limus salina sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non patitur. Hydrophobia uero dicitur ipse morbus, ex aquæ metu proueniens. Apud Galenum in libello de Theriace mendoſe, legitur hydrophobia, pro hydrophobiae

phobia: quod quemadmodum medici recentiores intelligant, non discutio. Corrigendus est hoc potissimum loco error alter, & mendum tollendum ex codicibus Cornel. Celsi, apud quem lib. 5, sic passim legitur, capite de morfu rabiosi canis: Solet autem ex eo uulnere, ubi parum occursum est, aquæ tumor nasci: hydrophlogas Græci appellat. Ego olim cum enarrarem Corn. Celsum, nihil subesse mendosum suspicans, exponere solebam tumorem aquæ flammæ, & quasi ignium gigni ex uulnere, quod fecisset rabiosus canis: quod morbi genus Græci ab aqua flammida, & corpus tumidum urente, hydrophlogas uocarent, uocabulo deflexo ab aqua quæ Græcè ὕδωρ, & φλγῶ comburo. Sed cum ex morfu rabidi canis nihil tale nasci inter medicos constet, uideo re curiosius pensitata, puriorem uerioresq; lectionem esse, si ita scribis: Aquæ timor nasci, hydrophobos Græci appellant. hæc est scriptio uera, erudita, sincera: & ita Corn. Celsum scripsisse, indubitanter affirmo. timor enim aquæ, non tumor, innasci solet morfu à rabido cane. Tales autem timentes aquam, Græci hydrophobos uocant, à uerbo Græco φοβέουα, quod significat timeo, & ὕδωρ aqua. Huusce autem castigationis in Cor. Celfo me submonuit, & quasi conuiuentem expergescit, meus ille gentilis & cognominis Philippus Beroaldus minor, adolescentulus apprimè doctus, & græcam latinamq; linguam bene callens, qui dum sitienter φιλαρίστη, hoc est Philippum imitatur, & per nostra uestigia it: iam ex scholastico factus est professor, etsi nouitius, non tamen proletarius, me in presentia effingit, me habet archetypum: nihil proximus, sed interuallo non longo proximus. MOX.

ut spero & opto, nos & nostra transcendens longius pro-
 curret atq; emicabit. Video ex hac doctrinarum scintilla
 lucem maximam, fulgentissimamq; maturissime eruptu-
 ram. & (ut inquit ille) meliorem praeſto magiſtro di-
 ſcipulum: ſicut lator factura manum mearum, ita gaudeo
 in nobis impleri uetus adagium, quod eſt, πολλοι μαδταί
 ηρείτεροι διδασκάλου, multi diſcipuli meliores praecepto-
 ribus. Laus doctōris eſt, profectus diſcipulorum iuuat me,
 quod ſicut ego ſucceui gloriæ praeceptoris mei Franciſci
 Puteolani, uiri doctiſſimi, magna cum laude: ita mihi ſuc-
 creſcat gentilis meus, non minus probitate ſpectatus, quàm
 eruditione conſpicuus: qui me amat ut neceſſarium, colit
 ut parentem, obſeruat ut doctōrem. erit pulchrum, & ad
 poſteros memorabile (ſi modò monumenta noſtra, ut au-
 guramur, ſunt futura diuturniora) duos Philippos in
 gente Beroalda, non obſcuro in ſtudijs literarum nomi-
 nis, inter profeſſores humanitatis non poſtremos eo-
 dem tempore effloruiſſe: ſicut olim tres in gente Curio-
 num continua ſerie oratores exitiſſe memorantur. Sed
 iam ad propoſitum regrediamur, redeamusq; ad hydro-
 phobos, id eſt, aquam metuentes ex morſu canis rabioſi.
 Vnicum remedium eſt, hoc miſerrimo genere morbi op-
 preſſum, nec opinantem, in piſcinam non antè ei pro-
 uiſam projicere: & ſi natandi ſcientiam non habet, mo-
 dò merſum bibere pati, modò attollere: ſi habet, interdum
 deprimere, ut inuitus quoq; aqua ſatietur. ſic enim ſimul
 & ſuis & aquæ metus tollitur. Plin. ait, quòd lacinia ſub-
 dita calici infecta menſtruo diſcutit metum aquæ & potus.
 Verum ne quid ſciens præteream, ad rabioſi canis morſum
 pertinens, non omittam id quod apud Auicennã medicorũ

nobilissimum legi, qui scribit, homines à rabioso cane mor-
 sos in aquæ metu lachrymare: qui quotiens aquæ propin-
 quant, imaginantur canem, & ex eo interdum timent, in-
 terdum nullo metu perturbantur: quandoq; talis ex siti mo-
 ritur: aliquando desiderat aquam, dein proclamat: nonnun-
 quam sorbens aquam strangulatur. fit etiam ut latret sicut
 canis: & sæpe talis ad mordendum alterum hominẽ pro-
 pensus est. ante aquæ metum curatio morbi huiusce in pro-
 ximo est. Dixit Ruffus, quosdam non terreri ex aqua, &
 uolutabris per humum delectari. Illud adde, ipsum quoque
 rabiosum canem sæpe affici aquæ metui: & si quando
 obuius aquæ factus sit, in tantum eam formidat, ut pili in-
 borrescant, & totus contremiscat, & nonnunquam ex ea
 formidine moriatur. talibus canibus lingua exerta est, &
 os spumabundum, saliuæ spumosa, nasus fluens. Ob hoc dixit
 Lucanus in 6. Pharsalia: Non spuma canum, quibus
 unda timori est. Pelucm.] Peluis uas aquarium est, in
 quo uaria perluuntur: unde & nomen. Peluia uasa sunt,
 quibus pedes lauantur: ut malluiciæ, quibus manus. Græci
 ἀνατορ peluim dicunt. Aquis adlubescerem.] libens ac-
 cederem. Plaut. in Milite: Hercle uerò iam adlubescit pri-
 mulum Palastrio. ubi adlubescit positum est, pro eo quod
 est incipit lubere: hoc est, placere. Visum laticis.] Si
 aquam uel uidere, uel tangere expauescerem, si hydropho-
 bos essem: talibus enim (ut antè dictum est) metus aquæ
 letalis est. Plin. hoc morbo genus pauoris nomine intelligi
 uult, cum ait in 32. Cinis cancrorũ seruatus prodest pauo-
 ri, prodest periclitantibus ex canis rabiosi morsibus.
 Noxiam.] pestiferã & letalẽ. Libris pristinis.] libris
 priorũ, antiquorumq; scriptorum, qui talia prodiderunt.

Isto placito, uas immane cōfestim aquæ perlucidæ de proximo petita fonte, contantes adhuc offerūt mihi. At ego sine ulla mora progressus, etiam obuiο gradu satis sitiēter, pronus & totum caput inuergēs, salutare uerē equidem illas aquas hauriebam. Iamq; & plausus manus, & aurium flexus, & ductum capistrī, & quiduis aliud periclitantium, placidē patiebar: quoad contra uesanam eorum præsumptionem, modestiam meam liquidō cunctis approbarem. Ad istum modū uitato duplici periculo, die sequenti rursus diuinis exuuijs onustus, cum crotalis & cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad uiam: nec paucis casulis atq; castellis oberratis, diuertimus ad quēpiam pagum urbis opulentæ quondam (ut memorabāt incolæ) inter semiruta uestigia conditum: & hospitio proximi stabuli recepti, cognoscimus lepidam de adulterio cuiusdam pauperis fabulam, quam uos

Isto placito.] cum illud omnib. placuisset. Contantes.] Quasi adhuc dubitantes adire propius asinū, quem ferocire existimabant. Salutare aquas.] Meritō salutare dixit, quæ & sitim extinguerent, & salutis causa essēt asino potāti, cui⁹ sal⁹ ex haustu aquæ consistebat: cū alioq; potuisset uideri rabiosus, et ob hoc noxi⁹ mortis periculo. Hauriebam.] ebibe-
bam. De multiplici huiusce uerbi significatione protrita sunt omnia, & annotāt grammatīci. Plausus ma.] Accusatiuus est casus numeri pluraliui.

Palma cū palma etiam cognoscatis uolo.

collata, plausum

facit: auersæ inter se manus collisæ, non plaudunt: auct. Se-
neca in 2. q. Hic plausus manus accipe pro manuū tracta-
tione, qua iumenta molliter tractare solemus, & cum sibi
lo allectare: in quam sententiã ait poeta, Manibusq; lacessit
Pectora plausa canis, & colla comantia peccunt. I-
tem aliubi inquit, Plausum ceruicis amare. Periclitan-
tium.] tentantium, explorantium. Liquidò.] manife-
stè, & apertè: aduerbium est. Ductum capistri.] Quæ
dispositis rebus accedunt, non sunt disposita (ut scribunt iu-
riscons.) ut puta si equus cum capistro. nam solus equus des-
positus est, Duplici periculo.] Duplex periculū ideo dicit,
quia euasit lanienã coqui, & impetū eorum qui eum tanq̃
efferrum uesanumq; ex morsu canis obruncare uoluerant.
Diuinis exuuijs.] Simulachrū deæ intelligit, unã cum spo-
lijs & reliquo apparatu sacerdotali. Exuuiæ ab exeūdo di-
ctæ sunt, sicut induuiæ ab inducdo. Plaut. in Menæchmis:
Induuiæ tuæ, atq; uxoris exuuiæ. Mos fuit antiquorum, in
foribus & circa limina domorum affigere hostium exu-
uias & spolia, quæ nec emptori refringere liceret, quæ et-
tiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Crota-
lis.] sonoris instrumentis, quibus Syriaci sacerdotes &
Galli Cybeleij utebantur: de quibus antè dixi. Circum-
foraneum.] Oppidò quàm eleganter & perquàm scitè di-
citur a sinus, gerulus deæ Syriæ, mendicabulū circumfora-
neum, quoniã illa circū fora & cõciliabula circumlata pe-
cunias & res alias emendicabãt. Circūforaneus appella-
tur, qui circum fora discurret & uagatur: quales uaticini
sunt, & pharmacopole. M. Tul. in oratione pro Cluẽtio:

Tum repenit Anconitanū quendam L. Clodium pharmaco-
 copolam circumforaneum, qui casu in Latium uenisset, ag-
 greditur. non longē ab similes à circūforaneis sunt circito-
 res, qui à circūcundo dicti uidentur. Qui (ut docet Vlpia-
 nus tit. de institutoria actione) uestes circumferunt & di-
 strabunt. In re militari circitores uocantur, qui uigiliis mi-
 litum circumeāt, & renunciēt si qua emerferit culpa: quos
 & circuitores appellant. De mendicabulo Plaut. in Aulus-
 laria: Memorare nolo hominum mendicabula. in Floridis
 Lucius noster, palliata mendicabula decentissimē appellat
 homines mendicos, qui pallio tenui philosophos imitauer,
 sub quorū habitu mendicitas ostēditur: in quibus nihil est
 sancti, nihil philosophi, prāter palliū: ut nō immeritō cele-
 bretur ille, qui dixit in hominē id genus, Palliū & barbā
 uideo, philosophū non uideo. Oberratis.] circuitis, lustra-
 tis. Semiruta uestigia.] Denotat in ruinis, uestigia; di-
 ruta urbis pagum cōditum fuisse. Lucanus: At nunc semi-
 ruti pendēt quoq; mœnia tectis. Lepidā de adul. fabu.]
 Cum duo sint genera facietiarum, alterum fufum, alterum
 peracutum & breue: in illo genere lepōris perpetuō excel-
 lens est Lucius noster, qui interserit fabellis lepidissimas,
 & facetosa urbanitate oblectantes: ut non minus his face-
 tijs placeat, lepidisq; narratiunculis, quā serij scriptores
 doctrina seria & graui. Hic est illi sermo Milesius, cu-
 ius in principio huiusce operis affatim commemorat: quem
 Lucianus λέγει μιλῆσιον appellat, quo fabularis narra-
 tio concinniter explicatur.

Gracili pau.]

Is gracili pauperie laborās, Ioānes Boccacius
 fabriles operas prabendo, eloquio uernacu-

lo disertissimus, cōdidit centū fabulas argumento & stilo lepidissimo, festiuiss. moq;: inter quas Apuleia nam hanc inseruit, transposuitq; cōmodissime, non ut interpres, sed ut conditor: quam fœminæ nostrates non surdis auribus audiunt, neq; inuitæ legunt. nos quoque Mythopolon, hoc est opificem fabellæ Lucii nostrū latialiter perfonantem, & graphicè lepidissimeque explicantem inaudiamus, legamus, pensitemus, auribus, oculis, ac nimis lubentibus: cum talibus egressionum amœnitatibus non solum lectores, uerū etiam

paruis illis mercedibus uitam tenebat. Erat ei tamen uxorcula, etiam satis quidem tenuis & ipsa, ueruntamē postrema lasciua famigerabilis. Sed die quadam, dum matutinò ille ad opus susceptū proficiscitur, statim latenter irrepit eius hospitium temerarius adulter: ac dum Veneris colluctationibus securius operantur, maritus ignarus rerum, ac nihil etiam tale suspicās; improuisus hospitium reperit. Iamq; clausis & obseratis foribus, uxoris laudata continentia, ianuā pulsat, sibilo etiam presentia suam denunciante. Tunc mulier calida, & ad huiusmodi flagitia perastutula, tenacissimis amplexibus expeditum hominē, dolio quod erat in angulo semiobrutum, sed aliàs uacuum, dissimulanter abscondit: & patefactis œdibus, adhuc introeuntem maritū aspero sermone accipit. Siccine uacuus & ociosus, insinuatibus manibus ambulabis mihi, nec obito consueto labore uitæ nostræ prospicies, &

& aliquid cibatum parabis? at ego misera per noctem & per diem lanificio nervos meos contorqueo, ut intra cellulam nostram saltem lucerna luceat. Quanto me felicior Daphne uicina, quæ mero & prandio matutino satia, cum suis adulteris uoluitur.

cōmentatores reficiantur. Inter paupertatem & pauperiem differentia hæc est, quod paupertas honestæ p̄simoniæ nomē est, usurpaturq; pro fortuna mediocri: pauperies uerò e-

gestas dicitur, quam optimo epitheto immundam dixit Horat. scribens in epistolis, Pauperies immunda domus procul absit. Alias pauperies significat damnum: quod & Iuriconsf. docent, Tit. si quadrupedes pauperiem fecisse dicitur. Græcè paupertas dicitur πτωχία, pauperies uerò πτωχεία: de qua festiuiter scripsit Aristophanes in Pluto. Fabriles operas.] Signat pauperē uitam sustentasse ex mercatoribus, quas colligebat locando operas fabriles. opera enim in actu consistit, & (ut inquit Caius iuriconsultus) in hominis usufructu operæ sunt, & ob operis mercedem, operis serui legatis (inquit Terentius) usum datum intelligi, & ego didici, & Iulianus putat. interdum operas pro ipsis hominibus, & seruis accipimus, ut apud Ciceronē: Fugatæ sunt operæ Clodiana. & apud Horatiū: Accedes opera agronona Sabino, Vxorcula,] Ut & sorore sororcula, sic ab uxore uxorcula, per diminutionem dicta. Tenuis.] paupercula. Famigerabilis.] τῶν μισῶν dictio, nam & in bonam & in malam partem famigerabilis usurpatur. hic pro famosa accipi debet, & infami. Matutino.] Absolutè dicimus matutino et matutinis, pro tempore & hora matutina.

tutina, sic Plin. in x. Coruus maturè sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolās in rostra, in forum uersus, Tiberium salutabat. Veneris collu.] Sic supra in 2. His & eiusmodi colluctationibus ad confinia lucis usq; peruigiles egimus. Operatur.] operā dant. Ignarus rerum.] Mariti, de decus uxorium, turpitudinemq; domesticam nouissimi sciunt: iuxta illud, De decus ille domus sciet ultimus. & (ut inquit Hieronymus) nouissimi mala nostra discimus. Hospitium repetit.] domum reuertitur: & dum hospitium appellat, significare uidetur illum in conducto habitasse, tanquam inquilinū. Laudata continen.] Specimen continentiae uxoriae est, clausa domus, & obserata fores, marito absente. Sibilo.] Luuius: Vi quocunq; noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur. Columella praecipit, boues sibilo allectari oportere à bubulco, ut libentius bibant. Sifilatores dixerunt ueteres, quos nunc dicimus sibilatores: & sifilare, quod nos sibilare. & erat maledica uocis significatio, atq; contumeliosa. Perastutula.] uersutior, callidiorq;. Sicut diminutiuo uocabulo uxorcula dicta, ita & uxor: uxor perastutula; qua tamen dictione nō tam significatur modicè astuta, quam ualde callida & ueteratrix. In adulterinis flagitijs scribit Aristoteles in lib. 9. de Animalibus, malitiosiores, astutiores, insidiosiores feminas esse. ediuersò mares animosiores, simpliciores, minusq; insidiosos. Expeditum.] explicatum, exolutumq; ab amplexibus, quibus innexus erat lasciuus eaderis ambitiosior. Semiobrutū.] Plin. de cellis uinarijs scribens, refert, mitioribus plagis dolia, quae sunt uasa fistilia uinaria, infodi solita terrae tota, aut ad portionem situs, caelumq; praebere. alibi uerò impositi, tectis arcerit imbecilla

imbecilla uina demissis in terram dolys seruanda, ualida
 expositis. Iurisconsulti quoq; de fundo instructo, indicant
 dolia defodi solita, scribentes: Instrumento conseruando,
 dolia, licet defossa non sint, accedunt. Item tit. de contra-
 benda emptione: Dolia in horreis defossa, si non sunt nomi-
 natim in uenditione excepta, horreorum uenditioni cessis-
 se uideri. Apud eosdem doliarium poni uidetur pro dolo
 uel cella, in qua dolia uinaria sint. sic enim scriptum est: Si
 ex doliario pars uini uenerit, ueluti metreta centum. Do-
 liaria anus festiuiter dicta à Plauto, pro uentrosa & he-
 betissima. Siccine.] Verbum est castigantis, pro sic nez-
 ita Propertius, Siccine lenie lates. Insinuatis ma.] Ex
 quotidiana loquendi consuetudine usurpatū uerbū. namq;
 uulgo sic obiurgamus ignauū, inertem, desidiosum, ut dica-
 mus, Hic insinuatis manib. sedet. Eleganter aut insinuatis
 manib. dicitur, pro inflexis, cōpressis, cōplicatis. tali enim
 habitu manus ocioforū cōprimuntur, tanq; manci uideantur.
 Liuius dixit cōpressis manibus, quod Lucius noster in
 sinuatis, docēs prouerbialē esse locutionē. Verba Liuij hæc
 sunt ex lib. 7. in hanc ferme sententiā: Quid aliud in causa
 esse credamus, cur ueteranus dux fortissimus bello, cōpres-
 sis, quod aiūt, manib. sedeat. Obito lab.] adito, suscepto,
 cōpleto. Obire laborē dicim⁹, pro adire, suscipere, cōplere.
 ait poeta, Morte obita, pro sumpta, suscepta, & cōpleta.
 Sermo obitus à Ter. dicitur in Hecyra, pro editus. Vita.]
 parto scilicet lucello, quo uita toleratur, & uictus queri-
 tur. Lanificio.] In Andria: Primū hæc pudicē uitā, par-
 cē ac duriter agebat, lana & tela uictū queritās. In ean-
 dem sententiā ait poeta, Cui tolerare colo uitā, tenuiq; Mi-
 nerua Impositū. ubi exponit Seruius, tenui Minerua pro
 paruo

paruo precio lanificij. nam hodie quoq; lanificij mercedula uitam tolerant foeminae pauperiores. Annotandum est, lanificium fuisse in usu nobilium matronarū, apud Romanos. hinc autumant scriptores idonei, in nuptijs Thalassij nomen in clamari solitum, quod lanificij signum erat, ut uidelicet hac uoce nuptiali admonerentur nouae nuptae, lanificium in maritali domo exercendum esse. Thalassio enim siue thalassius significat calathum, quod uas utiq; est lanificij aptum. inde factum est, ut sponsae (auctoribus Plut. & Plin.) colum comptā lana, & fusum cum stamine secum ferrent, & uiri ianuam lanicio coronarēt. Augustus Caesar filias & neptes ita instituit, ut etiam lanificio assuesceret. contra apud Persas inde eorum erat & sordidum, admouere lanificio manum. Ideoq; Alexander Magnus, cum olim Sisyngambi reginae Persarum captiuae lanam, purpuramq; tradi iussisset, ut conficere uestem neptes suas assuesceret, ubi cognouit ex hoc dono illam tristem esse, lachrymisq; tristitiam declarantem, ipse perueniens ad eam: Mater, inquit, hanc uestem qua indutus sum, sororum nō solum donum, sed etiam opus uides. nostri de ceperere memores, caue obsecro in contumeliam accipias ignorationem meam. ita animus reginae mitigatus est. Lanæ appellatione (ut docet Vlpianus lib. de legatis tertio) continentur quæ neta est, & quæ neta non est: ut puta stamen & substamen. succidam quoq; contineri placuit. Sed nec ea lana, ex qua quis quasi uestimentum fecerit ualetudinis uel deliciarum gratia, continebitur: nec ea quidem quæ fomentationis gratia parata sunt, uel medicinae, lanarum appellatione continentur. Neros contor.] Alludens ad rem obscenam, usa uideri potest uerbo amphibolo. nam & quæ

Quæ indulget concubitu, & quæ operoso labori distri-
gitur, cōtorquere nervos dicitur. Lucerna luceat.] Cō-
simile est illud Tibulli: Dum meus assiduo luceat igne fo-
cus. Daphne.] Proprium puellæ nomen, ex lauro du-
ctum, quæ Græcè dicitur daphne. unde chamædaphne, pu-
silla & humilis laurus. Plin. Daphnon lauretum. Famige-
rata est Daphne, ob amorem Apollinis in laurum transfi-
gurata. Apud nos hodièq; frequens est nomē Laureæ in fe-
minis, quasi dicas Daphne. Annotat Plin. nomen impo-
ni uiris latina lingua, ut Laureæ nominentur, ab una ar-
borum lauro. libertus Marci Tullij clarus, nominatus est
Tullius Laureæ.

Sic confutatus maritus, Et
quid istuc est? ait. nam licet fo-
rensi negotio officinator no-
ster attentus ferias nobis fece-
rit, tamē hodiernæ cœnulae no-
stræ prospexi. uides istud do-
lium, quod semper uacuum,
& reuera præter impedimen-
tum conuersationis nostræ ni-
hil præstat amplius, istud ego
quinq; denarijs cuidam uendi
taui: & adest, ut dato precio se-
cum rem suam ferat. quin itaq;
percingeris, mihiq; manū tan-
tis per accommodas, ut exob-
rutum protinus tradatur em-

Confutatus.]
redargutus, casti-
gatus, & uerbis
conuictus, confu-
tare enim est, uer-
bis cōuincere, &
refutare: ut in-
quit Donatus. Ve-
rū refutatio in
re est, confutatio
in persona. In ora-
tore potentissima
est confutatio.
Forēsi negotio.]
Sensus est: cū ma-
gister officinae no-
stræ hodierno die
occupatus esset ne-
gocio

gacio foreſi: ideo nos quoq; fuimus feriatu. Officina- tor autem dicitur officinae magiſter, qui operarios mercedula conductos habet: quo negocij pleno, feriatu fuerunt operarij. Vitruuius officinatorem appellat fabri- um, ſtructoremq; parietariũ, cuius probatur exactio, cum ſubtiliter aedificiũ perfectum accipitur. *Iſtud dolium.*] At- tende rem fac- tam, feſtiuaq;: ex qua, aſtutia ma- litiãq; muliebris fa- cile deprehendi- tur. nam cum ma- rius dolium illud uendidiſſet, in quo adulterũ uxor diſ- ſimulãter abſcon- derat, repente ex-

ptori. E' re nata fallacia, mulier temerarium tollẽs cachinum: Magnum, inquit, iſtum uirum ac ſtrenuum negociatorẽ na- cta ſum, qui rem, quã ego mu- lier, & intra hoſpitiũ conte- cta, iam dudum ſeptem dena- rijs uendidi, minoris diſtraxit additamento preciũ. Lẽtus ma- ritus, & Quis eſt ille, ait, qui tã- to præſtinauit: at illa, Olim ine- pte, inquit, deſcendit in doliũ, ſedulò ſoliditatem eius proba- turus. Nec ille ſermoni mulie- ris deſuit, ſed exurgens alacri- ter: Vis, inquit, uerum ſcire ma- terfamiliaſ: hoc tibi doliũ ni- miſ uetuſtum eſt, & multifra- riam rimis hiantib. quaſſum. Ad maritumq; eius diſſimulã- ter conuerſus: Quin tu quicum- que eſ homuncio, lucernam, ait, actutum mihi expedis, ut eraiſis intrinſecus ſordibus di- ligenter aptum uſui poſſim di- noſcere: niſi nos putetis æs de- malo habere. Nec quicquam moratus ac ſuſpicatus, acer & egregius ille maritus, accenſa lucerna: Diſcede, inquit, frater, & ocioſ

& ociosus adfiste, donec probe procuratū istud tibi representem. Et cum dicto nudatus ipse, delato lumine, scabiem uertustam cariosæ testæ occipit excalpere. At uerò adulter, bellicosissimus ille pufio, inclinatam dolio pronam uxorem fabri superincuruatus, securè dedolabat. At illa capite in dolium demisso, maritum suum astu meretricio tractabat ludicrè: hoc, & illud, & aliud, & rursus aliud purgandum demonstrat digito suo: donec utroque opere perfecto, acceptis septem denarijs, calamitosus faber collo suo gerēs doliū, coactus est ad hospitium adulteri proferre.

cogitata fallacia est, & strophæ astu femineo, quam maritus stupidus & brutus illudetur. Et adest.] scilicet emptor doli. Dato precio.] sine precio (ut inquit Vlpianus) uenditio nulla est. non autem precij numeratio, sed conuentio perficit emptionem: ut auctor est Caius iuriscōs. quod saepe arratur, non eò pertinet, quasi sine ar-

ra conuentio nihil proficiat: sed ut euidentius probari possit, conuenisse de precio. Quin.] Hæc particula Quin modo hortandi uim habet, & imperandi: aliàs aliter accipitur. Percingeris.] expedis te, & præparas. nam accincti sunt expeditores. Hieronymus: Accingere quæso te, accingere. econtrariò distinctos dicimus ignauos, & desides. Exobrutum.] erutum, depromptū, extrahū. Dolia enim (ut diximus) defodiebantur in cella uinaria. E're na. fallacia.] Dicim⁹ aliquādo absolute e're nata, ut inquit Donat. dicimus etiā eū adiuncto; ut e're natū exoradū, dixit Quintil. intelligi

intelligi uolens subito inuentum, & ipsa causa repente sumptum. idem aliubi gratiora esse tradit, quæ inuenta subito, nec domo allata, sed inter dicendum e re ipsa nata esse uideantur. Igitur e re nata fallacia, significatur mulieris dolus, ad fallendum maritum subito excogitatus: non domi, non ante cõpositus, sed ex ipsa re & negotio inconstanter expromptus. Temerariũ. Immodicum & solutum, qualis in temerarijs est copiosus. Magnũ uirum.] Aduuanda pronuntiatio est, cum ironia manifesta. Ego mulier.] Vis in uocabulo & sexu est: Ego mulier, quæ foris negociari non noui: ego mulier, quæ intra tecta domi continenter inhabito: mulier, quam natura finxit in ualido consilio, minusq; prudentem. scribit Aristot. in primo Politicorum, quod femina habet cõsiliũ quidem, sed in ualidũ: puer uerò imperfectũ. Xenophon in Oeconomico tradit, Virum foris parare, feminam domi parata custodire. Minoris distraxit.] minori precio uendidit. Verbu Iurisconsult. de quo supra. Abditamento.] detractio: ne ac deductione precij. cõtrarium est additamentum. alterum ab addendo, alterum ab abducendo & quasi abdicando deriuatum. Tanto præstinauit.] tam magno precio emit: absoluta locutio. Ineptẽ.] In maritum satis dicaciter. nam (ut inquit Crassus orator apud M. Tul.) quæ nos ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere ductum, quod non sit aptus: qui temporis, qui eorum quibus cum est uel dignitatis uel commodi rationem non habet: deniq; qui in aliquo genere aut incõcinnus aut multus est, is ineptus esse dicitur: quo uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. itaq; quod uim huius mali Græci non uident, nec nomen quidem ei uitio imposuerunt.

Descens

Descendit in do.] Ecce fallaciã e' re natam & subito in-
 uentam, qua persuasus maritus, illum esse emptorem doli
 credat, non adulterum. Sedulo.] Instanter, impense, di-
 ligenter. diētū sedulo, quasi sine dolo, ut interpretatur Do-
 natus. Materfamilias.] Tanquam ad ignotam directa
 locutio, ut eam appellatione honorifica appellet, matrem-
 familias appellat: de cuius proprietate diximus suo loco. Fu-
 isset enim suspiciosum, si nomine proprio eam compellaso-
 set. Id adde, quod in una familia non possunt plures appel-
 lari matresfamilias, sed una tantum: sed nec uidua hoc no-
 mine, nec quæ sine filijs est, uocari potest. Multifariã.]
 Multis in locis & partibus. Antiqui multifariam dixerūt,
 quod in multis locis fari poterat: id est, dici omnifariam,
 ex omni parte. Hiantibus.] patulis. Homuncio.]
 Homulus, diminutiuum est, nec sine probro. Aētutum.]
 Statim, sine mora. Aes de ma.] Qui æs, id est pecuniam
 de malo & maleficio partam habet, is prodigus æris esse
 solet, & in rebus emendis incuriosus: nam (ut est apud
 poetam nescio quem) male parta male dilabuntur, & (ut
 inquit Comicus noster) male partum male disperit. Est
 ergo sensus: Volo, inquit, diligenter extrinsecus eradere sor-
 des doli, ut ita introspeciam an sit futurum utibile. quæ
 curiositas adhiberi haudquaquam solet ab his qui æs de
 malo habent, & diuitias possidēt malo modo partas, qua-
 les improbant philosophi. Egregius maritus.] Ironi-
 cōs. sic illud Virgilianum: Egregiam uerò laudem. Re-
 presentem.] tibi presentem dem. Representare pecuniam
 est, presentariam annumerare. Nudatus.] exuta ueste,
 ut cōmodius doli intrinsecus sordes eraderet. Scabiens
 uetustam.] translatio ab homine, cuius uetusta scabies ex-

calpi solet, & eo instrumento quod scalptorium uocant
 effricari: quæ (ut inquit Corn. Celsus) quo asperior est,
 & prurit magis, eo difficilius tollitur. Talem scabiem a-
 griam, id est, feram Græci appellant, cum ex scabie pustu-
 læ exoriantur. à similitudine sordes doli uetustas, quasi
 pustulosas, scabiei nomine decenter expressit. Cario-
 sæ testæ.] uetustissimi doli. cariota enim (ut antè expli-
 catum est) dicimus uetusta, & putrilagine marcida. Ca-
 ries est uetustas & putrilago. Affranus: Nemo illa ui-
 uit carie cariota. Occipit.] incipit. Bellissimus pus-
 sio.] Pusum & pusionem dici puerum, sat notum est. Pus-
 sio Iuuenali est, pro puero pathico: Ciceroni & Apuleio,
 pro eleganti adultero. Valerius quoque dixit, pusionem,
 Fulvianæ stolæ Clodium adhaerentem: significare uolens,
 Fulviam à Clodio dedolatam. Cuius erat uxor.] Scio
 codices aliquantos esse, in quibus non pussio legitur, sed pus-
 gio. M. Tul. in oratione pro Celio: Tecum semper pussio
 cum maiore sorore cubitauit. Dedolabat.] subagitabat,
 expolibat, cōplanabat: in obsceno significatu. fabrorum
 uerbum est, qui dolando incuruati cōplanant materiarum
 asperitatē. Imitatus est autē Pomponium poetam, qui scri-
 psit, Dolasti uxorem. Astu mere.] Plaut. plurifariā ex-
 plicat astus, dolos, calliditates meretricum: quas qui euita-
 re potest, euitet. sed uiscus merū est blandicia meretricia,
 & (ut inquit Solomon) fauus distillans labia meretri-
 cis, & nitidius oleo guttur: nouissima autem illius ama-
 ra quasi absinthium, & lingua eius acuta quasi gladius bi-
 ceps. Digno.] indice. Horat. indice monstraret digito.
 ab indicando nomen inditū. Crassum oratorē indice digito
 usum optimè, tradit Cic. & Quintil. Viroq; opere per-
 fecto.]

fecto.] *Perfecit opus suum marcius, cum doli sordes erasit & item adulter, dum inclinatum fabri uxorem dedolauit. Calamitosus.] Merito calamitosus & miser, qui ludibrio erat uxori impudica, & geruli uicem cogebatur implere, collo gerens dolium ad adulteri domicilium.*

Pauculis ibi diebus cōmorati, & munificentia publica saginati, uaticinationisq; crebris mercedibus suffarcinati, purissimi illi sacerdotes nouū quæstus genus sibi comminiscuntur. Sorte unica pro casulis pluribus euocata, consulentes de rebus uarijs plurimos, ad hūc modum cauillantur. Sors hic erat. Ideo coniuncti terram proscindunt boues, ut in futurum læta germinent; sata. tum si qui matrimonium sorte cooptantes interrogarent, rem ipsam responderi aiebāt, iungendos cōnubio, & satis liberum procreandis. Si possessiones præstinatorum quæreret, merito boues, ut & iugum, & arua sementis florentia pronunciarī. Si quis de profectioe sollicitus, diuinum caperet auspicium, iunctos iam paratosq;

Mercedibus suffar.] pleni, repleti, instructi. dixit Hieron. nos suffarcinati auro Christum pauperem sequimur: & Augustin. ait in lib. de uita Christiana: Nonne aspiciamus, quanto auro & argento & ueste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus, doctor suauissim⁹ et martyr beatissim⁹. notissimū est illud Terēt. Video Cātharā suffarcinatā. Purissimi.] Ironia manifesta. Cōminiscuntur.] excogitant, inueniunt. Pro casulis

fulis plu.] Quæ ad
plures rusticorum
casulas esset accõ
modata. Quidam
codices habent ca
psulis, quod nõ di
splicet: ut intelli
gis, unam sortem
ex capsulis locu
lisq; pluribus euo
catam, eductamq;
à sacerdotibus, ut
multiplex uideret
tur, quæ tamen eo

rat unica. Quid si legas Casibus, ut codex manuscriptus ha
bet: ut sit sensus: Sacerdotes Syriacos inuenisse subtiliter sor
tem unicam, quæ pluribus casibus negocij; inquirentium
conueniret, & mirè congrueret. Eucata.] Quidã le
gunt enotata: quod quadrat. Consulentes.] consultores
intelligit: sic enim dicimus eos qui consilium petunt, &
sortilegos consulunt. Cauillantur.] consultores illudüt,
decipiuntq;. Ideo coniun.] Verba sorti inscripta, quo
rum intellectus ad res multiplices traduci potest. in decre
tis canonicis 26. q. 1. sortes sortilegiq; testimonijs exem
plisq; diuinæ scripturæ improbantur, ubi hoc scriptũ legi
mus: Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis per
quasdam, quas sanctorum seu Apostolorum uocant, sortes
diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunq; scri
pturarum inspectione futura promittunt. De sortibus, ea
rumq; origine, non parum multa M. Tul. in 2. de Diuina
tione;

quadrupedum cunctorũ man
suetissimos, & lucrum promit
ti de glebæ germine. Si præliũ
capessiturus, uel latronum fa
ctionem persequuturus, utiles
nec ne processus sciscitaretur,
additã uictoriã sorti præfagio
cõtendebant: quippe ceruices
hoitiũ iugo subacturi, & præ
dam de rapinis uberrimã fru
ctuosamq; capturi. ad istũ mo
dum diuinationis eius astu ca
ptioso corraferant non paruas
pecunias.

tionem: quam rem ait totam inuentam esse fallacijs, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem excogitatis. Aliàs sortes dicimus oracula, ut sæpe apud auctores: ex quo illud celebratum, Sors ipsa referenda est ad sortes.

Tam si qui ma.] Docet Apuleius. scriptorẽ sortis fuisse rebus varijs miro astu congruentem. nam si quis cõsultor, an ducenda esset uxor, interrogaret: sortem ad id respondere, uafri illi sacerdotes asseuerabant. Nam sicuti boues cõiuncti in aratione sunt causa fœcunditatis: ita homines iugali uinculo copulati, ad liberos procreãdos sunt fœcundi. Si quis consuleret, an emenda possessio esset? annuebant, ex eadem sorte interpretantes, id futurum fœlix & fortunatum. & sic sensus sortis trahabatur ad petitiones uarias consulentium. Olim sortes id genus ex uersibus Virg. conscriptæ usurpabantur. Spartianus refert, Hadrianũ Virgilianus sortes consuluisse, cum sollicitaretur de imperatoris Traiani erga se iudicio. Iulius quoq; Capitolinus, Albino tradit de fato suo consulenti sortem, his uersibus Virgilianis dedisse responsum: Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumq; rebellẽ. Præstinaturus.] empturus. Boues & iugum.] quia in sorte boues coniuncti nominantur, & quia possessiones bobus iunctis coluntur: bene argumentantes persuadebãt, talem emptionem quærenti futuram lucrosam & conducibilem. Iunctos quadrupedum mansuetissimos.] Qui profectionem parat, & peregrinari uult, per sæpe iumentis & uehiculo uehi solet: hinc boues iunctos in sorte interpretabantur, conuenire ad peregrinationem capessendam, tanquam ea futura esset iucunda & cum lucro: cum boues sint inter quadrupedes placidissimi, & lucrũ præ-

stent. Ouid. explicans boum mansuetam cicuramq; natu-
ram sic scribit: Quid miruere boues, animal sine fraude,
doloq;, innocuum, simplex, natum tolerare labores? Apud
antiquos tanta fuit huius animalis ueneratio, ut tam capi-
tale esset bouem necasse, quam ciuem: qui laboriosissimus
hominis socius in agricultura, placidissimq; est. Scisci-
taretur.] inquireret, interrogaretq;. Prasagio con-
ten.] Sors de bobus iunctis prasagium quoddam atq; pro-
gnostico esse demonstrabatur paranda uictoria bellatori.
nam boues iugo iuncti significare uidebantur, ceruices bo-
uili iugo subactas iri. Captioso.] callido, & deceptio-
rio. Sophismata, captiones, & captiuncula dicitur ab A.
Gel. quibus ueluti tendiculis & laqueis dialectici aduersa-
rios capiunt in disputationibus.

Interrogatio-
nibus.] eorum sci-
licet qui de rebus
uarijs sacerdotes
consulebant. De
fecti.] uiribus suc-
cumbentes in ar-
gumento ferendo, quie-
dam legunt, iam
reserui: hoc est, suf-
farcinati, pleniq;.
Quidam.] & cur
non inquit, uia pe-
ior illa dicenda sit,
qua fossis lutosiss
ac depressis uora-

Sed assiduis interrogationi
bus, argenti satietate iam defe-
cti, rursum ad uiam prodeunt,
uia tota quam nocte confecer-
amus longe peiorem. quidni-
lacunosis incilibus uoragino-
sam, partim stagnanti palude
fluidam, & alibi subluuie ce-
nosa lubricam, crebris deniq;
offensa culis & assiduis lapsib.
iam cotulis cruribus meis, uix
tandem ad campestris semitas
fessus euadere potui. & ecce no-
bis repente de tergo manipu-
lus armati supercurrit equitis:
agregq;

ægreq; cohibentes, equorum curruli rabie, Philebum catesrosq; comites eius inuolant auidi: colloq; constricto, & sacri legos impurosq; compellâtes, interdum pugnis obuerberât. necnō manicis etiam cunctos coartant, ac identidem urgenti sermone comprimunt, promerent ocus aureum cantharum, promerent auctoramentum illud sui sceleris, quod simulatione solennium, quæ in operto factitauerant ab ipsis puluinaribus matris domini clanculo furati, profus quasi possent tanti facinoris euadere suppliciū, tacita profectio- ne adhuc luce dubia pomeriū peruaserint. Nec defuit, qui manu super dorsum meum iniecta, in ipso dex, quam gerebam, gremio scrutatus reperiret, atq; in coram omnium aureum depromeret cantharum. Nec isto saltem tam nefario scelere, impuratissima illa capita confutari, terreri ue potuere, sed mendoso risu cauillantes: En, inquit, indignæ rei scui-

bat, sorbebatq; uis atores. Lacunosis incili.] Inciles fossa dicuntur, quæ in uis sunt, ad aquam deducendâ. Cato: Per hyemē aquâ de agro depellere oportet, in monte fossas inciales puras habere oportet. Dicimus & incilia neutro genere. Idem, incilia aperire, aquâ deducere in uias, & segetem curare oportet, uti fluat. Vlpian. tit. de riuis: Incile, inquit, est locus depressus ad latus fluminum. ex eo dictus, quod incidatur: inciditur enim uel lapis, uel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Elices quoq; non-

nulli uocant sulo
 eos aquarios, quo
 rum meminit Co-
 lumella: quibus hu-
 morem omnem es-
 liciebant, & ex-
 tra segetes deriua-
 bant. Lacunosum
 autem dici profun-
 dum, depressum,
 concauum, con-
 stat, à lacunis: quæ
 & ipsæ sunt fos-
 sæ, in quibus cole-
 lecta aqua stare
 consuevit. aquarū
 mentio est apud
 poetam, sic scri-
 bentē: Vnde caue
 tepido sudāt humo-
 re lacunæ. Sub-
 luuie.]proluuiem,
 illuuiē, subluuiem,
 ex eodem quasi
 uertice deliquata,
 nec dissimili signi-
 ficatu dicimus sor-

des, & immundicias. Subluuies Columellæ est genus mor-
 bi, in discrimine unguæ ouium nascens. sic enim tradit in
 s. de morbis ouilli pecoris scribens: Clau quoq; dupliciter
 infestant

tatem, quam pleriq; insontes
 periclitantur homines propter
 unicum caliculum, quem do-
 mini mater sorori suæ Syriæ
 hospitale munus obtulit, no-
 xios religionis antistites ad di-
 scrimen uocari capitis. Hæc &
 alias similes affanias frustra
 oblatrantis eos retrorsum ab-
 ducunt pagani, statimq; uin-
 ctos in Tullianū compingunt:
 cantharog; & ipso simulachro
 quod gerebam, apud fani do-
 narium redditis ac cōsecratis,
 altera die productum me, rur-
 sum uoce præconis uenui sub-
 iiciunt. septemq; nummis ca-
 rius quàm prius me compara-
 uerat Philebus, quidam pistor
 de proximo castello præstina-
 uit: protinusq; etiam frumen-
 to coempto affatim onustum,
 per iter arduum scrupis & hu-
 iuscemodi stirpibus infestum,
 ad pistrinum quod exercebat
 perducit.

infestant ouem, siue cum subluuies atq; intertrigo in ipso
 discrimine unguæ nascitur. Subluuies (eodem auctore) pi-
 ce liquida cruitur. Intertrigo autem (ut id quoq; transeun-
 ter attingam) morbus est, quo femina interiora inter se
 teruntur, siue equitatu aliæ de causa attrita aduruntur.
 Item si pes pedem, unguæ unguæ inter se terit, ab interte-
 rido dicta, Græcè *ωαπαρπίουατα* nominatur. Remedium
 Catonis ad intertriginē est, surculus absinthij pontici sub
 annulo, cum in uia ibis. M. Varro subtiliter docet, intertri-
 ginem esse malum, quo duo inter se trita membra lædun-
 tur. in codicibus Varronianis mendose legitur intrigo, pro
 intertrigo. De tergo.] à tergo, post tergum. Mani-
 pulus armati equitis.] armatorum equitum globus. De ma-
 nipulis supra dixi. Curruli rabie.] impetu cursorio.
 Inuolant.] uiolenter inuadunt. inuolare dicitur (ut inquit
 Donat. in 6. Æne. cōmentario) cum uiolentæ manus in ali-
 quem diriguntur. aliàs inuolare dicimus, cum aliquid fur-
 tim, in uola manus subtrahitur. Vola autem, media pars
 manus & pedis significatur. Sacrilegos.] Lucianus, ἀ-
 σέβης ἢ ἰσοπύδης ἢ ἀτάκτου, id est, impios & sacrilegos ap-
 pellabant. Collo constricto.] In ius rei collo obstricto
 & faucibus intortis trahi solent, ut diximus. Sic & Am-
 phitryonem collo obstricto trahit Plautinus Iupiter. Ma-
 nicis.] uinculis manuum. Virg. Ipse uiro primus manicas
 atq; arctæ leuari Vincla iubet Priamus. Aliàs manica, ma-
 nuum tegumenta dicuntur. Manicula uerò significat
 partem aratri, quæ manu bubulci & aratoris continetur:
 auct. M. Varro. Promerent potius.] Lego, ocuus: incla-
 mant enim milites, ut ocuus, hoc est citò ac celeriter sacer-
 dotes illi. depromerēt, proferrentq; cantharum furto sub-
 tractum.

tractum. Annotandum, aureum cantharum dici à Lucto nostro, quam phialam dixit Lucian. sic scribens, ἀνάδουαε φιάλω χρυσώλω κλέψασθε τὴν τῆν δῶ (φίσηρ. id est, oblatam phialā auream furantes intra simulachrum deæ exportarunt. Auctoramentū sceleris.] pignus ac uinculum, quod illos furti alligat, quo in furto deprensi continentur. In 3. Suetonij commentario scripsi, auctoratos uocari gladiatores, qui se uendunt ludo quasi addicti. Hinc auctoramentū pro obligatione sine precio & mercede, qua auctoratus mancipatur. Seneca lib. 4. de Beneficijs : Homine uiralem uenalis anima crebris auctoramentis accendebat. M. Tul. in 1. Officiorū : Merces, inquit auctoramentum seruitutis est. cui cōsimile est istud Apuleianū. Eo enim ferè modo dicitur auctoramentū sceleris, quo auctoramentū seruitutis. potest & simpliciter positū uideri, pro argumento, indicioq; & pignore sceleris illorum ac furti. Matris domini.] Lego matris deorum, hoc est Cybeles : quæ mater deūm nominatur. In operto factitauerant.] Opertanea sacra appellant, quæ in operto fiunt, ne prophanorū oculis polluantur. Plinius tradit, gallin. is nigras ad opertanea sacra puras non uideri. Luce dubia.] Horat. ante telucana, matuinoq; crepusculo, quando lux nondū liquida est & clara, sed crepusculascens. Prisci Grecorum primam lucem, quæ præcedit solis exortum, ἀνύλω appellauerunt; idq; tempus lycophros cognominant. Pomerium peruasferint.] id est, muros urbis & circuitum exierint. Pomerium, uerbi uim solum intuentes, postmæniū interpretantur esse. Est autem magis circa murum locus, quem in condendis urbibus consecrabant, tam interiore parte quàm exteriori: quem neque habitari, neque arari

fus erat. & hoc spatium non magis quod post murum es-
 set, quàm quod murus post id, pomerium Romani appella-
 runt. auctor Liviùs. Augures pomerium diffiniunt, locum
 esse per totius urbis circuitum, pone muros certis regioni-
 bus determinatum. Pomerium nunquã provinciali, sed Ita-
 lico agro aquisito, mos proferre apud antiquos fuit: ut do-
 cet Seneca libro de breuitate uitæ. Senecæ subscripsit
 Cornel. Tacitus his uerbis: Pomerium uerbis auxit Cæ-
 sar more prisco, quod ijs qui protulere imperium, etiam
 terminos urbis propagare datur. Illud annotatu dignum,
 quod pomeridianum non à pomerio deriuatur, sed quasi
 postmeridianum dicitur. Quintilianus, pomeridianas
 scholas appellat, quibus Aristoteles post meridiem ar-
 tem oratoriam præcipiebat. Diuis Augustinus libro
 octauo Confessionum, spectaculum Circensium pome-
 rianum uocant, quasi postmeridianum. M. Tull. in Ora-
 tore, dicere mauult pomeridianas quadrigas, quàm post-
 meridianas: & ita dicendum præcipit. Reperiret.] sci-
 licet cantharum, quem Syriaci clanculò furati in gremio
 deæ Syriæ occultauerant. Lucianus: ὄρου αὐτὸ ἐν τῷ νῆ-
 ῳ ἂν εἶδῃ. id est, inuenerunt furtum in gremio deæ.
 In coram omnium.] coram omnibus: locutio Apu-
 leio peculiaris. Impuratissima capita.] flagitiosissima,
 scdissima, spurcissima. Mendofo risu.] Sæpe ri-
 su facetoq; mendacio homines elabuntur ex crimine ma-
 nifestario. & hæc quoque disciplina rhetorica est: ut si
 obiectum sit turpe aliquid quod negare non queas, res-
 sponse ioculari eludas, & rem facias risu magis di-
 gnam quàm crimine: sicut fecisse Ciceronem proditum
 est; qui cum inficiari non posset pecuniam se domus
 emendæ

emendæ causâ à Publico Sylla reo accepisse, quam prius se accepisse negauerat: urbano dicto diluit mēdacium, & risit satis, dicens Prudentis & cauti patrisfamilias esse, quod emere uelit, empturum se negare, propter competitors emptionis. sic nunc isti impuri sacricolæ, in furto manifesti deprenti, dolo risu & astuta caullatione sacri-legium in religiosum officium conuerterunt. Sæuitas tem.] Sæuitiam, quam ueteres sæuitudinem quoq; dixerūt: sic & solitatem pro solitudine usurpant. Caliculum.] uasculum: à calice fit *καλίculus*, quæ caliculus. Quem domini mater.] Corrige, ut suprâ, Deum mater: id est, Cybele, quæ deorum mater uulgo dicitur. Aiunt sacerdotes, Cybelem donasse cantharum illum aureum sorori suæ deæ Syria: & ita se purgantes astuto cōmento, crimen deriuant in liberalitatem numinis. Sorori suæ Syria.] Cum cerimoniam deæ Syriae & Cybeles sint sororia atq; germana, cum iisdem penè sacerdotes, eadem uesana bacchatio: merito sorores esse dicuntur, immò (ut suprâ docuimus) una eademq; est dea, sed nomina plura. Hospitale munus.] Annotauit in secundo Commentario, moris fuisse apud antiquos, ut hospitibus in hospitalia receptis, mitterent xenia, hoc est munera hospitalia. quod & Vitruuius eleganter memorat in sexto de Architectura. Itaq; Syriaci sacerdotes è re nato mendacio, ita suum furtum excusant, ut dicant Cybelem Syriae deæ sorori suæ hospitio susceptæ cantharum dedisse pro xenio, id est, munere hospitali. Affanias.] nugis, uerba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinata dictio, qua Hieronymus & alij pleriq; utuntur. Nenias quoq; usurpât Sidonius & Hieronymus, nō longè ab hoc significato affaniarum. Ablatrans.] more laetrantium

trantium canum uociferantes. potest & legi blaſterates. quod proprium est eorum qui mendacia fundit, & affanias iactant. In Tullianum compingunt.] in publicam custodiam conijciunt. Lucianus dixit *αἰ. τῶν ἀπὸ τῶν ἰουδαίων*. id est, in carcerem conijciunt. ex Romano ritu & uocabulo Tullianū scitissime posuit, intelligi uolens *ἡ μὲν* carcerem. nam in carcere Romano pars subterranea dicitur Tullianum, ab eo quod additum fuit à Tullio rege, ut docet M. Varro. cui subscribens Festus Pompeius: Tullianum, inquit, quod dicitur pars quaedam carceris, Ser. Tullium regem edificasse aiunt. Tullianum Salustius in Catilina graphicè describit his uerbis: Est locus in carcere quod Tullianum appellatur, ubi paulum ascēderis depressus ad laeuam, circiter 15. pedes humi depressus: eum muniunt undiq; parietes, atq; insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atq; terribilis eius facies est. Lilius quoque Tulliani meminit libro undetrigesimo scribens, Pleminium delegatum fuisse in Tullianum ex senatusconsulto. Apud fani donariū.] Donaria dicimus dona proprie dijs oblata, & repositoria donorū. Hic donariū ponitur pro loco tēpli in quo reponuntur oblata. et ita donariū dici docet Seruius grāmaticus, sicut sacrarium dicitur locus in templo ubi sacra reponuntur. Donaria quosque accipi pro donis, docent testimonia eruditorum: & testatur Macrobius, sic scribens in tertio Saturnalium: Ornamenta sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria. Donarium autem & donum ex Græco ductum est, quod illi uocant *ἀντίδωρον*. unde antidora dicta pro remunerationibus, uerbum iurisperitorum, apud quos libro quinto Digestorum sic scriptum legimus: Plane si antidora acceperunt, dicen-

dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus accesserunt, & uelut genus quoddam hoc esse permutationis. Doron quoque Græci palmum appellant: unde tetradoron & pentadoron, lateres in structuris ædificiorum nominantur, nam quod est quoquò uersus quatuor palmorum, tetradoron: quod quinq;, pentadoron dicitur. Publica opera pentadoro, priuata tetradoro struebantur: auctores Vitruuius & Plinius. Fana uerò dici templa, notissimum est: siue à fando, quia dum pontifex maximus dedicat, certa uerba fatur: siue à fauno, ut Martianus & Probus grammaticus prodiderunt. A fano fanaticus dicitur, qui circum fana furore uaticino afflatus bacchatur, & caput iactat, & per furorem responsa dat (ut supra annotauimus) ex auctoritate iurisconsultorum ad edictum ædiliu. Veni.] uenditioni. Voce præconis.] Præco prædicare solet quæ uenalia sunt, ut antè dictum est. Plautus: In eo astis lapide, ubi præco prædicat. Præstinauit.] emit. Pistor.] Lucianus: ἀνιδεῖντι με ξίψα αὐτὸν ἐπὶ τῷ πάλῳ τῶν δασείων καὶ ἄλλοις σιμῶντι, τὴν γὰρ ἐξοῦντι ἀπὸ τοῦ πάλῳ. id est, ad uerbum: Vendiderunt me hospiti proximum castellum incolenti, artem facienda panes callenti. Affatim.] abundanter & largè. Pariter.] Loge, per. Scrupis.] saxis: uiam scruposam senticosam que fuisse demonstrat, quam Lucianus dicit ἐσθῶν ἀπυαλίαν. Ad pristinum.] Manifestus error ex literarum transmutatione. legendum enim est Ad pistrinum, quippe signat se factum esse iumentum pistrinense. Græci μυλῶνα appellant. Lucianus: ἐστὶ ἀγῆς μετὰ τὴν μυλῶνα.

Multius.] Ele
ganter multiuos

Ibi complurium iumentorum

rum multiuij circuitus intor-
quebant molas ambage uaria:
nec die tantum, uerum perpeti
etiam nocte, prorsus instabili
machinarum uertigine lucu-
brabāt peruigilem farinā. Sed
mihi, ne rudimentum seruitij
perhorrescerem, nouus domi-
nus loca lauticia prolixē præ-
buit. Nam & diem primum il-
lum feriatum dedit, & cibarijs
abundanter instruxit præsepit:
nec tamē illa ocij saginæq; bea-
tudo durauit ulterius. Sed die
sequenti, molæ (quæ maxima
uidebatur) matutinus adsti-
tuor: & illico uelata facie, pro-
pellor ad incurua spacia fle-
xuosi canalis, ut in orbe termi-
ni circumfluentis reciproco
gressu mea recalcanis uestigia,
uagarer errore certo. nec tamē
sagacitatis ac prudentiæ meæ
prorsus oblitus, facilem me ty-
rocinio disciplinæ præbui. Sed
quanquam frequēter cum in-
ter homines agerē, machinas
similes circumrotari uidissem:
ramen ut expers & ignarus o-
peris, stupore mentito defixus

circuitus dicit, qui
multiplici recipro-
coq; gyratu circa
molam in pistria
no fiunt à iumen-
tis in orbem recur-
rentibus. Ambage.] ambitu,
circuitu, gyro. Au-
sonius: Cui subiugabo de malorum
ambagibus. Perpeti.] perpetua
& cōtinua. Plau-
tinus Sotia inquit,
Noctem pependi
perpetem. Ver-
tigine.] rotatu,
circūactione, mo-
tu orbiculato: à
uertendo dicitur.
Plin. in 2. tradit,
mundum circuma-
gi æterna uertigi-
ne. hinc uertigi-
nes capitis, ex qui-
bus cuncta uerti
uidentur: hinc uer-
tiginosus motus in
orbē factus, qua-
lem

lem Seneca & Sa-
lustius turbinum
motum appellaue-
runt. Lucubra-
bant.] ad lucernā
conficiebant. Eru-
diti lucubrare di-
cuntur, ad lucer-
nam studentes, cō-
mentātesq;. *Quin-
til.* ait, fuliginem
lucubrationum bi-
bendam oratori.
M. Tul. in episto-
lis ad *Quintū* frā-
trem, refert se scri-
pisse epistolā ad
lychnum ligneo-
lum. *Plin.* auc. est,

quosdam scriptores facetissimos inscripsisse libros suos ti-
tulo lucubrationum. Rudimentum seruitij.] *Tirocinis*
& nouitatem seruitutis *pistrinensis*. alibi rudatum dixit,
pro rudimento. *Plin.* rudimentum lucis appellat initium
uitæ. Loca lautiora.] Alludere uidetur ad morem Ro-
manorum, qui legatis exterarum gentium locum præbe-
bant, & munera mittebant, quæ lautia dicebantur: qui-
dam lauticia appellant. super hac re in *lib. Annotationū.*
lauticiam epularum magnificentiam dicunt: lauticia ap-
pellatur farina ex tritico, aqua conspersa. *Mole* adsti-
tuor.] ad molam maximam circumagendam ligatur ap-
ponor,

hærebam. quod enim rebar, ut
minus aptum, & huiusmodi
ministerio satis inutile me ad
quempiā alium utiq; leuiorem
laborem legatum iri, uel ocio-
sum certè cibatum iri: sed fru-
stra solertiam damnosam exer-
cui. Complures enim protinus
baculis armati me circumstete-
runt: atque ut eram luminibus
obtectis securus, etiā nunc re-
pentè signo dato, & clamore
conferto, plagas ingerentes a-
ceruatim, adeò me strepitu tur-
bulentant, ut cunētis consilijs
abiectis, illico scitissimè teniæ
spartæ totus innixus, discus-
sus alacres obirem.

ponor, statuoꝝq; . Velata facie.] Hoc hodieq; fit, ut
 piſtrinenſi iumento facies oculiq; uelentur, ne uertigine ue
 xetur. Lucianus: ὁδόνου τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιτετασθεῖς, ὑποφθε
 γυνοῖ με τῆ νόσῃ τῆς μάλας. id eſt, uelamine oculos meos
 conuelantes, ſublignant me ad manubrium molæ. Recal
 cans ueſtigia.] per quandam euidentiã & illuſtrationem
 totum hoc negocium graphicè depictum ſubjicitur ocu
 lis lectorum, ut non tam legere quàm uidere uideantur.

Errore certo.] Decenter dictum: ſic planeta uagari dicun
 tur errore certo, unde Errones à Nigidio nuncupantur:
 quorum diſcurſus erraticus eſt, ſcilicet ſtatus, & certis li
 mitibus incluſus. nec enim ſidera ulla errant minus illis.

Tirocinio.] rudimento, primordioq;. Tirocinatio alio no
 mine dicitur. De tirocinio adoleſcentulorum, qui togam
 puram induebant, & in foro eloquentiã auſpicabantur,
 ſcripſi apud Suet. in 2 Commentario. Diſciplina.] Allu
 dit ad tirocinium noui militis, qui tiro nominatur, qui diſci
 plina militari inſtitui ſolet: ut docet Vegetius. Machinas
 uidiſſem.] Lucianus: ἦ γὰρ δὲ ὑπὸ τῶν ἀμυρῶν ἐπιτελεῖται, ποτα
 λάνης μάχων. Ego ſciebam, quemadmodum molis circum
 rotari oporteret, ſæpe id expertus. Legatum iri.] Exiſti
 mabam (inquit) ut me legarent, amandarentq; ad alium
 leuiorem laborem ſubeundum, uel ociari ſinerent in pabu
 li ſagina. Sermonis elegãtiam attende, in eo quod ait lega
 tum iri, cibatu iri. Baculis armati.] Lucianus: λαβόντες γὰρ
 πολλὰ τὰς ἰσθλοῦ βακτηρίας ἀπὸ τῶν αἰματῶν. id eſt, multi ba
 culos intus capientes, me circumſteterunt. M. Tul. in oratio
 ne pro Cecina ſubtiliter docet, armatos dici non ſolum qui
 ſcutis telisq; parati armati ſunt, ſed eos etiam qui glebis
 aut ſaxis aut juſtib; inſtructi fuerint. Paulus quoq; iuriſcō

sultus tit. ad legem Iuliam de ui publica: *Armatos* (inquit) eos accipere debemus, qui habent tela, & aliud quo nocere possint. Quinetiam uulgo de uerborū significatione (ut scribu Caius) armorum appellatio non utiq; scuta & gladios & galeas significat, sed & fustes, & gladios & lapides. *Plagas ingerentes aceruatim.*] Græcè dixit Lucianus, *παίσιον ἀδρεία τῆ χειρὶ, ὡς ἢ μὴ ὑπὸ τῆς πλῆθους ὡσπερ σφραμβῶν ἱξάπινος σφραμβῶν.* id est, *Feriuunt me aceruatim, ut dolore plagarum repente instar rotæ uel trochi circumrotarer. Turbulentant.]* exagitant, uexant, perturbant. *Teniæ.*] *Teniâ* sparteâ accipe pro uinculo siue helcio, quo illigatus circa molis pistrinenses discurret. nã solet sparto, quod iunci genus est, talis teniæ uinculumq; contexi. *Teniæ* autem proprie dicitur uittarum extremitas, ut docet Senarrans illud Virgilianum: *Fit longæ teniæ uittæ.* Hic accipitur pro tota fascia & ligamento. *Metaphoricòs* dixit Plin. *Frequentes* quippe *teniæ* albicantis uadi carinas terant. *Obirem.*] *adirem, susciperem, peragerem.*

Sectæ commutatione.] *Translatio à philosophis, qui ab una secta ad alteram transfugiunt. Lucius, qui prius expertus & ignarus operis pistori uidebatur, mox excitatus plagis, cœpit scienter circumagere ro-*

Hac subita sectæ commutatione risum toto cœtu cômoueram: iamq; maxima diei parte transacta, defectū alioquin me helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberatum applicant præsepio. At ego quam eximie fatigatus, & refectiōne uirium uehementer indignus, & prorsus fame perditus; tamen familiari curiositæ
te at-

te attonitus, & satis anxius, postposito cibo qui copiosus aderat, inoptabilis officina disciplinam cum delectatione quadam arbitrabar. Dii boni, quales illi homunculi uibicibus liuedinis totam cutem depicti, dorsumq; plagosum scissili centunculo magis inumbrati quam obfecti, nonnulli exiguo tegili tantummodo pubem intecti; cuncti tamen sic tunicati, ut essent per pannulos manifesti, frontes literati, & capillum semirasi, & pedes annulati, cum lurore deformes, & fumosis tenebris uaporose caliginis palpebras adesi, atq; adeo male luminati, & in modum pugilum, qui puluisculo perspersi dimicant, farinulento cinere sordide candidati. Iam de meo iumentorio contubernio, quid, uel ad quem modum memorem? quales illi muli senes, uel cantherij debiles? circa praeseptum capita demersi, contruncabant moles palearum, ceruice cariosa, uulnerum putredine, follicantes nares

tas pistrinenses. Et ita secta ignauiae ad sectam industriae subito translatus, commouit risum circumstantibus. Praeterea secta nomine bene quadrat illi, qui secta uardiscursus miliuios in mola pistrinensi circumagenda. De factum.] exhauritum, debilitatum, et labore deficientem, tale refectio refocillat. Apud Plin. remedia sunt plurima defectis medentia: sic enim resolutos uocant, & animi defectu laborantes, de quibus alibi plura. Helcio sparteo dimoto.] modo teniam sparteam, modo copulant sparteam, modo helcium sparteum, mira uarietatis

rietatis elegantia
 appellat: intelligi
 uolens tot uocas
 bulis, id uinculi ge
 nus, et nexus, quo
 iumenta capistra
 ta trahunt machi
 nas, & circumro
 tant molas: helciū
 dici potest, quasi
 tractorium instru
 mentum, à uerbo
 græco ἡλκίω, siue
 ἡλκω, quod signifi
 cat traho: inde hel
 ciarij dicti qui tra
 hant funibus nas
 uigia aduerso amo
 ne. Martial. nec
 clamor ualet hel
 ciariorum. Sido
 nius optimo epi
 theto curuos uo
 cat, illo hendeca
 syllabo: Curuorū
 hæc chorus helcia
 riorū. imponitur
 ergo helcium iu
 mentis pro admis
 niculo tractorio,

languidas assiduo pulsu tulle
 dinis, hiulci pectora, copulæ
 sparteæ tritura continua exul
 cerati, costas perpetua castiga
 tione ossium tenus renudati,
 ungulas multiuia circuncisio
 ne in enorme uestigiū porre
 cti, totumq; corium ueterno
 atq; scabiosa macie exaspera
 ti. Talis familiæ funestum mi
 hi etiam metuens exemplum,
 ueterisq; Lucij fortunam re
 cordatus, & ad ultima salutis
 me tandem trusum, summisso
 capite mœrebam. Nec ullum
 uspiam cruciabilis uitæ sola
 tium aderat, nisi quòd ingeni
 ta mihi curiositate recreabar,
 dum præsentiam meam parui
 facientes, liberè quæ uolunt
 omnes & agunt & loquuntur.
 Nec immeritò prisca poetica
 diuinus auctor apud Graios,
 summæ prudentiæ uirū mon
 strare cupiens, multarum ciui
 ratum obitu, & uariorum po
 pulorū cognitu, summas ade
 ptum uirtutes cecinit. Nam
 & ipse gratas gratias asino
 meo memini, quod me suo ce
 larum

latum tegmine, uarijsq; fortu
nis exercitatum, etfi minus
prudentem, multiscium certè
reddidit.

unde nomē. Tra-
etoria organa ap-
pellat Viétruius,
machinas quibus
onera pertrahun-
tur.

Indignus.] Corrige indigus: hoc est, indigens cibo
ad uires reficiēdas, & corpus roborādum. Familiari cu-
riositate.] mibi propriæ & peculiari. Vt inquit Seneca,
curiosum nobis natura dedit ingeniu: sæpe tamē hæc curi-
ositas (auctore Fulgentio) periculorū germana detrimēta
suis amatoribus nouit magis parturire, quàm gaudia. In-
optabilis.] inamabilis, minimeq; desiderabilis. Arbitra-
bar.] Spectabam, contemplabar. Quales illic homuncu-
li.] Descriptio est speciosa officinæ pistriensis, instrumē-
mentiq; pistoriij. Pistorio instrumento legato, ut inquit
Paul. iuricons. pistores inesse uideri possunt. nam instrumē-
menti appellatione, seruos quoq; contineri constat. Vi-
bices.] Vibices sunt plagarū notæ, uerberumq; uestigia
in corporibus: dictæ, quòd ui fiūt. Hinc per decentē trans-
lationem dixit Persius: Si puteal multa cautus uibice fla-
gellas. M. Cato in lib. qui de falsis pugnis scriptus est, ita cō-
queritur: Vbi societas, ubi fides malorum insignitas iniu-
rias, plagas, uerbera, uibices, eos dolores atq; carnificinas
per dedecus atq; maximam ignominiam te facere ausum
esse. Liuedinis.] liuoris. Legimus apud Solomonē in Ec-
clesiastico, quòd flagelli plaga liuorem facit. apud Plin.
innumera medicamenta intercisim traduntur ad liuentia
& suggillata. sunt autem suggillata, idem penè quod uibi-
ces, uestigia scilicet ex uerberibus & contusis, quæ græcè
dicuntur *ὀνόματα*. Depicti cutē.] depictā cutem habentes.

figurata locutio. Consimile est illud Plaut. in Epidico: Ex
 tu uerbis meum futu uncorum pulebrū prædicas, quem
 Apelles atq; Zenis duo pingent pigmentis ulmeis. Pla
 gosum.] plagis plenū & prægnās: aliter Horat. plagosum
 appellat Orbiliū grāmaticū, uidelicet à scruia uerberādi,
 plagisq; in discipulos ingerēdis. Cētuculo.] ueste uilio
 re: de hoc in primo cōmentario copiose diligēterq; perscri
 psimus. Magis inumbrati.] Lib. i. cōsimiliter dixit, scis
 sili paliasiro semiamictus. Exiguo.] Annotandū est, nō
 uē positū Tegile esse, pro subligaculo tegumentoq; ueren
 dorum, à tegendo ducto uocabulo. Plin. tradit, Tegulo ha
 rundinum domos à septentrionalibus populis operiri: ubi
 tegulū accipitur pro tegumento, operimentoq; domorum.
 Tegillū dixere ueteres p̄ diminutionē pro tecto. uelamēta
 aut̄ genit aliū multyugis uocabulis dici, alibi annotauim⁹:
 namq; subligar, subligaculū cāpestre, succinctoria, perizo
 mata, feminalia, femoralia, bracca, & dictione Apuleia
 na Tegile dicuntur. tali aut̄ tegili bodieq; operarios pisto
 rios in pane conficiendo uti uidemus, uerenda tantum con
 uelantes, reliquo corpore nudato. Pubem intecti.] inte
 ctam uelamētaq; pubem et uirilia habentes: per elocutionē
 figuratam, Lucio nostro perquā familiarem. Manife
 sti.] conspicui, tanquā nullo uelamēto tecti forēt. Frontes
 lit. rati.] habētes in frōte notas literarū cauterio iniustas,
 qua p̄na affici solet seruus ob noxam. Antiqui stigma
 tibus & stigmaticos uocāt pūctos notis, et literis inscriptos
 in fronte, iniustosq;. Plin. in 18. tales denotans decenter in
 quit: Atq; nūc eadē illa uincti pedes, dānata manus, inscri
 pti uultus exercēt. Iuuenalis stigmaticū designat, cum ait:
 Tum felix quotiens aliquis tortore uocato Vitur ardens
 ti duo

ti duo propter lintea ferro. autor est M. Tul. Alexandrum
 Phercum cum ad uxorem in cubiculū ueniret, solitū præ-
 mittere seruum stigmaticū, punctum notis threicys, dī
 stricto gladio ob metū. Aristophanes facetissimè dixit, Po-
 pulus Samiorū est literatus: alludens ad stigmata frontibus
 inuista. Atheniensibus captiuis Samij noctuam in frontib.
 inusserunt, par pari rependentes. Capillum semitarsi.]
 habentes capillos ex parte rasos: nam eorum est qui manū
 mittuntur, caluos fieri, et raso toto capillicio pileum capere,
 tanquam tempestate seruitutis effugissent, ut naufragio
 liberati solebant. Pedes annulati.] Decenter positum,
 pro compediti, uinculatiq̄: tanquam compedes & uincula
 sint annuli pedum. Plin. dixit uincti pedes, sic & Mart.
 annulos pro uinculis posuit, qui scribens de illo qui compe-
 des Saturno dedicauerat, scitè inquit: Has dedicat cathe-
 nas Saturne tibi zolus annulos priores. Plin. in 33, annu-
 lum Promethei ferreum intelligi uoluit uinculū fuisse, non
 gestamen. Lurore.] pallore & lurido colore defor-
 mati. Palpebras adesi.] quasi habentes palpebras ade-
 sas, corrosasq̄: ex cauligine. Male luminati.] male
 oculati. Puluisculo perspersi.] Pugiles lucratoresq̄:
 apud antiquos in exercitatione palestra, & lucratio-
 ne puluerem inspergebant corporibus, qui græco uoca-
 bulo à tactu happe nominatur: de quo epigrammatista,
 Et flauescit happe. Seneca lib. 7. Epistolarum mora-
 lium eleganter & sic sic scribit: Totum athletarium fas-
 tum in illo die perpendendum fuit: à ceromate nos ha-
 ppe excepit, in crypta Neapolitana. Quibus uerbis de-
 centissima quadam translatione, nec satis cognobili, si-
 gnificat duo incommoda inter se contraria, luti &

pulueris, se simul pertulisse; & post cœnosam fœdationē, uoluntate pulueris agitatam. nam ceroma pro luto, haphen pro puluere decenter posuit. Quod utrunq; uocabulum athleticum est: siquidem ceroma unguentum est, ex luto oleoq; commixtum, quo athletæ peruncti corpora exercebant. cuius Plin. Martial. Iuuenal. Hieronymus, & ceteri meminerunt. Haphe puluisculum est, siue harena palæstrarum, ad corporis insersionem, tanquam membra robustiora fierent eo adminiculo. Ouid. luctam Herculis Acheioiq; describens ait: Inq; uicem fuluæ tactu flauescit harena. Lucan. quoq; huius harenæ palæstricæ commemorat, in certamine Herculis & Anthei scribēs: Auxilium membris calidas infudit harenas. Suetonius tradit, Neronem Alexandrina nauis puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quin etiam Plinius noster in 35 refert, harenam e Nilo tenuissimam peti solitam ad debellanda corpora palæstræ studijs; inde Patrobio Neronis principis liberto aduehebatur. Quin & Leonato & Cratero & Meleagro, Alexandri Magni ducibus, sabulum hoc palæstræ causa deportabatur. Huiusce rei mentionem quadamtenus facit & Plutarchus in Alexandro. Apud Græcos, quod notabile est, prouerbij loco dicitur, Aconiti uicit: quotiens quis sine labore uicerit, & sudore. Aconiti enim significat citra puluerem, quo pugiles in athletico certamine perspersi depugnant. Pausanius tradit, athletam Dioreum uicisse aconiti: quod Plin. noster interpretatur, citra pulueris tactum, sic scribens in 35. Alcimachus Diopixum, qui pancratio Olympiæ citra pulueris tactum, quod uocat aconiti, uicit. Cum igitur luctator sine puluere luctatur, ea lous & incruenta pugna haberi solet. Ex hac doctrina

doctrina fit, ut locum apud A. Gellium sic emendem, quem pleriq; omnes incuriose negligerq; transmittunt. nam lib. 5. noctium Atticarum sic scriptum legitur: Ouandi causa est, cum deditione repente facta in puluere, ut dici solet, incruentaq; uictoria obuenit. Quid est in puluere, ut dici solet? nimirum (ut ego sentio) intelligi uoluit prouerbalem hanc graecam dictionem, aconiti. ideoq; existimo ita corrigendum: Sine puluere, ut dici solet. id enim significat aconiti: & ita uerba Gelliana cum ritu uerboq; uetusto conueniunt. Econtrario Coniti uicit, dicitur apud eosdem Graecos, quotiens cum labore & sudore uictoria paritur. coniti enim significat cum puluisculo, & pulueris palaestrici insperione. Illud quoq; hoc in loco adnotandum, conisterium esse in structuris palastrarum membrum, quo palaestritae puluisculo flauescens luctam exercent. à conis, qui est puluis, dictum conisterium: cuius meminit Vitruuius in 5. Conuerrere cum puluisculo, ex Plautina pro uerbiali locutione est, totum auferre, & nihil prorsus relinquere. Metaphora sumpta à conuerritore scopario, qui à cena uerrens pauimentum, reliquias omnis ciboru cum puluere colligit, conuerritq;. Puluisculum neutro genere & masculino usurpari inuenies apud auctores idoneos.

Candidati.] Ioculariter alludit ad candidatos, hoc est petitores magistratum, qui candidatorum munus in toga candida obibant: de quo suo loco satis multa. Iumentorio contubernio.] hoc est, de iumentis meis contubernialibus: translatio sumpta à militari contubernio. Cantiberij.] equi uiliores, excastrati. Cantberinum, hordei genus uocant scriptores rusticationis. Moles.] fasces & accruos. Plin. Palea, inquit, plures gentium pro sceno utun

iur: melior ea quæ tenuior, minutiorq; & pulueri pro-
 ptior: ideo optima e' milio, proxima ex hordeo, pessima ex
 tritico, præterquam iumentis opere laborantibus. Ca-
 riosa.]erosa, attrita, putrescente. Cariosi arius dicuntur à
 Hieronymo, senio & etate longa carioli & putridi.
 Follicantes nares.] instar follium reciproco spiritu nares
 agitantes. Hieron. caligis monachorum foll. cantes decen-
 tissimè dixit, pro calces laxis atq; enormitate flaccitibus
 quales hypocritæ gestant, ut contemptores humani cul-
 tûs esse uideatur. Tussedinis.] A' tussi tussedinè, nouator
 uerborû graphicus Lucius noster, decenter inflexit, fore
 mauiq;. idem autem significat tussedo, quod tussis siue
 pertussis. namq; à Seneca dicitur pertussis, continens tuf-
 sis, & inueterata, quæ uix unquam eliditur, qua non pa-
 rum multi conficiuntur. Hiulci pectora.] habentes pe-
 ctora hiulca: hoc est, patentia diruptaq;: quod ex tussis a-
 gitatu & pulsu solet accidere. Verbum uetus est hiulcare,
 quod significat aperire ac discindere. Catullus: & stus hiul-
 cat agros. Diomedes grāmaticus hiulcos uersus dici quos-
 dam autumat, qui exiles sunt, & quasi in media parte hi-
 antes & aperti. itidem hiulca oratio dicitur, dissoluta &
 hians, nec satis diligenter coagmentata. Copula tritus-
 ra.] helcy & uinculi attritu. Quotidie uisuntur talia iu-
 mēta ceruicibus exulcerata, & collo detrita, ob iugum uin-
 culumq; tractorium. Martial. eleganter recutita mulæ col-
 la dixit, quæ tritura rupta erant, & exulcerata. sic enim
 inquit: Nec ruptæ recutita colla mulæ. Copula uinculum
 colli significatur. sic & Ouid. Copula detrahitur canibus.
 Plautus pluratiuo numero copulas posuit, pro loribus dupli-
 cibus, ad colligandū ac uerberandū accommodatis. sic enim

ait in Epidico : Quæritant me, in manibus gestant copu-
 las. Osium tenuis. Jusq; ad ossa: & modo tenuis est ad-
 uerbiū. nam (ut inquit Seruius) si esset præpositio, ablati-
 uo cohereret. Verum (ut auctor est Priscianus in 14. tenuis
 τὸ ἀχρησ significat, quod sine dubio aduerbium est: & hoc
 quoq; inter præpositiones annumerant, quod non solum
 ablatiuo, sed etiam genitiuo casui Virg. more Græco adiu-
 git: ut in 3. Georg. Et crurium tenuis à mento palearia pen-
 dent. sic & Plin. inquit de pictore quodam, Corporum te-
 nus curiosus. Costas castigatione.] Plaut. Costæ occal-
 luere plagis. Ungulas porrecti.] habentes ungulas expor-
 rectas, extensasq; in uestigia prægrandia, ob circumcisio-
 nem mutilationemq; factam ex ambagibus pistrinensi-
 bus. plus dixit Plaut. in Asinaria sic scribēs: Nempe eos asi-
 nos prædicas uetulos, claudos, quibus subtrita ad fœmina-
 iam erant ungulae. Corium exasperati.] habentes co-
 rium scabiosum, exasperatumq;: Ex locutione Apuleio usi-
 tatissima: ueternum grammatici apud poetas pigritiā &
 torporem interpretantur. Est autē proprie marcor, & inex-
 pugnabilis penè dormiendi necessitas; lethargū Græci no-
 mināt. recentiores medici Subetiā appellat: quamuis ex
 Auicēna distinctione nonnihil inter se differant. quidā hy-
 dropisim, hoc est aquam intercutem, ueternū esse dixerunt.
 & Cato ueternosum, hydropicum intelligi uoluit, cum
 tit: Veternosus quā plurimum bibit, tam plurimum sitit.
 Aliās ueternosus dicitur, qui graui premitur somno.
 scabiosa macie.] Exiguus cibi (ut Columella auctor est
 8.) maciem, macies autem scabiem facit. Familia.]
 familiam hic decenter posuit pro iumentis pistrinensibus,
 quæ sunt in famulatu pistoris, & familiā quasi pistoriam
 conficiunt

conficiunt. Veteris Lucij.] Quando scilicet inter homines Lucius noster agebat hominem. Mærebam.] lugebam. Trusum.] impulsus, impactumq; trudes dicuntur nautica instrumenta, quibus nauigiū in hæres saxo trudi & retrorsum reuocari potest. Et agūt & loquūtur.] Quis enim coram asino cunctaretur liberè & agere & loqui, quæcunq; animo collibuisse: coram homine & dicere & facere erubesceret? hinc est illud apud Senecam, Macrobiūq; scite ac sententialiter celebratum: Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant: sic uiue cum hominibus, tanquā Deus uideat. Ianitores conscientia nostra opposuit: sic uiuimus, ut conspici nolimus: & ob hoc oculos hominum auresq; uitamus. Bona uerò conscientia turbam aduocat. proinde sapientissimè dixit Seneca: Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant: si turpia, quid refert neminem scire, cum tu scias? o te miserum, si contemnis hunc te stem. Idem alibi præcipit: cum Catonibus, cum Lælijs esse uiuendum: coram enim talibus peccare erubescimus. Diuinus auctor.] Homerum significat. Summæ prudentiæ uirum.] Poetæ, ut testis est Strabo in 1. Geographiæ, heroes illos singulari præditos sapientia fuisse declarant, qui multa peragrantes loca, longis uagabantur erroribus. In amplissima enim laude ponunt, multorum mortalium urbes uidisse, & mores multijugos agnouisse. Nos in libello prouerbiorum prodidimus, nosse mores multarum nationum, & uariorum populorum ritus, partem esse prudentiæ. hinc Homerus Vlysssem prudentissimum ostendere cupiens, Odyssæam sic auspicatur, αὐδᾶ μοι ἔειπεν μούσα πᾶσι γένεσσιν. Quod Horatius ita interpretatus est: Dic mihi Musa uirum, captæ post tempora Troiæ, Qui mores ho-
minum

minum multorum nouit, & urbes. Obitu.] aditu & accessu. Cognitu.] cognitione. Gratiā memini.] Ingratissimus est (ut inquit Seneca) qui beneficiorum obliuiscitur. Dicit Apuleius, se asino suo plurimum debere, & quod debebat meminisse: propterea quod sub asinino regimine multa cognouit, quorum cognitu si non prudentior, saltem multiscius sit effectus. Multiscius autem nominatur, qui multa scit, & multa cognouit. Græcè dicitur *μυλίσκιος*, quo cognomine multos cognominauit antiquitas: & in primis Appion, literis homo multis præditus, Polyistor est appellatus, quasi multiscius. in Apologia Lucii noster Homerum multiscium nominat.

Fabulam deniq; bonam, præ cæteris suaue comptam, ad aures uestras asferre decreui, & en occipio. Pistor ille, qui me precio suum fecerat, bonus & alioqui uir, & apprimè modestus, pessimam, & ante cunctas mulieres longè deterrimā sortitus coniugem, pœnas extremas thori latisq; sustinebat: ut Hercules eius uicem ego quoque tacitus frequenter ingemiscerem. nec enim uel unum uictium nequissimæ illi fœminæ decerat: sed omnia prorsus, ut in quandā cœnosam latrinam, in eius animum confluxerant

Suaue cōptā.]
suauiter ornatam.
nomen pro aduerbio est. Potest congruenter legi comparatam, ut codex manu scriptus habet. Pistor iste.]
Lucianus nullas id genus egressiones interserit, nullas fabellas interponit: quibus Lucius noster oppidò quæ uicundè asinū suum uenustauit, quibus animi auresq; lectorum mirè reficiuntur.

ciuntur, ut semper
recētes erigatur,
nec unquam satie
tate languescant:
adeo autem nitis
dus, adeo facetus
est in fabellarum
narratione, ut
dicitur, aut fabu-
lator merito dici
posse uideatur.

Sui fecerat.] Iux-
ta illud, Nā quod
emas, possis dicere
iure tuum. App-
prime.] ualde, im-
pense. apprimum
dicimus longē pri-
mū. Lilius in O-
dyssæa: Ibi deniq;
uir summus appri-
mus. pronūciatur
autem hæc dictio
media acuta. à
Virg. dictum, flos
apprima textat: us-
bi apprima poni-
tur pro maxime
& apprimē, no-
men pro aduer-

flagitia: sceua, sæua, uiriosa, es-
briosa, peruicax, pertinax, in
rapinis turpibus auara, in sum-
ptibus fœdis profusa, inimica
fidei, hostis pudicitia: tūc spre-
tis atq; calcatis diuinis numini-
bus, in uicem certæ religionis
mentita sacrilega præsumptio-
ne Dei, quem prædicaret uni-
cum, coniunctis obseruationi-
bus uacuis fallens omnes ho-
mines, & miserum maritū deci-
piens, matutino mero & con-
tinuò stupro corpus mancipa-
rat. Talis illa mulier miro me-
persequabatur odio. nam &
antelucio recubās adhuc, sub-
iungi machinæ nouitium cla-
mabat asinum: & statim ut cu-
biculo primū processerat,
insistens iubebat, in coram sui
plagas mihi quàm plurimas ir-
rogari. & cum tempestiuo præ-
dio laxarentur iumenta cate-
ra, longē tardius applicari præ-
sepio iubebar. quæ sæuitia mul-
to mihi magis genuinam cu-
riositatem in suos mores am-
pliauerat. Nam & assiduo pla-
nē commeantem in eius cubi-
culum

culum quendam sentiebam iu-
uenem, cuius & faciem uidere
cupiet am ex summo studio: si
tamen uelamentum capitis, li-
berratem tribuisset meis ali-
quando luminibus. nec enim
mihi solertia defuisset, ad de-
regenda quoquo modo pessimi-
mæ femina flagitia.

bio. Claudius Qua-
drigarius cum pri-
mè dixit, pro apo-
prime: quod &
Gellius annotauit.
Pœnis extremas
ihori.] supplicium
extremum coniugalis
ihori & pœ-
na maxima est, uo-

xor mœcha ac prostituta, qua infœlicitate homini marito
nil infœlicius: quam pestem pestilitatemq; dy à thoro nos-
tro procul eliment atq; auerruncent. Hercules.] cer-
te: iusiurandum assuerantis est. Nec unum uitium deco-
rat.] Nemo quisquã tam efferis est moribus, quin faciat
aut dicat nõnunquã aliquid quod laudari queat, unde hic
antiquissimus uersus uice prouerbij celebratus est, *ωλλάνε
γοί κωνωπόε αὐτῆς μάλα καίσιον εἶπεσθαι*, id est, Sæpe etiam est
olitor ualde opportuna locutus. Sedenim qui omni in re at-
que omni tempore laude omni uacat, is illaudatus, atq; om-
nium pessimus deterrimusq; est. talem hanc pistoris uxo-
xorem fuisse demonstrat: cui nullum uitium deerat, nulla
res laudabilis aderat, quæ ex omnibus flagitijs compacta
erat & conglutinata. Vt in quandam latrinam.] Si-
cut in latrinam confluunt sordes omnes & feculentia: ita
in animum mulieris nequissimæ confluxerunt omnia flagi-
tia, quæ in sexum muliebrem cadunt, quæ plurima menti
fœmineæ natura dedit. In secunda parte tauri quicunque
habuerint horos: opum, baiulabunt stercorea, latrinasq;
purgabunt. Scena, scena.] A generalitate transit ad spe-
cialita-

cialitatem. nam postquam dixit, omnia flagitia fœminæ superesse: nunc specialiter percensens, duo cum primis crimina criminosisima enotat in fœmina: uidelicet quod sinisteritate, & quod sæuitia esset prædita. uocabula sunt pronuntiatiu nihil differentia, cum significatu & scriptura longè dissideat. nam scœua per sc, significat sinistra, hoc est ominosam & sinisteritatis plenã. Vt scire quid sit sinisteritas: dispice quid sit dexteritas. nam sicut dexteritas in homine laudabilis est, ita e contrario sinisteritas reprehensibilis. Liuius: Tanta, inquit, inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas, ut hostem facundè alloquendo sibi conciliaret: & hoc cum laude dictum. contra cum uitio scribit Plinius in Epistolis: Pleriq; dum uerentur, ne gratiæ potentium impartiri uideantur, sinisteritatis atq; etiam malignitatis famam consequuntur. Scœuam à scœua, id est sinistra nominari tradunt hinc Mutius Scœuola cognomen traxit, quoniam exiit a dextra, deinceps sinistra usus est: & ensẽ sibi à rege Porsena redditum læua manu recepit. & hoc est quod intelligi uoluit Liuius sic scribens: Mutio postea Scœuolæ, à clade dextræ manus, cognomentum inditum. Ridiculi sunt illi, qui Scœuolam quasi scœuientem in uolam, dictum esse autumant. Scœuam antiqui dixerunt, qui sinistra esset agilior quàm dextra: quales multi quotidie conspiciuntur. quo in significatu accipitur apud Vlpianum, sic scribentem ad ædilitium edictum, Sciendum est, scœuam non esse morbosum uel uitiosum, præterquam si imbecillitate dextræ ualidius sinistra utatur: sed hunc nõ scœuam, sed mancum esse. Scœua ergo fœmina sinistra, ominosa, & sinisteritatis uitio infecta significatur: scœua uerò, crudelis et sæuitia gestiens. Alias scœuus pro

pro magno ponitur. Idq; cum laude: ut, Scævus ubi *Æacidae*
telo iacet Hector. Viriosa.] appetens uiri, & per hoc
 libidiosa. Ebriosa.] Differt ebrius ab ebrioso. Ebrius
 enim dicitur, qui ebrietati obnoxius est, & deditus: e-
 brius uerò, qui interdum temulentus est. potest enim ebrius
 esse, non ebriosus: & qui ebriosus est, saepe extra ebrietas
 tem esse. Peruicax.] Attende peruicacem & pertinacia-
 cem dici in uituperatione, simulq; reprimi: cum tamen
 grammatici scribāt, peruicaciam esse interdum bonarum
 rerum perseverantiam, pertinaciam semper malarum.
 Quod *Aelius* poeta in *Myrmidonibus* obseruat his uerbis:
 Tu pertinaciam hanc esse prædicas, ego peruicaciam dici
 uolo. nam peruicacem dici me esse facile patior, pertinacia-
 cem nihil moror: hæc fortes sequitur, illam indocti possi-
 dent. *M. Tul.* ait pertinaciam inter uitia reputari, esseq;
 perseverantiæ finitimam. Contrà apud *Lium*, *Senecam*,
Curtiū, *Horatiū*, cæterosq; classicos scriptores interdum
 pertinax dicitur cū laude, & pertinax uirtus, pertinax bo-
 nitas. *M. Varro* pertinaciā à peritendo dictā esse refert.
 nam in quo nō debet peritēdi, & peritēditur, eā peritēdiā
 esse. In sumptib. scædis.] Quis nescit scæmas in turpib.
 desiderijs esse sumptuosas? in cultu corporis esse profusissi-
 mas: dum pigmenta coemūt, dum nulli rei parcunt, ut ma-
 trona adultero placeat. Immo interdum pruritu libidinis
 extimulata, tota patrimonia congerunt in subactorem.
 Tunc prodiga non sentit pereuntem scæma censum: tunc
 (ut inquit *Satyricus*) grauis est rationibus. *Hæstis pu-*
dicitiæ.] *Corn. Tacitus* de *Popea* scribens, sic refert: *Fæ-*
mæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non distinc-
 tuens: cui mulieri cuncta alia fuere, præter honestum
 22 animum.

animum. Celebratus est uersus ille in uxorem Macrini imperatoris: Centum nam mœchos passa est, centumq; rogauit. Iulius Firmicus multas memorat genituras, quæ fœminas prostitutissimas nundinato pudore perficiunt. In uicem certa religionis.] Sensus est: uice religionis sinceræ & ueræ nouum deum sese colere simulabat, quem illa uenicum & præ cunctis uenerandum esse asseuerabat, sub quo sanctitudinis nomine libidinabatur, adulteris mœcipata. Coniunctis.] Legendum est, confictis: hoc est, simulatis, ementitisq;. Vacuis.] inanibus, & futilibus, Matutino mero.] Plin. scribit in 14. principatu Tiberij Claudij institutum esse, ut ieiuni biberent, potusq; uini antecederent cibos. Idem in 23, ait, Vinū ieiunos bibere nouitio inuento inutilissimum est. Martialis quoq; taxans hominem matutino mero mancipatum, festiuiter inquit: Hesternofœtere mero qui credit Acerram, Fallitur, in lucem semper Acerra bibit. Antelucio.] hora matutina & antelucana. In primo uolumine inquit, Antelucio uolo ire: ubi plura super hoc annotauimus. Recubans.] Quid est recubans adhuc? an in cubiculo iacens, & lecto? an potius in mensa discumbens, & uino indulgens usque in horam matutinam? Horatius, Vigiles lucernas perfer in lucem. Subiungi.] subligari, Machina.] pistrinensis, & molæ iumentaria. Metam iurisconsulti titulo de fundo instructo uocant, partem molæ molendinariae inferiorem: catillum uerò, superiorem. In coram sui.] coram seipsam, uetus figura: sic ad instar dixere, quod nunc instar dicitur. Laxarentur.] resolverentur à machina subiugali. Genuinam.] ingenitam, insitamq; à natura, sic supra: Ingenita mihi curiositate creabar.

ereabar. In suos mores.] Ad obseruandos scilicet illius mores, & flagitia curiosius contemplanda. Mores τῶν μὲ ἐμῶν esse, & tam malos quàm bonos dici, quem fallit? Plautus in Trinummio: Hic nimium morbus mores inuasit bonos. Mores mali quasi herba irrigua succreuerunt uberimè. Mores moros ab eodem dici uidemus per annominationem, quasi Stultos & fatuos. Commeantem in eius cubiculum.] uitantem. Velamentum capitis.] Hoc eodem uolumine dixit, Velata facie propellor ad incurua spacia flexuosi canalis.

Sed anus quædam stupri sequestra, & adulterorum internuncia, de die cotidie inseparabilis aderat, cum qua protinus sentaculo, ac dehinc uino merito mutuis uicibus uelitas cœnas fraudulentas, in exitiũ miserimi mariti subdolis ambagibus cõstruebat. At ego quàmquam grauiter succensens errori Fotidis (quæ me dũ auem fabricat, perficit asinum) isto tamen uel unico solatio grumnabilis deformitatis meæ recreabar, quòd auribus grãdissimis præditus, cuncta longule etiam dissita facillimè sentiebam. Deniq; die quadam timidæ illius aniculæ termo talis

Stupri sequestra.] cõciliatrix Stuprorũ, & (ut uulgo dicitur) mediatrix; cuius fidẽ amatores in lenocinio sequerentur. Nam notum est, sequestrum uulgo appellari eum, cuius electi fidem utraq; pars sequatur: unde & uocabulum à sequendo factum est. Antiqui sculnam, quasi sequestrum dixerunt. Quod apud sequestrum depositum e-

z z z rat;

rat, sequestrò pos-
 situm per aduersu-
 bui dicebatur. Ca-
 to contra Ther-
 mum: Per Deū im-
 mortalē nolite uos
 sequestrò ponere.
 Poeta in 11. Ænei-
 dos, pacem seque-
 stram posuit pro
 inducys: hoc est,
 pro pace tempora-
 li & media inter
 bellum præteritū
 & futurum. Sta-
 tius cum Apulcio
 congruens, sic scri-
 bit in 7. Thebai-
 dos: Vbi tunc si-
 dei pacisq; seque-
 stra Mater eris.
 Inde sequestrata
 apud iurifconsul-
 tos elegāter actio
 dicitur, de eo quod

meas affertur aures: De isto
 quidem mi herilis tecum ipsa
 uideris, quem sine meo consi-
 lio pigrum, & formidolosum
 familiarē istum sortita es, qui
 insuauis & odiosi mariti tui ca-
 peratum supercilium ignauis-
 ter perhorrescit: ac per hoc a-
 moris lāguidi desidia tuos uo-
 lentis amplexus discruciat.
 Quanto melior Philesterus,
 adolescens & formosus & libe-
 ralis & strenuus, & contra ma-
 ritorum inefficaces diligētiās
 constantissimus, dignus hercu-
 les solus omnium matrona-
 rum perfrui delicijs, dignus so-
 lus coronam auream capite ge-
 stare, uel ob unicū istud quod
 nunc nuper in quendam zelo-
 typum maritū eximio studio
 commentus est. Audi deniq;
 & amatorum diuersum inge-
 nium compara.

sequestrò deponitur. Ientacu'ū.] Sensus est: Vetula &
 pistoris uxor ientaculis matutinis atq; computationib. per
 uices mutuis inter se contendebant, prouocabantq; se ui-
 cissim ad pocula haurienda. Ientaculum gustulum est ma-
 tutinum, & cibus primus. Ientare est, ientaculum cape-
 re: de

re: de quo supra, & apud Surtonium in Vitellio copiosissimè. Græci ἀπαρτομα dicunt ientaculum. Velitatas con. is.] Legendum videtur uelutatas scenas, ut distinctione dictionum facta sensus elucescat: ut uelutata scilicet uetula significetur, quæ scenas fraudulenter hoc est apparatus dolosos, & decipula fraudulenta construebat in exitum miseri pistoris. nam scena in hoc significato dictio est Apuleio nostro peculiaris. Succensens.] Indignans, irascens. succensere enim (ut inquit Donatus) est irasci iusta de causa. Sententia est illa catholica apud Silium celebrata: Succensere nefas patriæ. Errori Fotidis.] Fotis Nilonis ancilla errore decepta (ut antè dictum est) Apuleium transfigurauit in asinum, dum in bubonem autè transmutari gestiret. Quod auribus grandissimis.] Notum est, asinos auribus prægrandibus atque mobilibus monstrabiles esse: unde & auriti bono epitheto appellantur. inuenio apud auctores, esse quosdam populos, quorum corpora prægrandes aures tota integant. Longulè dis-sita.] procul distantia, longeque semota. Item in Floridis: Homines enim neque longulè dis-sita, neque proximè ad-sita possumus cernere. Auicula.] unius literæ lubrico lapsu corruptum uerbum. legendum enim est Anicula. nam signat anum illam stupri sequestram, & adulterorum internunciam. Mi heri.] Sermocinatio est lenæ, pertentantis animum puellæ omnibus lenocinantibus blanditijs, adhibentisque cuncta lenarum lenonumque exorabula. namque lenones & lenæ à leniēdo, hoc est olliciendo appellantur. Mi herilis, blandimenti uocabulo accipitur pro hera. nam herilis dicitur filius & filia heri. ab ætate ergo filiam, à dignitate dominā appellat. Videris.] Pronun-

ciandum est prima acuta, media correpta: à uidero uide-
ris, subiunctiuo modi. q. d. Tu uidebis. sic Terent. dixit, in-
uenerit, pro inueniet, coniunctiuo modo usus pro indicati-
uo: & hæc (ut inquit Donat.) honesta locutio est. Tale est
illud in Euāgelio: Quid ad nos ipse uideris. Quod male li-
terati sacerdotes perperam pronunciant, media syllaba
producta, sensu friuolo & inepto. Proinde cauere debe-
rent Antistes religionis & epistata, ne illiteratos indo-
ctosq; initiarent mysticis cerimonis. et nim (ut uere in-
quit Hieronymus) cæcum animal offerri Deo, qui ordinat
indoctum. Erat locus inuehendi, insectandiq; sacerdotes ma-
le moratos, male literatos, qui uix primoribus labris gus-
tauerunt literas elementarias: quorum ora scatent scedita-
tate solæcismorum ac barbarismorum, qui in mysterijs re-
ligiosis celebrandis tantam redolent barbariem, tam con-
fuse corrupteq; sancta uerba pronunciat, ut multis risum,
non paucis bilem stomachumq; commoueant. Verum (ut
inquit Augustinus) sedulo monendi sunt scholastici, ut dis-
cant non contemnere, neq; irridere ministros eccl. sue,
quos animaduertūt cum barbarismis uel solæcismis Deum
inuocari: uel eadem uerba quæ pronunciant nō intellige-
re. perturbateq; distinguere: debent enim malle ueriores
quàm disertiores audire sermones, sicut prudentiores ami-
cos habere quàm formosiores: & nosse, ita præponendas
uerbis scientias, ut præponitur animus corpori. Obtemper-
emus ergo præcipienti Augustino, resiliamusq; à crimina-
tione insectationeq; clericorū: qui essent ferendi, si tantum
lingua peccarēt. Sed (quod nef. us est) quotudie uisuntur mo-
ribus decoloratis maculosi, omnibus probis contamina-
ti, mente & animo non minus q̄ lingua & ore deprauati.

Tam in manib. sacerdotū pro psalterio sunt chartulae, teste
 ræq; lusoria: in ore nō Dei nomen resonat, sed maledictaz
 pro clypeo fidei, pro lorica iusticiæ, induit thoracem belli
 cum, & parmula gladiatoris. rixosi, tumultuosi, bellige-
 ri, quib. nullus Dei metus, nihil penius religiosum præter
 habitū sacerdotale, sub quo infanda flagitia delitescunt: in
 multorum cubiculis (de malis loquor) non canonicas scri-
 pturas aspicias, non euangelia, non libros ullos (quid enim
 libris opus est, nō intelligentibus!) sed lanceas, gladios, pi-
 la, sarissas. Noctū, dum fortassis nocturna terriculamen-
 ta laruasque formidant, dormiunt implicati complexi-
 bus concubinarum, sudantes in Venerem, colentes uen-
 trem, & quæ sub uentre sunt: concinentes illud uoluptuo-
 forum, Edamus, bibamus, concumbamus, cras enim morie-
 mur. Prouexit me dulcedo scribendi, longius q̄ destinaue-
 rā. Itaq; omissa aliena insectatione, quæ nil est profutura,
 reuertamur ad reliqua operis propositi. Quod si nō pudet
 sacerdotes in propatulo peccare, cur pudeat eos in libro
 male audire? Qui enim perfricuerūt semel frontē, nunq̄ de-
 inceps erubescūt. Verū ut hæc liberius scriberē, in pseudo
 sacerdotes, fecisti tu integerrime doctissimeq; Antistes: qui
 nō tantū ornamenti accipis à sacerdotali dignitate, quantū
 tu uirtute spendicāte splendoris præbes ordini sacerdotali:
 in quo Archiepiscopus Colocēsis doctissimus, sanctissimus,
 integerrimus, instar gemæ fulgentis enitescit ac splendet.
 Formidolosum.] timidū & meuculosum. aliàs formidolo-
 sus dicitur, nō q̄ formidat, sed qui formidatur. Salustius in
 Catilin. nō armatus hostis formidolosus. Caperatū.] rugo-
 sum, horridū, superbiā seueritudinēq; præferēs. Caperatū,
 ait Festus rugosum dici, à cornuū caprinorū similitudine:

epiatur ab uxore, etiã cum cauet, etiam cum cauiffe ratus
 est, sæpe is cautor captus est. Optandum est, ut uxores no-
 stræ suapte natura pudicæ esse uelint, ut maritos diligant,
 quod magnum est castitatis indicium. Alioqui nulla satis
 efficax, nulla satis diligens custodia. Invida enim custos est
 castitatis necessitas: & illa uerè pudica dicenda est (ut
 inquit sapientissimè Hieronymus) cui licuit peccare si
 uoluit: & minore miseria deformis habetur, quàm for-
 mosa seruatur. Nihil tutum est, in quo totius populi uo-
 ta suspirant: alius ingenio, alius liberalitate sollicitat: a-
 liquo modo aliquando expugnatur, quod undique incessi-
 tur. Uxor contenta est, quæ bona est, uno uiro: ut inquit
 Plaut. in Mercatore. Talem meam esse & opto, & credo.
 Coronam auream.] Tanquam inter cæteros amatores di-
 gnus triumpho & corona, quod insigne uictoriæ est. De
 multis varijs coronis militaribus, quarum aliæ erant ex auro,
 aliæ ex fronde, scribunt Plin. Gel. Plutarchus, & cæteris:
 & nos apud Sueton. annotauimus. Aurum coronarium di-
 citur corona triumphalis, quæ Imperatori ob honorẽ trium-
 phi mitti solebat. Quæ antiquitus erat ex lauro, postea ex
 auro fieri cœpta. Hoc ideo breuiter annotaui, ut intellige-
 res quid sit apud scriptores aurum coronarium, cuius idem
 titulum meminerunt. Soliti erant in Italia populi & provin-
 ciales, pro auro coronario quasi tributi uice pecuniæ sum-
 mam imperatoribus persolvere. Hinc laudatur Adrianus,
 quod aurum coronarium Italiæ remisit, in provincijs mi-
 nuerit. M. Tul. contra Rullũ: Quantũ habeat prædæ, ma-
 nubiarũ, auri coronarij, profiteatur. auct. est Plin. coronas
 ex auro solis ciuibus datas, cum externos torquibus aureis
 donarent. Zelotypum.] M. Tul. in quarta Tusculana,

zelotypiam ait esse ægritudinem, ex eo quòd alter potia-
tur eo quòd ille concupiuerit. hinc maritus zelotypus di-
ctus qui anxius sollicitusq̄, ac timens, ne alter quoq̄; potia-
tur uxore, quam ipse concupiscat. zelotypa mæcha dicitur
à satyrico perquam scite uxor, quæ cum adultera foret,
tamen se zelotypam mariti simulabat. Cōmentus est.]
excogitauit, inuenit.

Amatorum.]

Illius uidelicet for-
midolosi, & istius
frenuissimi. De
eurionem.] In mu-
nicipijs et colonijs
decuriones dicun-
tur, qui Romæ se-
natores. Decurio-
natus, dignitas ses-
natoria: & in hoc
significatu decu-
riones apud M.
Tul. Plinium, Li-
uium, & ceteros,
identidem accipiū-
tur. Decreta decu-
rionum, hoc est se-
natorum, sæpe cita-
ri leges à scriptori-
bus. Decurionum
honoribus (ut re-
fert Paulus iuris

Nosti quendam barbarum
nostræ ciuitatis decurionem,
quem Scorpionem præ mo-
rum acritudine uulgus appel-
lat. Hic uxorem generosam, &
eximia formositate præditã,
mira custodela munitam, do-
mi suæ quamcautissimè cõhi-
bebat. Ad hæc ultima, pistoris
illa uxor subiiciens: Quidnis?
inquit, noui diligenter. Arētē
meam condiscipulam, quam
memoras. Ergo, inquit anus,
nosti totam Philesteri etiam
ipsius fabulam? Minimè gen-
tium, inquit: sed nosse ualde
cupio, & oro mater, ordinem
hi singula retexe. nec commo-
rata illa sermocinatrix immo-
dica, sic anus incipit: Barbarus
iste, cum necessariam profe-
ctionem pararet, pudicitiaq̄;
caræ coniugis cõseruare sum-
ma di-

ma diligentia cuperet, seruuū suum Myrmecem, fidelitate præcipua cognitū, secretū cōmonet, suæq; dominq; custode lam omnē permittit: carcerem & perpetua uincula, mortem deniq; uiolentam & famem comminatus, si quisquam hominum uel in transitu digito tenus eam contigisset. Idq; de ierans etiam confirmat per omnia diuina numina. Ergo igitur summo pauore perculsum Myrmecem, acerrimum relinquēs uxori sequutorem, securam dirigit profectiōē. Tunc obstinato animo uehementer anxius Myrmex, nec usquam dominam suam progredi sinebat, & lanificio domestico destriētam insuperabilis adsidebat, ac tantum necessario uespertini lauacri progressu, adfixus atq; conglutinatus, extremas manu prehēdens lacinias, mira sagacitate cōmissæ prouinciæ fidem tuebatur.

consultus) plebeiū fungi prohibētur: & (ut auctor est Callistratus) minores 25 annis decuriones eligi nisi ex causa nō possunt. Decuriones in albo (ut docet Vlpianus) eo ordine scribi oportet, quo quisque eorum maximo honore in municipio functus est. Decurionibus, facultatib. lapsis, alimenta publice decernuntur, maxime si ob munificētiam in patriā patrimonium exhaurerint. In re militari decuriones appellantur, qui turmæ equestris præsunt: Turma autē equites habet 32. auct. Vegetio. Alij uerò (inter quos

est M. Varro) tradunt, in singulis turmis equitum decurio

nes esse ternos. Itaq; cum turma in tres decurias diuidatur, singularum decuriarum praefecti decuriones sunt dicti, ex eo quod denis equitibus praesint. Quod sentit & Nonius, scribens decuriones & centuriones à numero dici, cui in militia praerant. Apud Sueton. decurio cubiculariorum dictus, pro eo qui praest cubicularijs. consimiliter ab Ammiano Marcellino palatij decurio nominatus, pro praepositus praefectusq; palatij. Barbarū.] nomen hic proprium est: alias barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Graecis. nec latini ab hoc nomine probroso excipiebantur: immò, ut inquit Cato, et repetit Plinius, Graeci nos quoq; dictitant barbaros, & spurca foedant appellatione. hinc Plautus in Captiuis, Italicas urbes uocat barbaricas. Homerus in 2. Iliados: *νάρης ἀνὴρ κάρησιν ἕρυσσας βαρβαροφώνων*. id est, Barbarici Caras Nastes sermonis agebat. Querunt eruditi, quare solos Cares *βαρβαροφώνων*, id est, barbarici sermonis appellet: barbaros uerò nunquā. Opinatur Strabo, ab initio eos barbaros appellatos, qui difficulter, asperè, duriter loquerentur: sicuti nos balbos dicimus. Itaq; omnes qui asperè loquuntur, nec linguam graecam perfectè pronunciant, barbari dicuntur. Quales, inquit, sunt nationes omnes, praeter Graecos. Quocirca Homerus Cares *βαρβαροφώνων* dixit, quasi duriloquos et crassilingues, qui graecas dictiones planè expedire non poterant. Ex eadem causa barbarismus dictus est, uitium scilicet eorum qui malè graecissant, & graeca barbarè perperamq; pronunciant. Barbaricum absolutè appellatur clamor exercitus, uidelicet quòd eo genere barbari utantur. Illud adde quod scitu dignum est, barbaricarios dici Textores, artificesq; lintea uestis, qua ex auro & coloratis filiis

filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Scor-
 pionem.] Nomine hoc homines uenenati & moribus tri-
 culentis præditi merito nominari possunt. est enim scor-
 pionum pestis ueneni importuna, lenta morte conficiens:
 quorum ictus foeminis in totum letalis est. Semper, ut in-
 quit Plinius, cauda scorpionis in ictu est, nulloq; momento
 medicari cessat, ferit obliquo ictu & inflexu. Venenum
 ab his candidum fundi, auctor est Apollodorus. hinc autem Hie-
 ronymus: Cesset contra nos insurgere arcuato uulnere scor-
 pius. Psylli, qui reliquarum uenena terrarum inuehentes,
 questus sui causa peregrinis malis impleuere Italiam, scor-
 piones quoque importare conati sunt. Homini ictu putatur
 esse remedio ipsorum cinis, potus in uino, aut oleo mersus.
 In caelo scorpium domicilium est Martis foemininum: I-
 deoque in eo Mars seuit impotenter. Hinc Lucan. Tu
 qui flagrante minacem Scorpion incendis cauda, che-
 lasque peruris, Quid tantum Gradiue parus? In apologia
 consimiliter tradit, Æmilianum quempiam cognomina-
 tum esse Charontem, & Mezentium, ob oris & animi
 diritatem, ob deorumque contemptum. Famositate.]
 Purior lectio est, Formositate. Custodela.] custo-
 dia: dielicio Lucio nostro familiarissima. Cohibebat.]
 continebat, cohercebat, comprimebat. Iuuenalis: Pone
 seram, cohibe, sed quis custodiet ipsos Custodes? Aro-
 tem meam.] Nomen à uirtute inditum, quæ græcè
 ἀρετή nominatur: ut uarè ἀντιπρῶτον, id est, per con-
 trariam dictionem uitiosæ foeminæ nomen Aretes im-
 positum esse uideatur. Apud Homerum Arete nomen
 est uxoris Alcinoi, matris Nausicaæ. Condiscipulam.]
 Tam in malis artibus quam in bonis apud priscos puellæ
 quoque

quoque itabant in ludum literarium, quod & Liuius docet apertissime, scribens: Virginia cuncti in ludum literarium, iniectam esse manum a ministro libidinis Ap. Claudio decemviri. Minime gentium.] nequaquam, minime cognoui. Adnotanda eloquutionis figura, minime gentium, pro eo quod est nusquam, nulibi, nequaquam. Mater.] Vocatiuus est casus. Matris autē appellatione in feminis reuerentia, etas, affectus exprimiur. Singula retexe.] repete, renarra, translatum uerbum a tela, quæ in texturino sæpe retextitur. nã proprie retexere est, re soluere quod erat detextum. Hinc Penelopes tela retexta nocturno dolo dicitur a poetis. & Lucius noster in Apologia, Omnem calumniæ textum retexo: pro eo quod est resoluo, diluo, refuto. Sermocinatrix immodica.] Plauti na lena in Cistellaria: Largiloquæ, inquit, exteplò sumus, plus loquimur quàm sat est. Plato speciem unam dicendi uocat *πρῶσι μιλιτικὸν*, quam nostri, & maxime Quint, sermocinatricem interpretantur: quæ accommodata est priuatis disputationibus. Claudius Quadrigarius dicere masculit cõsermonabatur, quã sermocinabatur. Et si A. Gellio credimus, cõsermonari rusticius uidetur, sed rectius: sermocinari crebrius est, sed corruptius. Myrmecem.] Latine dici posset Formicinus: est enim *μυρμηξ* græcè formica, nomen planè conueniens laborioso et fideli seruo: cum formicæ sedulitas, concursatio, strenuitas sit uulgo nota, & in custodiendo diligentia. Plin. noster: iam in opere, inquit, qui labor, quæ sedulitas: silices itinere earum attritos uidemus, & in opere semitam factam: ne quis dubitet, qualibet in re quid possit quantulacunque sedulitas. Myrmecia uocantur a medicis ulcera duriuscula, quæ radices

aliis

alius exigunt, magnitudine uix unquam lupini modum
 excedentia nascuntur, ut auctor est Cor. Celsus in 5. aut in
 palmis, aut in inferioribus partibus pedum. Et fa-
 mem comminatus.] Dirus cruciatus est fames, quam Co-
 lumella teterrimam mortis comitem esse dicit: & ut ca-
 nunt Græcæ camœnæ, ἔκτιστον λιμὸν δεινόν, miseri-
 mum est fame mori. Plures uidebis, quos fames magis
 quàm fama commoueat. Cum dominus debeat seruo ci-
 barium & uestiariū, ut inquit Seneca, minatur domi-
 nus seruo, si fuerit custos indiligens, cibum se subductu-
 rum: ut fame confectus, & esuritione tabescens, diram
 mortem oppetat. Digito tenuis.] Mira mariti zeloty-
 pia, qui nec quidem digito à prætereuntibus uxorem con-
 tingi uelit. Deierans.] ualde iurans, & deiurio obtestās.
 Ergo igitur.] Ex more priscorum indentidem loquitur,
 qui hasce particulas multiplicanti. Vxori sequitorem.]
 qui uxorem sequatur, quocunq; iuerit, sicut umbra sequi-
 tur corpus: ut neque loqui, neque cogitare, neque facere
 quippiam possit sine arbitro Myrmece. Tale est illud
 Plautinum ex Casina: Decretum est mihi quasi umbra
 quoquò ibis tute persequi. quin ad eum etiam si in cru-
 cem uis pergere, sequi decretum est. Inter gladiatores
 erant quidam peculiari nomine dicti Sequitores, ut
 existimamus, à sequendo: hi enim in gladiatoria pu-
 gna sequebantur retiarios, & nacti opportunitatem
 prosternebant. De his apud Suetonium in Claudio. me-
 minit & Iuuenal. illo uersu: Cum Graccho iussus pugna-
 re sequitor. Vespertini lauacri.] In balneis erant
 lauacra, in quibus uiri erant, & quib. mulieres separatim
 lauabantur. Vitruuius præcipit, uti caldaria muliebria

uiriliaq; coniuncta, & in eisdem regionibus sint collocatae
tempus autem lauandi à meridie ad uesperum est consti-
tutum: & inde uespertinum lauacrum bono epitheto di-
xit, cum hora uespertina, maximeq; mulieres peterent bal-
neas. Iuuenalis: Balnea nocte subit. Popea Neronis cōiunx
solum balnearum ita temperabat, ut lacte & sinino corpus
totum maceraret: ita credens extendi cutē, & corpus eru-
gari. Igitur seruus dominae continenter inherens ex domi-
nico praecepto, cum illa peteret uespertinum lauacrum, pre-
hensa manu uestis herilis lacinia nusquam diuellebatur: cu-
stodiaq; exerta dominam obseruans, iniunctum à domino
munus fideliter exequabatur.

Latere non po-
tuit.] Teren. Vnū
est, una haec spes
est, ubi ubi est, diu
celari nō potest: o
faciem pulchram.
Plautinum est ex
Penulo: Proba
merx facile em-
ptorem reperit, ta-
mei in abstruso
sita est. Famosa
ca.] famigera-
ta, celebrataq;. Iōv
μίσος est: nam &
cū laude & cū ui-
tio dicitur famo-
sus: in malam par-

Sed ardentem Philesteri uī
gilantiam, matronae nobilis
pulchritudo latere non po-
tuit. Atq; hac ipsa potissimum
famosa castitate, & insignis tu-
telae nimietate instinctus atq;
inflammatus, quiduis facere,
quiduis pati paratus, ad expu-
gnandam tenacem domus di-
sciplinā totis accingitur uiri-
bus, certusq; fragilitatis huma-
nae fidei, & quod pecuniae cun-
ctae sint difficultates peruia,
auroq; soleant adamantinae
etiā perfringi fores, opportu-
nē nactus Myrmecis solitatem,
ei amorem suum aperit, & sup-
plex

plex eum medelam cruciatui deprecatur. nam sibi statutam decretamq; mortem proxima re, ni maturius cupito potiat. nec eum tamen quicquam in re facili formidare debere, quippe cum uespera solus fide tenebrarum contactus atque absconditus intrò repere, & intra momentum temporis remeare posset. His & huiusce modi suadelis ualidū addens aculeum, qui rigentem prorsus serui tenacitatem uiolenter diffunderet: porrecta enim manu sua, demonstrat ei nouitate nimia candentes solidos aureos: quorum 20 quidem puellæ destinasset, ipsi uerò decem libenter offerret. Exhorruit Myrmex inauditum facinus, & oclusis auribus effugit protinus. nec auri tamen splendor flammeus oculos ipsius exire potuit: sed quāquā procul semotus, & domū celebri gradu prouectus, uidebat tamen decora illa monetæ lumina, & opulentam prædam iā tenebat animo, miroq; mē-

tem frequentius,
in bonam rarius.

Instinctus. Juxta catholicam illam, uulgatissimāq; sententiam: Nitimur in ueritū semper, cupimusq; negata. Horatianum quoq; illud huic loco mirè congruit: Si interdicta petes, uallo circumdata, nam te Hoc facit insanum.

Quid uis face.] omnia etiam durissima & pati & facere paratus, ut uoti compos existeret. Horat. Magnū pauperies opprobrium, iubet Quid uis & face re & pati. Di-
Disciplinam.] eam intelligit disciplinā, qua seruus dominam tenaciter obseruansq; cuedi-

stodiebat, qua do-
 mus matronæ se-
 piebatur. Disciplina-
 nosum dicunt uete-
 res, pessima arte
 præditum: sicut à
 Catone dictus gla-
 diator disciplinosus.
 Pecuniæ dif-
 fi. peruiæ.] Vtinã
 hoc falsum esset,
 nec à uate dictum:
 quanto innocen-
 tius uiueretur, nisi
 tabes pecuniæ cun-
 cta corrumpere
 nihil sanè poten-
 tius est auro ad cun-
 cta edomãda. hoc
 uehementius, quàm
 tormenta bellica
 perfringit arces
 munitissimas, ex-
 pugnat urbes inex-
 pugnabiles, et ada-
 mantina claustra
 perrupit. nihil est
 tam inuium, quod
 non peruium fie-
 ri: nihil tam occlu-

ris salo & cogitationis dissensio-
 sione misellus in diuersas sen-
 tentias carpebatur ac distrahe-
 batur. illic fides, hic lucrum: il-
 lic cruciatus, hic uoluptas. Ad
 postremum tamen, formidinẽ
 mortis uicit aurũ. nec saltẽ spa-
 cio, cupido formosæ pecuniæ
 leniebatur: sed nocturnas etiã
 curas inuaserat pestilens auari-
 tia, ut quamuis herilis eum cõ-
 minatio domi cohiberet, aurũ
 tamẽ foras euocaret. Tunc de-
 uorato pudore, & dimota cun-
 ctatione, sic ad aures domi-
 næ inauditũ perfert. nec à ge-
 nuina leuitate desciuit mulier,
 sed execrando metallo pudici-
 tiam suam protinus auctora-
 ta est. Ita gaudio perfusus, ad
 suæ fidei precium Myrmex nõ
 modò capere, uerũm contin-
 gere saltẽ quã exitio suo uide-
 rat pecuniã cupiẽs, & magnis
 suis laborib. perfectũ deside-
 riũ Philestero laticia percitus
 nũciat: statimq; destinatũ præ-
 miũ reposcit, & tenet nũmos
 aureos manus Myrmecis, quẽ
 nec æreos norat.

sum, quod nō excludi auro possit. Dicitare solebat C. Verres: Nihil enim tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitū, quod nō expugnari pecunia possit. Philippus rex omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus onustus auro posset ascendere. & sicut dicebat, ita faciebat: nam pecunia cūctos mortales corrumpens, & proditores auro cōcilians, urbes plurimas occupavit, totamq; Græciam turbavit: ut docet Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Hinc illud Horatianum: Diffidit urbium Portus uir Macedo, & subruit æmulos Reges muneribus. idem in hanc sententiam dixit elegantissimè: Aurum per medios ire satellites, Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo. Ab eodem illud uerissimè prolatum est: Abstinens ducentis ad se cūcta pecuniæ. Aristophanes in Pluto: πρᾶγμα τὰ πάντα πρᾶξιαι διὰ πλοῦτος. Omnia, inquit, sunt propter pecuniam. μόνωτος πάντων ἄτιος ἡγε τῶν ἀκέρων ἡγε τῶν ἀγαθῶν, id est, Sola pecunia omnium & malorum & bonorum causa est. nihil igitur mirum, si amator habebat persuasissimū, fidē serui, & castitatē fœminæ expugnari auro posse, quo cunctæ difficultates expugnantur. Adamantina.] Adamanti inter gemas preciosissimo, inenarrabilis est duricia, simulq; uis duarū uolētissimæ naturæ rerū, ferri ignisq; cōtemprix: ita respuit in incudib. icū malleorum, ut ferrū utrinq; dissulet, incudesq; etiā ipsæ dissoliant. unde & nomē indomita uis græca appellatione accepit. adamas enim græcè dicitur indomitus, siue indomabilis: et inde adamantinæ fores pro solidissimis atq; inexpugnabilib. dictæ, & quæ nulla ui perfringi possint. Adamas dissidet cum magnete in tantum, ut iuxta positus, ferrum non patiatu abstracti. Dyonysius Syracusanus dicere

solebat, Adamantina uincula esse metum, uolentiã, classem, & 10 milia armatorum: tanquam talibus sepimentis uallatus tyrannus uinci nõ possit Sed fallabatur. non melius ferrum tutatur principem, quã fides: & adamantina propugnacula, ac firmissimus murus sunt, amor, bene uolentiãq; subiectorum. Solitatem.] solitudinẽ. Cuncta mala nobis solitudo suadet, ut inquit Seneca: & ut Plin. minor tradit, Stimulus peccandi est illa fiducia: Quis enim sciet? In Apologia solitatem posuit pro solitudine, his uerbis: Crates multis seruis à se remotis, solitatem delegit. Cruciatui.] ad leniendum cruciatum, quo ob amorem grauiter angebatur. Cupito.] desiderata cupitaq; matrona: Homo, præsertim amans (ut inquit Plautus in Penulo) properat omnia. Idem in Cistellaria: Spissum istud amanti est uerbum, Veniet: nisi uenit, amatori cupienti nihil satis unquam festinatur. Fide tenebrarũ.] Tenebræ nocturnæ tegumenta sunt amantium & furum, quarum præsidio subnixi, impune illi mæchantur, hi furantur. Staius: Nox fœcunda operum, pulchraq; accommoda fraudi. Virg. in 8. Defensũ tenebris & dono noctis opacæ. Prouerbiũ Græcorum est, ἡ νυκτὶ πλοῖς, id est, non noctu nauigas: de hominibus nihil quicquam diligenter facientib. Nox enim ἀκριβέστερα, id est diligentior est, & nauigantib. opportuna, propter siderũ obseruationes. Chrysippus ex prouerbio hanc sustulit particulã negatiuam, dicens, νυκτὶ πλοῖς, id est, nocte nauigas. Suadelis.] uerborũ persuasionibus, quæ per se parum efficaces sunt, subdidit aculeũ auri, quo rigor omnis & firmitas dirumpitur: et profectò nulla, quã auri, suadela efficacior est. Reges dynastis, id est, potētes nuncupamus: quoniã quò uelint,

lint, populos aut ui aut persuasione perducāt: munificētia
 aut persuadēt. nō enim oratione suadere regale munus est,
 sed oratoriū. Regia suadela donatio est, et liberalitas: qua
 ducunt feruntq; mortales quō uelint: auctor Strabo. Hac
 suadela utantur amatores, si uoti compotes fieri ocysimē
 cupiunt. Expertus loquor, experto credite: non forma, non
 claritudo natalium, non auctoritas, non sermonis affabi-
 litas tam citō amicam amatori conciliant: quā auri ful-
 gor, & salus argentaria. Nullus internuncius melior,
 nulla lena impetrabilior, quā pecunia: cuius aculeus
 custodium utalia lancinat, sœminarum præcordia dis-
 findit, & obseratas pudicitiae fores illico repandit. Et
 tiam hoc aculeo diffissa est Myrmecis serui tenacitas, &
 domus barbari Scorpionis perforata. De suadela, quam
 Graeci πειθὴ uocant, cuius medulla Cethegus dictus, quam
 in labris Periclis seditauisse tradunt, scripsimus suo loco
 copiosissimē. Diffinderet porrecta.] disrumperet,
 subuerteretq;. Candentes aures.] non à candore can-
 dentes aureos dictos accipe, sed à fulgore auri, ac splendo-
 re quasi ignitos & flammeos: candens enim nō solum can-
 didum significat, sed etiam ignitum & ardescens: quo in
 significatu sapissimē est apud Plinium, qui inter cætera
 scribit, ferrum candens subinde in aqua tingi. Macrobius
 & Gellius in interpretatione carminis Maroniani, can-
 dens nō tam pro feruenti accipiunt, quā pro lucenti: tan-
 quam à candore dictum, non à calore. Candentissimum
 sidus dixit Solinus, intelligi uolens solem ardentissimum.
 Ipsi uerō decem.] Myrmeci. Videbat monetæ luni-
 na.] oculo scilicet cordis & cogitatione spectabat ful-
 gorem auræ monetæ: etenim persape accidit, ut quæ cue-

pimus, et animo & cogitatu perinde ac presentia con-
 templemur. animus enim cernit, animus uidet: oculi ceu
 uasa quaedam uisibilem eius partem accipiunt atq; trans-
 mittunt: auctores M. Tullius, Plinius, & ceteri. A
 moneta, monetarij dicti, de quibus Aurelianus inquit:
 Monetarij rebelles spiritus extulerunt. Monetales tri-
 umuiros olim constituere Romani, qui praessent mo-
 netae cudendae. Mentis salo.] Mentis salum, elegan-
 ter dicimus fluctuationem animi, agitationemq;: qui
 instar sali, hoc est marii agitatur, & magno curarum
 fluctuat aestu. In demonio Socratis autumat, demon-
 nes omnem humani animi faciem pati: ac simili motu cor-
 dis, & salo mentis, ad omnes cogitationum aestus flu-
 ctuare cogitationis dissensione. Augustinus libro octauo
 Confessionum: Duae, inquit, uoluntates, altera carnalis,
 altera spiritalis, conflugebant inter se, atque discordan-
 di dissipabant animam meam. Itidem oscondantes cogi-
 tationes discerpebant Myrmecem, cum ex una parte fi-
 des hortaretur ad mandata dominica custodienda, ex
 altera lucri cupido impelleret ad dominam prostituens-
 dam. Illic fides.] in custodienda dominae castitate, quae
 ipsius fidei concredata fuerat. Hic lucrum.] in ama-
 tore introducendo, & obsequendo precibus Philesteri.
 Illic cruciatus.] ex comminatione domini, si praearica-
 tor custodele fuisset. Hic uoluptas.] ex auri fulgore,
 & amatoris munificentia. Cupido.] cupiditas.
 Pestilens auaricia.] Non potuit profecto elegantio re epi-
 ibeto & uerore auaricia taxari, quam ut pestilens dice-
 retur, instar enim pestilentia & tabis inuadit mortales,
 & contagione quasi quadam serpit, & per omnes
 articulos

articulos populorum hæc mali gangrena pestilentissima permeat. A genuina leuitate.] Specialiter dictum accipe de leuitate, quæ ingenita erat dominæ Myrmecis: uel potius generaliter referendum est ad leuitatem genuinam, propriamq; omnium fœminarum. nam ut olim dixit Æsopus, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν ἰσὶ φύλον: id est, Leue est fœminarum genus. quod prouerbiali quoque uersu græco testatū est, ἢ γὰρ γυναικί κίτιμ δὲ ἴσι' ἰσάν. id est, in fœminis fidem non datur cernere. In leuitatem fœminarum genuinam scriptores omnes perorant, quæ & auaritiæ peculiari arcessunt, quæ causa est impudicitiae & stupri. hinc prouerbum illud: Nec mulieri, nec gremio credi oportere. Execrando metallo.] Aurum scitissime uerissimeq; execrandum metallum uocat, quod scilicet (ut inquit Plin.) ad perniciem uitæ repertum est: utinamq; posset è uita in totum abdicari, proficissum conuicijs ab optimis quibusq; cuius fames sacra, hoc est execranda est, ut celeberrimi auct. dixere. Odi ego aurum, inquit Plautinus senex, multa multis sæpe suasi perperam. Auro pulsa fides, auro uenalia iura: auro homicidia, sacrilegia, furta, supra, deniq; (ut summatim dicam) omnia scelera conficiuntur. Interrogatus Diogenes, cur aurum esset pal lens: Quoniam (inquit) multos habet insidiatores. Quam innocens, quam beata esset uita, si execranda auri argentiq; metalla ex commercio mortaliū abdicarentur: si nummus aureus, argenteusq; extorris ex urbibus relegaretur, sicut ex Lycurgi instituto eliminatus est ex Spartana ciuitate, ubi πάντος τυφλός, Deus diuitiarum uerè cæcus est. Verum (ut inquit M. Cato.) maiorē curam habemus maris supj nostri, quam uitæ nostræ. Auctorata.] mancipauit,

obligavit, oppigneravit quodam quasi auctoramento, hoc est, pignore & premio viginti aureorum. sic auctoratus gladiator: Horatio, auctoratus po. Ro. et uindemitor, Plinio: auctoratus proditor, Liviio dicuntur. Super hoc uerbo supra annotavi satis diligenter. Percitus.] gaudio comotus, & alacritate exultans. Destinatum præmium.] 20 aureos, quos puellæ destinauerat: sibi uerò 10, quos obtulerat pro præmio cõciliaturæ & lenociniy. Nec aureos no.] Signat serui conditionem uilissimam, qui nec prius unquam nummos aureos nouisset, quorum 40 milia ex auri libra signabantur, ut docet Plin. in 33.

Capite cõtectũ.]

Mæchorum morẽ expressit, qui obte-
ctocapite cucullo,
sive capillamento
celati, clam irrepunt ad amicas.

Horat. Tu cum
proiectus insignibus,
annulo equestri,
Romanoq; habitu,
prodis ex iudice
Dama Turpis,
odoratũ caput ob
securante lacerna.

Scribit Spartianus
Verum Anio. soli
tũ uagari noctu p
lupanaria, capite

Iamq; nocte promotã, solũ
perducit ad domum, probeq;
capite contectum amatorem
strenuum infert ad usq; domi-
næ cubiculum. Cõmodũ no-
uis amplexibus amori rudi li-
tabant, commodũ prima sti-
pendia Veneri militabant no-
ui & nudi milites. & contra o-
mnium opinionẽ captata no-
ctis opportunitate impro-
sus maritus absistit, sug domus
ianuam iam pulsar, iam clami-
tat, iã saxo fores uerberat, & i-
psa tarditate magis magisq; su-
specty dira minatur Myrmeci
supplicia. At ille repentino ma-
lo perturbatus, & misera trepi-
datione

datione ad inopiam consilij
 deductus, quod solum poterat,
 nocturnas tenebras causa-
 batur sibi obsistere, quin cla-
 uē curiose absconditam repe-
 rirēt. interim Philesiterus co-
 gnito strepitu, raptim tunica
 iniectus, sed planē prae turba-
 tione pedibus intectis procur-
 rit cubiculo. Tunc Myrmex tā-
 dem clauē pessulis subiecta, re-
 pandit fores, & recipit tunc e-
 tiam fidem domini boantem
 dominum: eoq; properē cubi-
 culū petente, clandestino trās-
 cursu dimittit Philesiterum.
 Quo iam pro limine liberato,
 securus sui, clausa domo, rur-
 sum se reddidit quieti. Sed dū
 prima luce barbarus procedit
 cubiculo, uidet sub lectulo so-
 leas incognitas, quibus indu-
 tus Philesiterus irreperat: su-
 spectusq; è re nata, quae gesta
 sunt, non uxori, nec ulli fami-
 liarium cordolio patefacto,
 sublatis his, & in sinum fur-
 tim absconditis, iussu tantum
 Myrmexce per conseruos uin-
 cto, forum uersus detrahi, ra-

obiecto cucullione
 uulgari uiatorio.
 Caligula quoq; au-
 ctore Sueton. ca-
 pillamēio celatus,
 et ueste lōga, adul-
 teria noctib. obis-
 bat. Cōmodum.]
 Iā iā, uix, tūc tūc
 aduerbium tempo-
 ris est, ut saepe di-
 ctum est. Amo-
 ri rudi litabant.]
 amorem nouū &
 recentem percole-
 bant: symbolicōs
 autem & operiē
 significat, rei uene-
 riae operam dedisse.
 se. nam litare amo-
 ri nihil aliud est,
 quā cōcubitu et
 lecti palastra Cu-
 pidinē propitiare.
 Prima stipendia
 ue.] Sicut in ca-
 stris Martis stipen-
 dia plurima mili-
 tant bellatores: ita
 per decentissimā

translationem dicuntur & amantes militare prima stipendia in Veneris Cupidinisq; cōtubernio, quando scilicet primos cōcubitus exercent: Memoratur illud poeticum, Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido. Improuisus maritus.] Improuisa mala, & insperata, grauius feriunt: deniq; omnia repentina & inopinata uidentur esse maiora, grauioraq; auctores M. Tul. & Seneca. Fores uerberat.] Graphice exprimitur aduentus mariti zelotypi, & cuncta suspectantis, cui cunctatio ianitoris et mora suspicionem

citios secum mugitus interās, rapidum dirigit gressum, certus solarum indicio uestigiū adulteri posse se perfacile indipisci. Sed ecce per plateam dū barbarus uultu turgidus, subductisq; supercilijs incedit iratus, ac pone eum Myrmex uinculis obrutus, non quidē coram noxæ prehensus, conscientia tamen pessima permixtus lachrymis uberibus, iam postremis lamētationib. inefficacem commouet miserationem: opportunē Philesterus occurrens, quanquā diuerso quodam negocio destinatus, repentina tamen facie permotus (non enim deterritus, recolens festinationis suæ delictum) ut cætera consequenter suspicatus, sagaciter extemplo sumpta familiari constantia, dimotis seruulis, inuadit cum summo clamore Myrmecem, pugnisq; malas eius clementer obtundens: At te, inquit, nequissimum & periurū caput, dominus iste tuus, & cuncta cœli numina, quæ deicendo

rando temerè deuorasti, pessimū pessimè perdāt, qui de balneis soleas hesternā die mihi furatus es: dignus hercules dignus, qui & ista uincula conteras, & insuper etiā carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia uigorati iuuenis inductus, imò sublatuſ & ad crudelitātē delapsus barbarus, postliminiō domū regressus, uocato Myrmece, soleas illas offerēs, & ignouit ex animo: & anti domino redderet, cui subriperat, suasit.

exaugebat. *Tarditate.*] qua scilicet fores cunctanter aperiantur. *Suspectus.*] suspicans, suspiciosus: nouè positum in actiua significatione. *Repentino.*] Sape hoc accidit, ut homines repentino malo perturbati, impostes mentis & inopes consilij exlitemt: quocirca illos

maximè laudamus, qui improviso malo percussi non succumbunt: sed ingenio presentissimo subnixi, consiliū habent ad manū. nam uetus uerbū est, gladiatorē in harena capere consiliū. et, ut præcipit Panætius philosophus lib. 2 de Officijs, cum uita hominū pericula ex improviso prope quotidiana ferat, ad ea cauenda atq; declinanda perinde esse oportet animo semper præpto atq; intento, ut sunt athletæ, qui in atletico certamine caput & os manibus oppositis, quasi uallo præmuniunt: itidem mens uiri prudentis aduersus petulantias iniuriarū omni in loco atq; tempore prospiciens debet esse erecta, separata, expedita consilia contra fortunæ uerbera, quasi brachia et manus prætendēs, ne qua in re repentina incurſio imparatis improte aliq; nobis oboriatur. *Causabatur.*] causam asseribat,

& excusationem tarditatis esse tenebras nocturnas, pro-
 pter quas reperire clauem ianuae non posset. sic Martia-
 lis: Sed iam causaris barbamq̄, annosq̄, pilosq̄. In-
 terdum.] Purior lectio est, interim. Tunicam iniectus.]
 camisiā induens: figurata locutio est. paulo antè dixit,
 Veneri militabant nudi milites. Praeturbatione.]
 ob turbationem. Pedib. intectis.] discalciatis & nudis.
 Tales deprenti in adulterio, saluti fuga consulunt: qui-
 bus interdum uix datur euadere. in hanc sententiam di-
 xit Horatius: Discincta tunica fugiendum est, ac pede
 nudo. Pessulis subiecta.] clauditis ianuae, & seris. Op-
 pessulatas fores, pro pessulis oclusas, posuit in primo: ubi
 de pessulis abundè. Repandit fores.] reserat, aperit.
 Boantem dominum.] Sensus est conceptus ex quouidia-
 na loquendi consuetudine. ubi enim à seruo decipimur,
 uel decipi nos credimus, boare solemus, & exclamare do-
 minicam fidem, & iterare, Haecine est fides quam do-
 mino praestat seruus: ita nunc dominus boando inclama-
 bat fidem domini, quam fluxam & infidam apud ser-
 uum fuisse ingemebat. & haec lectio magis placet, quam
 si legas Fidem deum, pro deorum: quae exclamatio est
 frequentissima. Dimittit Philesterum.] Mirè astu ser-
 uili decipitur maritus, quo cubiculum uxorium petens
 te, clam beneficio tenebrarum emittitur amator à Myr-
 mece fraudulento. Barbarus procedit cubiculo.] domi-
 nus Myrmecis, ut supra. Soleus Philesteri.] dū praefo-
 stinatione nimia quærit effugium, calciamenta relique-
 rat in cubiculo, & pedibus intectis procurrerat. à solea,
 quod calciamenti est genus, soleary dicti, confectores so-
 learum, uocabulo Plautino: sicut à calceo, calceolarij. Soc-
 leatos

leatos uocant, soleis calciatos. Soleas (auct. Gellio) dixerunt omnia ferme id genus calciamenta, quibus plantarum calces teguntur: nonnunquam uoce græca crepidas & crepidulas, eiusq; calciamenti sutores crepidarios appellauerunt. De soleis piscibus, Aristoteles, Plinius, & cæteri. Suspectus è re nata.] suspicans ex soleis deprensus, quid factum foret. suspectus enim hic, ut etiam paulo supra, significatur suspicans, aetiua significatione. Videitur autem bifariam dici suspectus, sicut suspiciosus, & qui suspicatur, & qui suspectus est: uem ignarus, & qui ignorat, & qui ignoratur: & alia consimiliter. Cordolio patefacto.] A dolore cordis, cordolium dictum: quod uocabulum in quotidiana uernaculi sermonis consuetudine est usitatissimum, quo & uetustissimi scriptores utuntur. Festiuiter Plautus scribit, mulieri non esse cordolium: tanquam mulier nulla cordiculis doleat, & ex animo. sic enim in Cistellaria meretrices loquuntur: An mihi cordolium est? Quid id est? Unde est tibi cordolium? commemora obsecro quoque: neque ego habeo, neque quisquam ulla mulier, ut perhibent uiri. Sublatis his.] soleis. Myrmece per conseruos uincto, forum, &c.] Domini in seruos non solum uinciendi, sed etiam necandi potestatem antiquitus habebant: fuitq; moris, ut serui ob leue delictum ita plecterentur à dominis, ut scilicet ignominia magis quam supplicij causa circa uicinos furcam in collo ferrent, subligatis ad eam manibus: & predicare cogereentur peccatum suum, simulq; monere ceteros, ne quid simile admitterent. unde furciferi dicti, maledicto probroso & seruili. Græci *ενοπιγγοι* appellant. Donatus & Plutarchus auctores

res. Hinc legimus apud historicos, seruum à domino olim sub furca cæsum, medio actum esse circo, ante commissum spectaculum: ex qua re instaurati sint ludi. In familia sunt lorarij, à loro dicti, quorum ministerium erat loris uincire aut uerberare, quos erant à domino iussi: quorum apud Comicos mentio. Ex eodem genere sunt & Britiani, qui magistratibus parebant, uicem lorariorum implentes. præterea minister publicus, lictor dictus, qui ex collegio uiatorum officium ligandi haberet. Rapidum dirigit gressum.] uelocem, & citum. Vestigium adulteri indipisci.] Nō ab re est, referre hoc in loco Rhodopes fabulam, quæ narrat, aquilam, alterum ex calceis eius dum lauaretur, è manu ancillæ correptum deportasse Memphim, Ægypti ciuitatem: & in sublime super regis uerticem iura dantis elatam, calceum in illius gremium demisisse. qui calcei concinnitate & rei miraculo permotus, per totam regionem misit ad eam inquirendam, quæ huiusmodi calceum ferret: quæ inuenta atq; adducta, regis uxor facta est. ita ex calceo cognitum Rhodopes uestigium, eam Ægypti reginam fecit. Indipisci autem, est assequi, & (ut ueteres dicebant) adipisci. Ponè eum.] post eum, à tergo. Subductis.] contractis, sursum ductis: quod specimen est hominis mæsti, irati, & fastuosi. Tales enim, uultus innubilant. In poemate obsceno: Non est Mentula subducti nostra supercilij. Non coram noxæ prensus.] id est, non in manifesta noxa, neq; manifestario crimine deprensus. Noxæ dedere, apud iurifcon. est, ipsum mancipium pro noxa, hoc est culpa commissa tradere. ex quo intellectu est illud Columellæ, ex primo Rusticatio-

nis: Qui rem rusticam pessimo cuiq; seruorum, uelut car-
 nifici, noxæ dedimus. Vberibus.] largis & abundantia
 bus. inde ubertim aduerbium, quod significat large &
 abundanter. Repentina facie permotus.] subita rei
 nouitate. Recolens delictum.] recordatus se ob festina-
 tionem soleas reliquisse, & ob id coniectans Myrmecem
 uinculis obrutum plecti. Familiari constantia.] sibi
 scilicet. nam dudum dixit, constantissimum & genuina
 quadam firmitudine præditum Philesterum fuisse.
 Malas obtundens.] maxillas leuiter feriens: nec enim illo
 lum, utpote beneuolum, ferire inimiciter uolebat. Obrude
 re autem translatum est à fabris, qui sæpe repetunt, per-
 cutiuntq; tundendo aliquid malleo. Deierando temerè
 deuotasti.] Attende dictum Deuotare, pro eo quod uulgo
 dicitur blasphemare, maledicere & execrari. qui enim
 temerè deierat, deos deuotat: hoc est, deuouet, execra-
 turq; deos. M. Tul. dixit in Paradoxis: Quæ uis patrè Deo-
 eium, qui filium deuotauit? Deuotos quoque pro abomi-
 natis, execratissq; solent ponere. Ouid. Viuite deuoto foe-
 mina uirq; thoro. Soleas furatus es.] Hoc commen-
 to uaserrimo consulitur saluti Myrmecis, & castitati
 fœminæ: quippe quo persuadetur domino, ut seruum e-
 xoluat uinculis, perinde ac insontem. In balneis autem
 furta fieri solita, testis est Paulus iurisconsultus, qui scribit,
 præfectum uigilum constitutum esse indicem aduersus ca-
 psarios: hoc est, eos qui mercede seruanda in balneis ue-
 stimenta suscipiunt: ut si quid in seruandis uestimentis
 fraudulentè admiserint, ipse cognoscat. Locus in bal-
 neis, quo loturi uestes exuunt, apodyterium nominatur,
 Varroni, Plinio, Ciceroni, & cæteris. latine dici potest
 spolia-

spoliarium, siue spoliatorium. Vigorati. In mala causa, uigor dicētis & audacia, accipitur pro fiducia & innocentia. iuxta illud Satyrographi: Nam cū magna mala superest audacia causæ, Creditur à multis fiducia. Postli-minio.] postea, de significatu huiusce uerbi iam satis multa in superioribus. Ignouit.] ueniam dedit. Hinc ignotum apud eruditos significat paritum, ab ignosco: cum semidocti ignotum pro non cognitum ab ignoro tantum usurpent. Ignoscibilis uestitus dicitur A. Gellio, qui dignus est uenia, cuiq; ignoscere debeamus.

Anicula gariente] Loquacitas amica senibus est. Aniculae largiloquæ, & multibibæ merito nominantur. Vnde pro uerbiū apud Græcos celebre, γαῦρον ὄμιλος: id est, anicularum loquacitas & nugæ. Familiarē.] Amatorē intelligit, quem a deo timidum, meticulosumq; fuisse dolenter ait, ut nō solum molæ pistri nensis sonitū expauescat, sed etiā

Hactenus adhuc anicula gariente, suscipit mulier: Beatam illam, quæ tam constantis sodalis libertate fruitur. At ego misella, molæ etiam sonum, & cæcam illius scabiosi asini faciem, timentē familiarem incidi. Ad hæc anus: Iam ego tibi probè suatum & confirmatum animi amatorem illum alacrem uadimonio sistam. & insuper condicta uespertina re gressione, cubiculo facessit. At pudica uxor statim cœnas Saliarum comparat, uina preciosa defæcat, pulmenta recentia tucetis temperat, mensa largiter instructa: deniq; ut dei cuiusdam, sic aduentus expectatur adula

tur adulteri. nam & opportunè maritus foris, apud Nactā proximum cœnitabat. Ergo igitur meridie propinquante, helcio randem absolutus, reſectuiq; ſecurè redditus, non tam hercules laboris libertatē gratulabar, quā quod reuelatis luminibus, liber etiam cunctas facinoroſæ mulieris artes proſpectare poteram. Sol quidem ipſum delapſus Oceanum ſub terrenas orbis plagas illuminabat: & ecce, nequiſſimæ anus adhærens lateri temerariuſ adulter aduētat, puer admodum, & adhuc lubrico genarum ſplendore conſpicuus, adhuc adulteros ipſe delectās. Hunc admodum multis ſauijs exceptum mulier, cœna iubet parata accumbere: ſed ut primum accuſſoriam potionem, & inchoatū guſtum extremis labijs cōtingebat adoleſcens, multo celerius opinione rediens maritus aduentat. Tunc uxor egregia, diras deuotiones in eum deprecata, & crurum eſus fragium abominata, exan-

conuelatam aſini faciem reformidet. Confirmatum animi.] Pro animo. archaiſmos eſt, locutio ueteribus uſitatiſſima. Vadimonio ſiſtā.] Eleganter dictum, de amatore ſiſtēdo Veneris uadimonijſ: ſicut in cauſis forenſibus ſiſtuntur rei ad uadimonia prætoris. In hanc ſententiā eſt Plautinum illud: Vbi tu es, qui me conuadatus Venerijſ uadimonijſ? ubi tu es, qui me libello Venerio citatiſt? Ecce me ſiſto, ades: cōtrā ſiſto ego tibi, & mihi contrā itidem ut ſiſtas ſuadeo. Cōdictā regreſſione.] denunciata, BB conſtitu-

constituta. Perseuerat in uerbis iuriscons. condicere enim est, prisca lingua, denunciare. M. Tul. in epistolis ad Lentulū Crassus cum mihi condixisset, cœnauit apud me. Fac cessit.] abijt, abscedit. Pudica.] Ironicōs pronunciant.] Saliarēs.] lautis, popiparis, copiosas: à Salys sacerdotibus, qui cœnas faciebant amplissimi apparatus: ut supra diximus. Vina defecant.] fece & sordibus repurgat. Macrobius: Acceptū sanguinem quodammodo defecant. solebant priusci uina per saccū lineum percolare, defecare que,

qui formidine trepidantem à dulterū aluco ligneo, quo frumenta confusa purgari consueuerant, temerè propter iacenti suppositum abscondit: ingenitāq; astucia dissimulato tanto flagitio, intrepidum mentita uultum, percontatur de marito, cur utiq; contubernalis arctissimi relicta cœnula, prematur⁹ afforet. At ille dolenti prorsus animo suspirans assidue: Nefarium (inquit) & extremum facinus perditæ fœminæ tolerare nequens, fuga me proripui. Hem, qualis dī boni matrona, quàm fida, quàmq; sobria, turpissimè se dedecore fœdauit? Iuro per istā ego sanctam Cererem, me nunc etiam meis oculis de tali muliere minus credere. His instincta uerbis mariti audacissima uxor, noscendæ rei cupiens, non cessat obtundere, totam prorsus à principio fabulam promeret. nec destitit, donec eius uoluntati succubuit maritus: & sic ignarus suorum, domus alienæ percenset infortunium.

quod

quod saccari dicitur Epigrammatistæ: Cecuba saccentur, quæq; annus coxit opimi. Fecatum uinum appellat Cato, fecibus expressum. econtrariò defecatū dicitur purū, liquidum, inturbatū, sine fecibus. Quod ad animū quoq; transferitur. Plaut. in Aulularia: Nunc defecato denum animo egredior domo. à Macrobio sanguis defecatus dicitur purus, liquidus, sine retrimētis. uina defecari, etiam diffundi, Higini. suadet, à confecta bruma 7 die, utiq; si septima luna competat: quod & Plin. refert. Tucetis.] Suprà annotauimus, ex sentētia Placiadis tuceta dici escas regias & preciosas. Hic accipi uidetur pro salis edulys. etenim mos est pulmentaria recentis carnis condire, tempera req; salis cibarijs: ut puta petasone, perna, insicys, sarcimibibus, quæ omnia sunt in genere salsamentorū. No um est illud Persianum: Tucetaq; crassa. Apud Na. coe.] Apud Horat. & Persium Nacta usurpatur pro nomine sordidi hominis, & despectissimi. Sic & hic Nactam hospitem posuit pro utilissimo. Opinor legendū esse, apud nacā, exponendūq; apud fullonē. Namq; fullones appellātur nacæ, et q; nauici nō sint, id est, nullius precij. Quod aut fullo fuerit is apud quē coenitauit, paulo mox apertissime demonstrat scribēs: Cōtubernalis mei fullonū uxor. Helcio abs.] iunculo iumētorio liberatus. Refectui.] refectio: hoc est cibus, quo corpora laborib. exhausta reficiūtur. Sub terrenis.] Chronographia est, qua aduēus noctis significatur ex solis occasu. Ratio astrologica nos non permittit ambigere, quin credamus antipodas esse, quibus sol obire dicitur nostro ortu, oriri cum nobis occidit: quorū plagā subterraneā sol illuminare incipit mersus in occasum, et infra finitorē, hoc est orizōiē tendēs, cū nobis incipit noctescere.

Quod & Virg. sensisse creditur illis uersibus: Aut redit à nobis aurora, diemq; reducit, Nosq; ubi primus equis oriès afflauit anhelis, illic sera rubens accendit lumina uesper. Antipodū nobis sunt aduersa uestigia, calcant humum ut nos, cœlum uident: nec metus erit ne de terra in cœlum decidant, cum nihil possit ruere sursum. & quæ ratio est nobis quærentibus, cur non decidant contrà sibi: eadem quoque præsto est illis, ut nos non decidere mirentur. De Antichthonib. & Antæcis, qui nobis obliqui sunt in australi circulo, diximus in primo Commentario. Splendore genarum.] inuestem, hoc est imberbem fuisse significat.

Lubrico.] læuigato, & cuius splendor lubricos in amorem sui facit tam iuuenes quàm puellas. sic Horat. Et uulius nimium lubricus aspici. Adulteros delectans.] cui Terentianum prouerbium congrueret: Tute lepus es, & pulpamentum quæris. Græca parœmia est, *δαίμωνι κρέας κίτα δάμασ*: id est, lepus carnem siue pulpamentum quærit. dicitur autem de eo, qui ab alio desiderat, quod in seipso habet. Huius prouerbij mentionem & Suidas fecit, qui docet dasypodem esse leporē: contra Plin. sententiam, leporem à dasypode discriminantis. Sauijs.] bastationibus amatorijs. Accursoriam potionem.] Quid est accursoriam potionem? num cursim & festinanter allatam intelligimus? an raptim haustam? uel potius legendum, antecursoriam potionem. etenim antecursoria eleganter dici potest prima potio, quasi præcursoria, & ut uocabulo Græco uitar. prodromos, quæ cœnā antecurrit, anteceditq;. Quidā interpretantur antecursoriam, quasi præministram Veneris, & præuiam. uinum enim est libidinis incentiuum.

Gustum.] Sicut antecursoria potio dicitur, quæ cœnans
antece

antecedit: ita & gustum pro ientaculo, id est, primo cibo uidetur posuisse, quod interdum antequam discumbamus, ante legitimā cenā præsumimus, carpinusq;. Apicius inter edulia gancata percenset gustum uersatile, gustum de oleribus, gustum de cucurbitis farfilibus, gustum de præcoquijs. Ex hoc intellectu & sensu est illud in secundo huiusce operis uolumine: Scholastice dulce & amarum gustulum carpis. Diras deuotiones,] execrationes & maledicta. uirunq; per se nomen est ominosum: nam & diræ execrationes dicuntur, & detestationes sæuæ: quales diræ tribunicia apud Plut. & Appianū, quarum meminit & Lucan. Sæua tribunitia uouerunt carmina diræ. & ab Horatio dictū est in Epodo: Diris uos agā, dira detestatio. Deuotiones quoq; pro maledictis & execrationib. abominandis accipiuntur: sicut deuotare et deuotū, in malā partē, quæ omnia nunc uulgu usurpat in bonum, & cum religionis sanctitudine. Deprecata.] Hic pro imprecata execrataq;: in partem scilicet deteriorem. quid sit deprecatio rhetorica, M. Tullius: quid deprecari, docebit A. Gellius. & sat notum est. Crurum fragium.] Emulatio Plautina: nam sicut ille lumbifragiū dixit, ita hic noster crurifragium, pro fractura lumborum & crurum. Plaut. in Amphitryone: Nam si me irritabis hodie, lumbifragiū hinc auferes à me. Abominata.] imprecata, & per dirum omen exoptans: in actiua significatione. Aliter apud Horat. ponitur, Parentib. abominatus Hannibal: pro, execrationib. detestatus. Exanguis formidine.] Ab effectu epitheton ductum: metus enim exanguem facit, & palentem, sanguine ab exterioribus ad interiora refugee. Aluco ligneo.] In rustico instrumento sunt aluci lignei.

Colum. præcipit, ut gallinarius oua in alueolũ lignẽ con-
ferat. Lilius, Romulum & Remum infantes in alueo li-
gneo expositos esse refert. Idem tradit, in trãfitu Rhodani
alueos informes præbuisse uicem nauicularũ. Propter.]
propè, iuxta. Mentita uultum.] Contrarium est illud
Nasonis: Heu q̄ difficile est crimen nõ prodere uultu, Vix
oculos attollit humo. Percũctatur de marito.] Quarit à
marito. dicimus enim percunctor de te, quæro de te, pro
è te. Horat. Quarit de pueris, num sit quoq; fracta lagena.
Arctissimi.] Interiore familiaritate cõiuncti. Præmatu-
rus.] properus & festinus nimis; præmatu-
re factum dicitur, quod festinatus, citius, & præter sui temporis modũ
factum est. Quam sobria.] Cum sobrietatis comes sit ca-
stitas & pudor, hæc tamen sobria cum adultero uolutata
est. Per istam sanctam Cererem.] Usurandum pistori
mirè cõueniens, ut scilicet iuret per Cererem deam frugũ,
quas pistor molere solet, & conficere. Istam aut̄ dicticõs
dixit, ostendẽs simulacrũ ipsius deæ, quod credibile est fuisse
se in domo lararioq; pistoris: unusquisq; enim domi simu-
lachrum eius Dei colit, quem peculiariter ueneratur. Cu-
piens rei.] Nomen est, non participium: ut fugitiãs litium,
amans meorum, & sexcenta similia. Obiundere.] Iura-
gere, instareq;: translatio (ut antè dictum est) à malleo
fabri. Promeret.] narraret, proferret, expromeret.
Succubuit.] cessit: facturus scilicet quod illa obiundendo
poscebat. Ignarus suorum.] Vetus uerbum est, No-
uissimi mala nostra discimus. In hanc sententiam est illud
Satyrographi: Dedecus ille domus sciet ultimus. Lucij Syl-
le Metella coniunx palam erat impudica: id Athenis
cantabatur, ut auctor est diuus Hieronymus, & Sylla
ignos

ignorabat, secretaq; domus suæ primùm hostium conuicio didicit. Cn. Pompeius Mutiam uxorem impudicam habuit, quam ipse pudicam esse credebat. Indicauit id in expeditione commilito, & uictorem totius orbis tristi nuncio consternauit. Ita nunc miscellus maritus, ignarus domesticæ turpitudinis, alienum percenset infortunium.

Contubernalis mei fullonis uxor, alioquin seruati pudoris, ut uidebatur, fœmina, quæ semper secundo rumore gloriosa, larem mariti pudicè gubernabat, occulta libidine prorupit in adulterũ quempiam. cumq; furtiuos amplexus obiret assidue, ipso illo denique momento quo nos lauti carnã petebamus, cum eodem illo iuene miscebatur in Venerem. Ergo nostra repente turbata præsentia, subitario ducta cõsilio, eundem illum subiectum contegit uimineæ cauea, quæ fustiũ flexu erat in rectum aggregata cumulum: laciniisq; circumdatas suffusas candido fumo sulphuris inalbabat. eoque iam, ut sibi uidebatur, turrisimè celato, mensam nobiscum secura participat: interim

Fullonis uxor.]

Fullones dicuntur, qui curant uestimenta, & poliunt. Vlpianus titulo de furtis: Itaq; fullo qui curanda poliendæue uestimenta accipit, semper agit: præstare enim semper custodiam debet. Paulus quoq; fullonẽ tradit, qui polienda uestimenta accepit, si forte his utatur, ex testatione eorum furtum fecisse uideri. Nicias Megarensis (Plinio teste) fulloniam artem primus inuenit. Idem auctor est

fullones non ten-
tari podagra, pro-
pter urinæ usum,
quæ podagris me-
detur. Cum offi-
cium fullonis pe-
culiare sit polire
uestimenta, &
maculare, hinc
Fausti filij Syllæ
festiuus iocus inno-
tuit: qui cum uxor
eius eodem tempo-
re duos machos
haberet, Fuluium
Fullonem, & Pom-
peium cognomine
Maculam, festiuis-
ter inquit; Miror
sororem meam ha-
bere maculam, cum
fullonem habeat.
Græcè ναφρός δι-
citur, νάφα τὸ νεῶν,
τὸ ξύον, quod signi-
ficat polio, ut in-
terpretatur Sui-
das; cuius inter-
pretatio apud me
potior est, quàm

acerrimo grauiq; odore sul-
phuris iuuenis inescatus, atq;
obnubilatus, intercluso spiritu
diffuebat. utq; est ingenium ui-
uacis metalli, crebras ei sternu-
tationes commouebat. atq; ut
primum eregionem mulieris, po-
nem tergum eius maritus accepe-
rat sonum sternutationis, quod
cum putaret ab ea profectum,
solito sermone salutem ei fue-
rat imprecatus, & iterato rur-
sum, & frequentato sæpius: do-
nec rei nimietate commotus,
quæ res erat tandem suspicatur.
& impulsam mensam protinus, re-
motamq; caueam, producit homi-
nem crebros anhelitus ægre
efflantem. inflammatusq; indi-
gnatione contumelia, gladium
flagitans, iugulare moriturum
gestiebat: ni respectato com-
muni periculo, uix eum ab impe-
tu furioso cohibuissem, ad seue-
rans breui, absq; noxa nostri,
suapte inimicum eius uiolenti-
a sulphuris periturum. nec
suadela mea, sed ipsius rei ne-
cessitate lenitus, quippe iam se-
miuiuum illum in proximum
depor-

deportat angiportum: cum uxorem eius tacite suasi, ac denique persuasi, secederet paululum, atque ultra limen tabernæ, ad quampiam tantisper familiaris sibi mulierem, quoad spacio feruens mariti sedaretur animus, qui tanto calore, tantaque rabie perculsus, non eram dubius aliquid etiam de se suaque coniuge tristius profecto cogiraret aliud. contubernalis epularum tedio fugatus, laræ reueni meum. Hæc recensente pistore, iam dudum procax & temeraria mulier, uerbis execrabilibus fullonis illius detestabatur uxorem, illam perfidam, illam impudicam, denique uniuersi sexus græde dedecus, quæ suo pudore postposito, thoriq; genialis calcato fœdere. larem mariti lupanari maculasset infamia; iamque perdita nuptæ dignitate, prostitutæ sibi nomē adsciuerit. Addebat, & tales oportere uiuas exurifœminas: & tamen taciti uulneris, & suæ sordidæ conscientiae commonita, quo maturius

eorum qui nescio quid indictum tradiderunt. Secundo rumore.] bona fama. Xenophon, & deinde Cicero, & postea Columella, maritaliale coniugium utilissimum esse referentes, prodiderunt, oportere foris alteri & sub dio comparare diuitias, quæ tectis recondantur: alteram uero, quæ & illatas custodiret, & cætera conficeret opera quæ domi deberent administrari. Itaque à natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, uiri autem ad excitationem forensis & extraneæ. Apud Græcos, &

B; B; omx

mox apud Roma
nos, ferè domesti-
cus labor matro-
nalis fuit, & do-
mestica negocia

stupratorè suum tegminis cru-
ciatu liberaret, identidem sua-
debat maritū temporius quie-
ti recedere.

curanda mulieri tradita sunt. ideoq; Thucydidis sententia
non improbanda uideri debet, qui optimam esse sceminans
censet, de cuius laude aut uituperatione quàm minimus fo-
ris sermo habebatur: existimās, probæ mulieris nomen &
corpus per æquè domesticis parietibus contineri oportere.
Obiret.] perageret. Lauti.] Vtrum in balneis loti, ex cō-
suetudine prisorum, qui lauabantur, moxq; cœnabant, ut
Spurina (posterior Plin. in epistolis inquit) lotus accubat,
& paulisper cibum differt. An potius loti simpliciter, ma-
nibus lotis? sicut hodieq; post ablutas manus discumbimus.
Tale est illud Virgilianum: Dant alij manibus lymphas.
& apud M. Tul. in 2. de Oratore: Illud egregium Sestij ce-
lebratur, Manus (inquit) laua, & cœna. Subitatio.] Ta-
le est illud Virgilianum: Dant alij manibus lymphas.
repentino, improviso, subito nato. Vimineæ cauea.] Ta-
lis in usu agrestis frequentissima est, qua pulli gallinacei in-
cluduntur unà cum matribus. apud Columellam, cribro ui-
tiario & loliario præcipitur pullos superponendos: Post
hæc, inquit, cauea cum matre claudendi sunt, & farre or-
deaceo alendi. Vietum ueteres dixerunt flexum, & molle,
& incuruum: unde uimina dicta, quòd sint flexibilia: &
uiere, religare significat. Romæ fuit collis nomine uimina-
lis, à Ioue Viminio nominatus, quòd ibi aræ fuerūt, & ibi
nata uimina: auctores Donatus & Varro. Duo genera sac-
licum prodidit Columella, peticale scilicet & uiminalè.
Fustiū flexu.] Ex inflexis fustibus uiminibusq; textur hu-
ius ce-

iuscemodi cauea, hodieq; nostri rustici ex uutilibus id genus caueas cōcinnant. Laciniis inalabat.] Fœminæ nostrates hoc hodie quoq; usurpant, ut scilicet sub cauea uiminea circumdant uelamenta, eaq; fumo sulfuris suppositi impune cādificent, inalbentiq;: namq; Plin. in 35. testis est, usum sulphuris ad suffiendū lanis esse efficacē, quoniam candorem molliciemq; confert. sulphur quoq; ob id fullo-num officinis familiare est. Interdum.] Lego interim, Inescatus.] correptus, possessuq;. Translatio ab his qui esca capiuntur. Donatus, Terentianus cōmentator, Inescatos dici ait, per metaphorā ab aucupibus, qui auibus capiendis effundunt cibum. Obnubilatus.] nubilo quasi quodam obuolutus, obrutusq;. Anaxilaus olim lusit, qui candēs sulphur in calice nouo, prunaq; subdita circumferens, ex ardentis repercussu pallorem dirum uelut defunctorū conuuis effundebat. Diffuebat.] languebat, labebatur, deficiebat. Et enim (ut scribit Hippocrat. in lib. de Flatibus) intercluso atq; intercepto spiritu breuissimo temporis momento moriatur animal necesse est: usq; adeo necessarius est corpori spiritus. nam spiramus semper, & respiramus cōtinenti reciprocatione. si cibum potumq; homini subduxeris, uiuet complusculos dies: intercluso spiritu, statim exanimatur. Ingenium.] natura. Virg. Nunc locus aruorū ingenijs, quæ robora cuiq;. Viuacis metalli.] Sulphur intelligit. nomine enim metallorum, ferme omnia quæ foduntur ex uenis terræ significantur. sic metalla auri, argenti, æris, plumbi dicta à Plinio, & cæteris purè latineq; scribētib; sic & Lucius noster, sulphur scitè uiuax metallum nūcupat. Cuius cū sint genera quatuor, unū est propriè uiuum nominatum, quod Græci apyron uocāt, globosum:

hoc effoditur, translucetq; & uiret. Lego apud Plin. quod quarto generi sulphuris usus est ad lychnia maxime conficienda. purior lectio est, Ad ellychnia: quo nomine accipi uidentur Plinio sulphurata, quæ sulphure liquido capitulo latim intingunt, ut sint fomites flammæ, & quasi igniaria. aliàs ellychnia dicuntur funiculi lucernariorum, quibus oleo madentibus flamma iugis custoditur: quorum Plinius & Papius meminere. De elucubratis Demosthenis orationibus dictum à Græcis est, ἐλλύχνην ἴσθαι, id est, ellychnium redolere: propterea quod ad lucernam elucubrabat, meditabaturq;. Iurisconsulti inter pœnas metalli nominant sulphurariam, hoc est, sulphuris fodinam. sic enim scribit Vlpianus tit. de pœnis: In calcariam quoq; uel sulphurariam damnari solent, sed hæc pœnæ metalli magis sunt. Vbi calcaria simpliciter significatur opus & fodina calcis, sicut sulphuraria sulphuris. Accursius hallucinatur, exponens in calcariam, in opus calcandi terram. Metallici dicuntur fossores metallorum. Plin. Iurisconsulti uidentur accipere metallicos, pro damnatis in metallum: ubi etiam pro operarijs metallorum capi possunt. Metalla à uerbo Græco μεταλλία, quod est scrutator & inquiror, dicta sunt. Alij metalla dici aurum, aut quasi μετα ἄλλα, tanquam alia post aliam in metallis uena inueniatur. Quod sentire uidetur & Plin. sic scribens in 33. Vbicumq; una inuenta uena est, non procul inuenitur alia. hoc quidem & in omni ferè materia, unde metalla Græci uidentur dixisse. μεταλλία dicitur à Græcis inuestigatio metallorum, aurique potissimum. Eregione.] ex opposito: contra enim accubabat. Ponere.] post. Ab ea profectum.] Cum sonus sternutationis ab ea parte mensa uenisset, qua erat mulier, credidit maritus uxorem sternutasse. ideoq;

ideoq; illi salutē (ut in sternutamento fieri solet) optauerat. Salutem.] Attende, imprecatus salutē dici in bonam partem, cum alioqui imprecari sit dira precari. Virg. Littora littoribus cōtraria, fluctib. undas Imprecor. Cum autē sternutātī precari salutē, mos sit promiscuus, exponēda hoc in loco philosophica causa est, cur id fiat. Plin. qdē querēs dixit in 28. cur sternutamētis salutamus: sed causam cur salutamus suppressit, quā Aristoteles in 20. proble. rerū naturae cōsultissimus explicat, scribēs: Sternutamentū pro nomine haberi, quoniā de capite, membrorū præcipuē omnium diuino, suū ducit principiū. & mox paulo: Cur eruptio sternutamēti sacra habita est? utrū quoniā cum tres partes nostri corporis principales sint, caput, uentriculus, aluus: cūq; respiratio uētriculi sit ructus, alui crepitus, sternutamentū capitis: q̄ pars sacra præcipuē est, spiritū hinc exeuntem tanq̄ sacrū ueneramur & adoramus. Præterea sternutamentū indicat caput bene ualere, posseq; cōcōgē. cum enim capitis dolor humorē spiritū ue cōuincit, tūc mo ueri sternutamentū solitiū est. quāobrem moribundos interdū sternutatorio excitamus, tanquā si sternutare nō possent, spei nulla salutis alia sit. proinde quasi bonæ iudiciū ualeitudinis, partis optimæ atq; diuinissimæ sternutamentū adorāt, beneq; augurātur. Idem Aristot. in 1. de Animalib. sternutamētū ait signū esse augurale, & unum ex spirituum omnium generib. sanctū & sacrū. sternutamenta matulina antiqui ominosa putabāt, & prohibitoria: ecōtrario meri diana probabāt, ut auspiciatiora, melioraq;. Telemacho Homericō sternutamentū facit omē felicitatis. Senes laborio suis sternuūt. Bis sternutare magna ex parte solemus, propter binas nasi nares. Oculo p̄fecto, sternutamēta desistūt.

Cauēd

Cauca.] scilicet uimineae, sub qua delitescbat adulter. Re
 flantē.] respirantē, recipiantē. Absq; noxa nostri.] si
 ne culpa nostra, & periculo. affirmabā, inquit, illū per se
 se interiturū ob sulphuris uolentiā, qua iā erat inter mor-
 tuos, uix semiuuus. Suasi, ac deniq;] Suademus facilia,
 persuademus difficilia. suadere facientis est, persuadere
 perficientis. Ultra limen.] forinsecus, extra tabernam
 mariti fullonis secederet. Suadela.] suasionē: Græcē di-
 citur *weisō*. Spacio feruens animus.] Remediū iræ &
 furentis animi, dilatio est: ira enim (ut docet Horatius) est
 breuis quidē furor, sed tam cōcitatus, tam feruēs, ut torrētī
 simillimus sit, in pronū præcipiti rapiditate currētī: ut nul-
 la re melius q̄ mora languescat. impotētissimus est affectus,
 totus in ultionē, totus in pœnā præceps. Ira enim, ut dissi-
 niunt philosophi, cupiditas est uindictæ reponēdæ. Ut ergo
 hic ardor deflagret, cupiditas ista deferuescat, spacio &
 dilatione opus est. Idcirco iratis sunt subtrahēdi hi in quos
 impetū conantur facere, dum deferuescat ira, dum se ipsi
 colligant: orandiq; sunt, ut ulciscendi uim differant in tem-
 pus aliud: ut salubriter docet M. Tul. in Tusculanis qua-
 stionibus. Rabie percussus.] Ira in rabiem & in furorē
 agit homines: & (ut inquit Seneca) cætera uitia impellūt
 animos, ira præcipitat. Aliquid tristius.] Mortē biottha
 natam intelligit. Reueni.] redy domū. Redandruare &
 repedare dixerunt ueteres, pro redire, reuenireq;. Vero
 bis execrātibus.] detestātibus, maledicisq;. Prisci execrare
 dicebant, nos execrari. Afranius: Experiurabāt, execrabāt
 se ac suos. Fecit pistoris uxor, quod fœminæ improbæ liben-
 ter faciūt, ut scilicet excandescāt in aliena flagitia, quo ip-
 sæ sanctæ incorruptaq; esse uideantur. Sexus.] scilicet
 feminei.

fæminei. Thori genialis.] Coniugalē siue maritalē lectum significat, de quo Festus Pompeius: Genialis (inquit) lectus est, qui nuptijs sternitur. M. Tul. pro Cluentio: Lectum illū genialē, quē biennio antē filiae suae nubentis strauerat, in eadē domo sibi ornari & sterni iubet. Firmicus Maternus in 5. Ad consortiū thori genialis inuitant. Lupanari infamia.] Modò adiectiuū est lupanari, & accipitur pro fœda, spurca, meretricia infamia. Aliàs substantiuū est, pro loco publico: sic enim vulgus lupanar uocat, sic & à Seneca nominatur. Perdita nuptæ dignitate.] Amissa pudicitia, omnis uirtus, omnis dignitas in femina ruit. Matresfamilias (ut inquit Vlpian.) à cæteris fæminis mores discernunt atq; separant: neq; nuptia, neq; natales faciunt matresfamilias, sed boni mores. Nupta, cuius nomē honorabile est, iacturam facit dignitatis nuptialis, ubi impudica esse cœpit: transitq; in spurcissimū infamissimumq; nomen prostituta. Tertullianus prostitutissimam dixit, quam intelligi uolebat nundinato pudore & prostituto corpore extitisse. Iulius Firmicus in 5. Brit in publicis meritorijs prostituta. Stupratorē.] Pœna Stupratoris ex lege constituta est, ut decem milia dare debeat. Hic Stupratorem accipe pro adulterum. nam & lex Iulia stuprū & adulterium promiscue appellat. propriè tamen Stuprator dicitur, uirginis & uidua. est enim stuprū, quod in uirginē & uiduā fit. Tegminis.] cauea uimineæ. Identidē.] sepe, crebriter. Temporius.] maturius, citius.

At ille, utpote intercepta cœna, ne profugeret prorsus ieiunus, mensam poni comiter

Intercepta cœna.] pistor cui intercepta fuerat fullonis cœna, & qui in-

qui incœnatus re-
uenerat domũ, po-
stulat mensam ap-
poni, ne ieiunio eo
suritioneq; confi-
ciatur, ne incœnas-
tus eat cubitum.

Potius.] Lego po-
ni, sic Plaut. Pueri
mensam apponite.

Horati9, Mensam
poni iubet. Co-
mitter.] iucundè,
suauiter, hilarè.

Quippini.] quip-
pe, nempe. Plaut.
in Penulo : Quip-
pini cum aurì du-
centis nummũ Pbi-
lippis : Quippini
ibi extemplo leno
errabit. Sèsus est:
Mulier marito cœ-
nam inuita appo-
nebat, quam uide-
licet adultero pa-
rauerat, non cons-
ingi. Præcedens
facinus.] quo ad-
ulterũ exciperat,

postulabat. Apponebat ei pro-
perè, quamuis inuita, mulier,
quippini destinatam alij. sed
mihì penitus carpebantur præ-
cordia : & præcedens facinus
ac præsentem deterrimæ fœ-
minæ constantiam cogitanti,
mecumq; sedulo deliberabam,
si quo modo possem, detectis
ac reuelatis fraudibus, auxiliũ
meo perlubere domino; illũq;
qui instar testudinis aluẽ suc-
cubabat, depulso tegmine, cum
ctis palam facere. Sic herili cõ-
tumelia me cruciatum, tandẽ
cœlestis respexit prouidentia.
Nam senex claudus, cui nostra
tutela permisa fuerat, uniuersa
nos iumẽta, id hora iam po-
stulante, ad locum proximum
bibendi causa gregatim pro-
minabat, quæ res optatissimã
mihì uindictæ subministrauit
occasionẽ. Namq; prætergre-
diens, obseruatos extremos di-
gitos adulteri, qui per angu-
stias caui tegminis promine-
bant, obliquata atq; infestã
ungula compressos, usque ad
summam minutiem conteror
donec

donec intolerabili dolore cō-
 motus, sublato flebili clamo-
 re, repulsoq; & abiecto alueo;
 conspectui prophano reddi-
 tus, lenam propudiosæ mulie-
 ris patefecit. nec tamen pistor
 damno pudicitiaē magnopere
 cōmotus, exangui pallore tres-
 pidantem puerū, serena fron-
 te & propitiata facie commul-
 cens, incipit: Nihil triste de me
 tibi fili metuas, non sum bar-
 barus, nec agresti morū squal-
 lore præditus, nec ad exemplū
 machinæ truculentæ sulphu-
 ris te letali fumo necabo, ac ne
 iuris quidē seueritate lege de
 adulterijs ad discrimen uoca-
 bo capitis, tam uenustum atq;
 pulchellum puellum: sed pla-
 nē cum uxore mea partiaro
 tractabo, nec herciscundæ fa-
 miliaē, sed communi diuidu-
 do formula dimicabo, ut sine
 ulla controuersia uel dissensio-
 ne tribus nobis in uno conue-
 niat lectulo. nam & ipse sem-
 per cum mea coniuge tam con-
 corditer uixi, ut ex secta pru-
 dentium, eadem nobis ambo

& mox cauea oc-
 cultauerat. Do-
 mino.]pistori.
 Instar testudinis.]
 adulter sub alueo
 cubans tegebatur,
 sicut testudo occus-
 litur lateq; sub
 tegmine genuino
 recōdita, contra
 Etis pedibus & ca-
 pite. Pacuius fe-
 stiuiter & symbo-
 licōs dixit tardio
 gradam, terrige-
 nam, domiportā:
 intelligi uolens te-
 studinem. Testudi-
 ne⁹ gradus à Plau-
 to & diuo Hiero-
 nimo dictus est pro-
 tardo, lentoq; ac
 formicino. Græcē
 χελών dicitur te-
 studo. unde Chelo-
 nophagi in Car-
 mania populi, car-
 nibus testudinū ue-
 scentes: qui earum
 superficie casās tē
 CC gun 13

gunt, tãtã magnitudinis apud illos testudines reperiuntur. De machinatione militari, quæ testudo arietaria nominatur, scribunt Vitrũ. Vegetius, & cæteri, ex qua trabes res ducto capite & impulsõ instar a-

rietis muros quassat & deicit. Succubabat.] subter cubabat, & subitus latebat. Herili contumelia.] qua scilicet herus meus pistõ ab uxore impudica afficiebatur.

Nostra.] iumẽtoria. Prominabat.] agebat, ducebat, & (ut antè dictum est) minabat: uerbum prisca usitatum.

Prominebant.] eminebant, extabant, apparebant extra caueam, cuius angustijs totus adulter contractus occultari nequibat. Alueo.] uimineã caueã, sub qua celabatur.

Cænã.] Lego scenã, hoc est apparatus, tegumentum. Translatio à scenã histrionica, quæ subductis alueis cuncta demonstrat. In hac locutione frequens est Lucius noster. Exanguis pallore.] Bono epubeto pallorem dixit exanguem, tanquam sine sanguine sint, quæ

ex metu pallent: quoniam (ut inquit Aristoteles in problematis) φοβὸς μὲν οὐκ ἔχει οὐκ ἔχει, timentes pallefcunt, ex eo quod calor in metu perfugit in ima, & sanguis οὐρανὸς αἷμα τῆν καρδίαν. id est, contrahitur ad cor, ita ut cæteris partibus defiat. Ex hoc metu plerisque alius soluitur, calor

bus placerent. Sed nec equitã ipsa patitur, habere plus auctoritatis uxorem quã maritũ. Talis sermonis blandicie cauilatum deducebat ad thorum nolentem puerum. sequẽte tãmen & pudicissima illã uxore alterorsus disclusa, solus ipse cum puero cubans, gratissima corruptarum nuptiarum uindicta perfruebatur.

tur, calore uidelicet ex summis ad intima penetrante. calor enim & calorifica accommodata sunt aluo, urinæq; mouendæ. Hinc illud scite dictum à Satyrographo: Soluunt tibi cornua uentrem. Alexander Aphrodisæus eleganter docet, timentes ideo pallescere, quia (inquit) sicut nos in domum profugimus, ut tuti simus: ita ipsa quoq; natura refugit intra corporis penetralia, tuendi sui causa: fugiens autem contrahit secum sanguinem, quo utitur tanquã uehiculo. Præditus.] Hic in malam partem, ut apud M. Tul. in oratione pro P. Sylla: Me singulari immanitate et crudelitate præditum. Sulphuris fumo.] non imitabor, inquit, fallonis feritatem, qui fumo sulphuris & uiolentia uix semitiuum reliquit adulterum deprehensum.

Lege de adulterijs.] Lex Iulia de adulterijs ab Augusto Cæsare lata est, cuius Plutarchus, Suetonius, Horatius meminerunt. Titulus est apud iurisperitos, ad legem Iuliam de adulterijs: quo scribit Vlpianus, si simul ad accusationem ueniant maritus & pater mulieris, maritum præferri oportere, & propensiore iure & maiore dolore executurum eum accusationem credendum est. Lex Iulia minorem annis 25 prohibet accusare adulterij, quia nondum robustæ ætatis sit: excipitur maritus, qui quacunque ætate uxorem potest accusare, & iniuriam sui matrimonij uindicare. Patri permissum est ius occidendi filiam cum adultero, marito uxorem occidere non licet: nam (ut inquit Papinianus) plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit: cæterum mariti calor & impetus facile seuentis fuit refrenandus: Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur: sed non quemlibet, ut patri. Im-

peratores Marcus & Antoninus rescripserunt, si maritus uxorem in adulterio deprensam impetu tactus doloris interfecerit, non utiq; legis Corneliae de sicarijs pœnam excipiet. Difficillimum est enim, ut diuus Pius rescripsit Apollonio, iustum dolorem temperare. Quod aut ait Lucius noster, Ad discrimen capitis uocabo, lex Julia non tam pœna capitali uidetur adulteras dānatas multare, quàm repudio: quæ ait, Adultery damnatam si quis duxerit uxorem, lege eadem tenetur. Scribit etiam Caius: si ea lege repudiū missum non sit, & idcirco mulier adhuc nupta esse uideatur tamen si quis eam in uxorem duxerit, adulter nō erit. Apud Ægyptios pœna in adulteros sancita est hæc: adulter uirgis cedebatur, adultera naso mutilabatur: ut ea maxime debonestaretur parte facies, qua maxime honestari solet. Partiaro tractabo.] ut scilicet dimidius sit uxoris ex membris anterioribus, dimidius sit ipsius ex membris posterioribus, & ita medius inter uirum uxoremq; discurrens, hinc stupratus erit, inde stuprator: hinc pathicus concubinus, inde masculus subactor. Nec herciscundæ familiae.] Tituli sunt apud iurisperitos, Familia herciscunda, & communi diuidendo: quorum hæc differentia est, quod actio familiae herciscundæ constituta est cohæredibus uolentibus à communionem discedere, & ita per familiae herciscundæ actionem diuiditur hereditas. unde & nomen familiae enim appellatio ne hereditas significatur: & hercisci dicitur diuidere, unde herciscunda inclinatur. Festus Pompeius: Ercectum, inquit, citū, quod fit inter consortes, à coercendo dictum: unde & herciscunda, & hercisci. Ego opinor legendum esse apud Festum, non ercectum, sed hercium: & ita decerno

decerno sultus auctoritate M. Tully, qui in primo de Oratore sic refert: Idcirco qui quibus uerbis hercium cieri oporteat, nesciat, idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. Iudicium autem communi diuidendo pertinet ad res quæ communes sunt, cum societate, uel sine societate. Cum societate res communis est, ueluti inter eos qui pariter eandem rem emerunt: sine societate communis est, ueluti inter eos quibus eadem res testamento legata est. Nunc Lucij nostri pistor festiuiter simul & scienter alludens ad hanc iuris formulam: Non intendam (inquit) pulchro puero actionem familiæ herciscundæ, sed potius agam de communi diuidendo: ut scilicet communis ipse inter me & uxorem diuidatur, uel potius uxor sit mihi illiq; communis. & dum ait Communi diuidendo, potest uideri subesse huic uerbo obscœnus intellectus. nam (ut docuimus in commentarijs Tranquilli) diuidere uerbum est obscœnæ significationis, & ad pædicones refertur, & puerorum concubitores, quorum in libidine præpostera & infanda nates quasi diuiduntur. Hinc explicatur locus ille Plautinus ex Aulularia: Me quidem hercle, dicam palam, nondiuides. Relege quæ annotauimus in secundo Suetonij commen. copiosissime scripta super diuisoribus, & hoc uerbo Diuidere. Tribus nobis.] Aufonius: Tres uno in lecto, stuprum duo perpetiuntur, Et duo committunt, quatuor esse reor. Ex secta prudentium.] Sapientes censent, & memorat Catilina Salustianus, idem uelle & idem nolle ueram dici amicitiam. Talis autem omnium rerum concordia, cum inter reliquos, tum maxime inter uirum & uxorem exigitur, celebraturq; , ut ambo idē uelint, idē nolint: ut ita sine iurgio, sine offensa cōcordi

ter degant, & feliciter. & ut præcipit Aristot. in *Oeconomico secundo*: Mulier existimare debet, mores mariti esse legem vitæ suæ impositam, quam sequatur. Nunc pistor illudens dicit, eadem sibi uxoriq; placere: & eundem puerum quem diligit uxor, sibi quoq; diligendū: quod totum dicaciter, & intellectu obscuro dictū est. Quæ maritum.] Primæ partes sunt uiri, secundæ femine: & ut Ecclesiastici scriptores prodiderunt, caput mulieris est uir: alter imperat, altera obtemperat. Viri (ut inquit Homerus) iura dant uxoribus & filiis. Aristot. in *1. politicorū*: Mas, inquit, est quàm femina principalior. Cauillatū.] irrisum. Pudicissima.] ironicos. Altrorsus.] in alterū cubiculū sequestrata, seclusa, amadata. Discludere Nereæ ponto, dixit Virg. & ante Virgilium Lucretius, Cum paribus iungi res, & discludere mundū: prosecernere. Vin dicta fruebatur.] Puerilem concubitum significat.

Diem peperit.]

Tanquam dies sit partus solis: etenim, ut dicere solebat Heraclitus, *εὐ μὴ ἕξις ἡν, ἂν ἄγε ἔν αὐτῷ λῶ*. Si sol non esset, nox esset.

Ferula nates obuerberans.] Quærit Aristot. in *problematibus*, cur ictus ferulæ dolorē maiorem facit, quàm

Sed cum primum rota solis lucida diē peperit, uocatis duobus ē familia ualidissimis, quàm altissimē sublato puero, ferula nates eius obuerberās: Tu autem, inquit, tam mollis ac tener, & admodum puer, defraudatis amatorib. ætatis tuæ flore, mulieres appetis, atque eas liberas & connubia lege societas corrumpis, & intempestiuum tibi nomē adulteri uindicas: His & pluribus uerbis com-

compellatum, & insuper affatim plagis castigatum, forinsecus abiicit. At ille adulterorū omnium formosissimus, insperata potitus salute, tamen nates candidas illas noctu diuq; diruptus, mœrens profugit. Nec secius pistor ille nuncium remisit uxori, eamq; protinus de sua proturbauit domo. At illa præter genuinam nequitiam, contumelia etiam, quamuis iusta, tamen altius commota atq; exasperata, ad armillum reuertit, & ad familiares fœminarū artes accenditur: magnaq; cura requisitā ueteratricem quandam fœminam, quæ deuotionibus ac maleficijs quiduis efficere posse credebatur, multis exorat precibus, multisq; suffarminat muneribus, alterum de duobus postulans: uel rursus mitigato conciliari marito: uel si id nequiuerit, certè larua uel aliquo diro numine immisso, uiolenter eius expugnari spiritum. Tunc saga illa, & diuini potens, primis adhuc armis facinorosa disciplinae suæ

quæ duriora sunt, cum tamen percussione durioris maiorem esse ratio postulet. acrius enim ferit quod durius est. An, inqt, ea ratio est, quod caro ex ictu ferulae percussitur reperiaturq; simul, propter ponderis ferulae leuitatem: uis de acrior dolor gignitur, ictu duplicato. Ex duris autem percussis tantū potest, propter earum duriciē. Hinc credo ferulas datas esse pædagogis, magistris ludi triuialis, addiscipulos castigandos: qui b9 uice sceptri gloriantur. ob hoc ab Epigrammatista dicuntur Ferulae in uise nimium pueris,

rā, grataq; magis
 stris: & Columel-
 la ait, Ferulæ q; mi-
 naces. Ferulæ asi-
 nis gratissimæ sūt
 in pabulo: qua de
 causa id animal
Libero patri asis-
 gnatur, & ferula.
 Græci nartheca
 uocant ferulā, una
 de narthecophori
 dicti ministri Bac-
 chi feruligeri. Prouerbiū græcum est, πολλοὶ ναρθηκοφῆται,
 παῦροι δὲ τὴν βάρυτον: Multi feruligeri, pauci Bacchi. Cu-
 ius meminit & Plato in Gorgia. Nulli fruticum, ut inquit
 Plin. noster, leuitas maior: ob id gestata facilius, bacculo-
 rum usum senectuti præbet. Ignem ferulis optime serua-
 ri certum est. Idq; Prometheus primus docuit. ob hoc E-
 pigrammaticus poeta, ferulas dixit esse claras munere
 Prometheo. Et eas liberas.] Atrocior iniuria, quam
 quasi contumeliosiore & maiorem accipimus, fit ex
 persona: ut grauius sit stuprare liberam fæminam, quàm
 ancillam: grauissimum uerò, alienam uxorem atque ma-
 tronam, & iura uiolare connubij. Legimus apud histori-
 cos, quemadmodum olim diuus Augustinus Proculū ex ac-
 ceptissimis libertis mori coegerit, compertum adulterare
 matronas. Intempestiuus, qui adhuc per aetatem pueris-
 lem potes esse concubinus & pabicus, amatores obles-
 Etans. Adulterorū fortissimus.] Non uidetur cōuenire,
 ut puer

ut puer delicatus fortissimus adulterorū nūcupetur; proinde lego formosissimus. Diruptus nates.] habens nates diruptus, perfossasq; postico uulnere, subactoris pistoris. Macrens.] dolens & mæstus. Nuncium remisit uxori.] id est, libellum dedit repudiij. Est autem repudium, renuntiatio, qua dirimitur matrimonium: ut iurisconsulti tradunt tit. de diuortijs. in repudijs, id est renunciationibus, cōprobata sunt hæc uerba: Res tuas tibi habeto, tuas res tibi agito. Hinc Plautina matrona indicens diuortii marito, inquit: Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas. Siue autem ipsi præsentii renunciatur, siue absentii per nunciū, nihil interest, si calore iracundiæ missum sit repudiū, non ratum est habendum, nisi prius apparuerit ex perseverantia iudicium animi fuisse. In Deuteronomio, ex præscripto legis Mosaicæ: Si acceperit homo uxorem in ambilem propter aliquam fœditatem, scribebunt libellum repudiij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Genuinam nequitiam,] ingentiam improbitatem. Ad armillum reuertit.] ad repositorium thesaurumq; armorum: hoc est, doli, fraudis, malitiæ muliebris. Suprà eodem uocabulo usus est in hoc significato. Ad familiares feminarum artes.] nimirum ueneficia, mala medicamenta, magicæ uanitates, doli, fraudes, decipula, nomine artium muliebrium continentur; alia quoq; , quæ plurima menti fœminæ natura dedit. Versus sunt græci παροιμώδεις, id est prouerbiales. Δυσσεύς ἐστὶ τῶν κακῶν κατὰ γυνῆ. id est, thesaurus est malorum mala fœmina. Item, Δυστὴ ἀπάντων ἀγχιώτερον κατὰ γυνῆ, Improbata mulier truculentior est feris omnibus. Item, δάλαρα, καὶ πῦρ, καὶ γυνῆ, κατὰ φύσιν, id est, Mare, ignis, & fœ-

muna, sunt mala tria. Veteratricem.] Sicut ueterator
 dicitur uetus in malicia ita & ueteratrix femina, in astu-
 tibus & fraudibus exercitatissima. Veteratorie aduer-
 bium, significans callide, astute, malitiose: ueteratoris est,
 considerare in mendacijs. Deuotionibus.] execratione-
 bus, dirisq; detestabilibus. Suffarcinat.] implet, oner-
 rat. Larua inmissa. Aliubi annotatum est, lemures dis-
 ci manes umbrasq; defunctorum: ex quibus qui pacatior
 quietiorq; domum possidet, is Lar dicitur familiaris: qui
 uero propter aduersa uitae merita erraticus est, larua no-
 minatur. Tales autem sunt inanes terriculi, bonis homi-
 nibus, noxij malis ac metuendi: haec nocturnum sunt occur-
 sacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terricula-
 menta. Laruarum natura esse dicitur (ut scribit diuus Hieronymus) terrere paruulos, & in angulis occurrere tene-
 brosis. Rustici ozellum nominant, graeci phantasmata uo-
 cant: quae an sint, subdubitat Plin. posteriori: qui tamen in
 Epistolis narrat exemplū scitu dignum de simulachro ho-
 minis, quod Athenis uisebatur in domo quadam spacio-
 sa, sed ob id infami & pestilente. Apparebat autem ido-
 lon, senex macie & squallore confectus, catenas qua-
 tiens: qui mox desijt uideri expiato loco, & conditis ma-
 nibus diligentia Athenodori philosophi. lege septimum
 Plinij Epistolarum uolumen. Saga illa.] Femina in-
 cantatrix, & magicarum rerum scia, tanquam satis aga.
 De qua in primo commentario. Armis facinorosa disci-
 plina.] instrumentis. arma enim instrumenta rerum om-
 nium dici, notum sat est. & testis est Virgilius, qui
 ait: Cerealiaq; arma expediunt. & in Georgicis, Dicen-
 dum & quae sint duris ocrestibus arma, utrobique arma
 posuit

posuit pro instrumenta. Velitatur.] contendit, certatq; translatum uerbum à uelutum pugna. Secius ac.] aliter quam, uel tardius quam crediderat, non enim animus mariti conciliabatur uxori instinctu magicæ disciplinae, sicut illa sperauerat. Præter præmij.] Sensus est: exstimulata est saga ad indignationem, duplici de causa: & quod contemni uidebatur à numinibus, quæ parum obsequiebantur: & quod compendium lucri constitutum ab uxore pistoris erat amissura, si pistorem uxori ui carminum non mitigasset, conciliaissetq;. Ideoq; conuersa est ad alterum postulatum, ut pistorem biotbanata morte perimeret.

Umbram uiolenter peremptæ mulieris.] *ἠαὐρα τῆς θύρας*, hoc est, per silentium intelligimus, umbram cuiusdam feminae paulo ante uiolenter extinctæ euocatam, instigatâq; ab hac saga, ad exitium pistori cōcinnandum. & hoc magicæ disciplinae genus uocatur sciomantia, quotiens scilicet umbrae fit euocatio: proprie tamen causa diuinationis, quod & nomen ostendit. hic euocatur larua noxia & pernicialis, ad perniciem interitumq; pistoris: quod sacrum, execrabile, dirum, infandum est.

Sed forsitan lector scrupulosus, reprehendēs narratum meum, sic argumentaueris. Vnde autem tu astutule asine, intra terminos pistrini contentus, quid secretò, ut affirmas, mulieres gesserint, scire potuisti? Accipe igitur, quemadmodum homo curiosus, iumentum

Scrupulosus.] diligens, curiosus. Narratum.] narrationem. Argumētaueris.] Antiqui pleraq; uerba actiue pronunciant, quæ nunc passiuè dicuntur: ut auguro pro auguror, com-

ror, cōtemplo pro
contemplor, scruto
pro scrutor: ita
& argumēto pro
argumētor. Plautus
dixit arbitrabantur,
pro arbitrabantur.
Maro populat, pro popula-
tur. Ennius criminat,
pro criminatur. Argumentari
autem est, argumentis
uti ad rem probandam,
ut docet Asconius. Homo
curiosus.] Significatur
ipse met Apuleius, qui
genuina curiositate
præditus, sustinebat
faciem iumentum,
transfiguratus in
asinum auritum. Mulier
reatu deformis.]
Hæc est larua & umbra
illius mulieris uolenter
peremptæ, quæ mas-

faciem sustinens, cuncta quæ
in perniciem pistoris mei gesta
sunt, cognoui. Diem ferme cir-
ca mediam, repente intra pistri-
num mulier, reatu miræque tri-
stitie deformis apparuit, flebili
centunculo semiamicta, nudis
& intectis pedibus, lurore bu-
xæ macieque fœdata: & discer-
ptæ comæ semicanæ sordentes
inspersu cineris, plerumque eius
anteuētulæ contegebant faciē.
Hæc talis, manu pistori clemē-
ter iniecta, quasi quippiam se-
cretò collocutura, in suum cu-
biculum deducit eum, & addu-
cta fore quàm diutissimè de-
moratur. Sed cum esset iam cō-
fectum omne frumentum, quod
inter manus opifices tractaue-
rant, necessarioque peti deberet
aliud, seruuli cubiculum pro-
pter astantes, dominum uoca-
bant, operisque supplementum
postulabant. atque ut illis sapi-
culè & interuocaliter postulan-
tibus nullus respondit, domi-
ni iam forem pulsare ualidius,
& quod diligentissimè fuerat
oppressulata, malum peiusque a-
liquid

liquid opinantes, nisu ualido reducto uel diffracto cardine, tandem patefaciunt aditum. Nec uspiam reperta illa muliere, uident è quodã rigillo constrictum atq; exanimem pendere dominum. eumq; nodo ceruicis absolutum, detractũq; summis plangoribus, summisq; lamentationibus atque ultimo lauacro procurat: peractisq; feralibus officijs, frequentiq; prosequente comiratu, tradunt sepulturæ. Die sequenti, filia eius occurrit è proximo castello, in quod pridie denupserrat, mœstiq; crines pendulos quatiens, & interdum pugnis obtundens ubera, quæ nullo quidem domus infortunium nunciãte cuncta cognouerat: sed ei per quietem obtulit sese flebilis patris sui facies, adhuc nodo reuineta ceruice, eiq; totum noueræ scelus aperuit, de adulterio, de maleficio, & quemadmodum laruatus ad inferos demeasset. Et cum se diutino plangore cruciasset, concursu familiarium cohibi-

gico susurramine instigata excitataq; à saga, immititur ad pistorem stragulandũ. Sunt præterea cacodæmones, qui sese transformant cuncta in miracularem, qui induunt effigies muliebres & ita transfigurati illudunt mentibus humanis: ut docent Ecclesiastici scriptores. sic apud Suetonium in Claudio, species barbaræ mulieris humana amplior, Drusum Germanos insectantẽ Latino sermone ultra tendere prohibuit. sic urbis Romæ imago Casari uisa est casarie lacera, nudisq; astare lacertis, eumq; dehortari à patriâ

à patria oppugnā
da. Malus dæmon
Bruto fecit omen
mortis, cui occur-
sans diro quodam
simulachro: Sum
(inquit) tuus ca-
codæmon, in Phi-
lippis me uidebis.
Multiformes dæ-
mones, gradatim-
que primos, secū-
dos, tertios, quar-
tos, describit Pro-
clus Platonius: de
quibus Diotima;

et Iamblicus, et Plato. Centunculo.] uilissimo ue-
stitude, quo supra. Intectis.] Epexegetis est: nudis
et intectis pedibus pro discalciatis, et sine ullo iniegu-
mento. Lurore buxæ.] Expone, ut supra, buxanti pal-
lore, nihil enim ferme buxæ pallidius est, adeo ut ad pallo-
rem (ut ita dixerim) pallidissimū significandū dici soleat,
buxæ pallidior est. Semicana.] ex dimidia parte albi-
cantes, canescentesq; causam canicie, quæ et canitudo di-
citur, aliubi explicauimus ex auctoritate Aristotelis, Alber-
ti Magni, Alexandri Aphrodisi, et cæterorū. Inpersu
cineris.] Specimen tristitiæ est, inspersum cinere capilli-
tium, et puluere turpatum. à Columella dicitur cineris recto
casu. Anteuentula.] comæ anteuentula dicuntur, ante
frontem propendula, quæ et antiæ et capronæ nominā-
tur, quasi

ta, tandem pausam luctui face-
re. Iamq; nono die ritè comple-
tis apud tumulum solennibus,
familiam, supellectilemq;, &
omnia iumenta ad hæredita-
riam deducit auctione. Tunc
unum larē uariè dispergit, uen-
ditionis incertæ licentiosa for-
tuna. me deniq; ipsum pauper-
culus quidā hortulanus com-
parat L nūmis, sed magno, ut
aiebar: sed ut communi labore
uictum sibi quæreret. Res ipsa
mihi poscere uideretur, ut huius
quoque seruitij mei disciplinā
exponam.

tur, quasi à capite pronæ. In Floridis inquit: Crines eius
 præmulsis antijs, promulsis caproneis, anteuentuli & pro-
 pendi. Pistoris.] Lege pistori, ut sit casus dandis: signifi-
 cat enim mulierem illam squallentem & luridam inuicisse
 manum pistori, eumq; se uocasse quasi quædam secretò col-
 loqui uellet. Adducta fore.] clauso hostio, & foribus
 firmiter oppessulatis. Plaut. Crepuit foris. Confectum.]
 molitum, & mola pristrinensi tunsim. Opifices.] mi-
 nistri pistori. Propter astantes.] iuxta & prope cu-
 biculum domini. Supplementum.] frumentum aliud,
 ut haberent operarij quod agerent, ne essent in pistrino fe-
 riati. Sæpiculè.] sæpe: aduerbium est, ἐπιουλομα.
 Interuocaliter postulantis.] sublata uoce inclamanti-
 bus pistorem, sic in i. lib. Pulsare uocaliter incipio. est au-
 tem aduerbium, quod significat ex interuallo inclamasse
 uocaliter, uel uoce penitus sublata. nam hæc particula In-
 ter (ut supra dixi) nonnunquam significat totum: ut
 interbibere, & intercipere. Oppessulata.] pessulis ob-
 firmata, clausaq;. sic in primo, foribus oppessulatis in-
 tro cepit. Nisu.] conatu. E' quodam tigillo.]
 ex trabe cubiculari suspensum. De tigno, cuius diminus
 tiuum est tigillum, scribunt iurisperiti, docentes apa-
 pellatione tigni omnem materiam ad ædificandum ido-
 neam contineri. Vult autè Lucius noster intelligi, à larva
 illa quæ induerat mulieris effigiem, fuisse pistorem laquei
 peremptum: ut ita ubique magiæ potentiam astruat,
 quæ huiusce operis est argumentum. Absolutum, de-
 tractumq; summis.] liberatum, resolutumq; à laquei mo-
 do. Plangoribus, summisq;.] Diuus Hieronymus, scri-
 bens de interpretatione Psalmorum: Siue (inquit) plo-
 raturus,

ratum, siue fletum, siue lachrymas, siue planctum diximus, unus est sensus: proprie tamen plangere est percutere, unde plangores & planctus pro percussionibus, quales & luctu & agritudine fieri solent. Silius inquit: *Livētia plantu brachia.* & apud Ovidium: *Plangebant corpore terram.* Ultimo lauacro.] Signat morem prischorum, apud quos mortui calida aqua lauabantur, iuxta illud Ennium: *Tarquiniij corpus bona femina lauit & unxit.* Servius autumat, ideo cadauera lauari solita, & per interval la conclamari, quia solet plerunq; vitalis spiritus exclusus putari, qui adhuc est inclusus, & homines fallere, qui lauacro refatus & conclamatione excitatus quasi reuocatur, restituiturq;. Feralib. officijs.] Feralia officia sunt, quæ exhibentur defunctis funerandis, & manibus condendis: qualia quoq; parentalia. de his suo loco iam dictum est. *Pugnis obtundens ubera.* Talis Anna à Virg. describitur, *Vnguib. ora soror fœdans, nunc pectora pugnis.* Quæ.] Legendum est Quæ, scilicet filia: casu recto. *Bi per quietem.*] Sic apud Virgilium, Dido cognoscit secundum quietem maritalis domus infortunium, cui quiescenti obtulit sese *Sichæus*, et inhumati uenit imago cōiugis *Ora* modis attollens pallida miris, quæ totum *Pygmalionis* scelus parricidiumq; retexit. *Macrobij* refert, oraculum dici, cum in somnis parens, uel alia sancta grauisq; persona apertè euenturum quid, uel non euenturum, faciendum uitandum ue denunciat. Visio autem est, cum id quis uidet, quod eodem modo quo apparuerat euenit. *Laruatus.*] Larua illa muliebri possessus, strangulatus, extinctus, alias laruari dicuntur furiosi, & mente moti, quasi laruis exciti. *Plaut.* Larua hunc atq; intemperie agitant senem. ubi in
tempe-

temperie significantur quædam deæ, habentes vim nocendi, & per intemperantiam sæuendi: quarum meminisse Martianus Capella, quas M. Cato in re Rustica iubet factis sacrificio propulsari & prohiberi. Luctui faceere.] Ex præcepto iurisperitorum, qui tradunt suspendiosos lugeri non solere. Pausam.] Seneca pausarium oppidum quàm eleganti, nec protrito uocabulo appellat eum, qui remigibus modos dat, & remigandi officium quædam quasi pausa moderatur. Lucretius ait, corporis scula quælia in sole cernuntur discurrere perenniter, nec dare pausam. Qu. Claudius in Annalibus, Pugnae facta pausa est. Nono die completis solennibus.] Ex instituto præscorum fit sacrificium mortuis nono die, quo sepultus est, quod dicitur nouendiale. hinc Horat. in Epodo: Nouendiales disti para pulueres. Seruius Virgilianus interpres, enarrans illud ex quinto Æneidos, Præterea si nona diem mortalibus alium Aurora extulerit: morem fuisse apud maiores exponit, ubi quis ubiq; fuisset extinctus, ut ad domum suam referretur, octauo die incenderetur, nono sepeliretur. Ludi quoq; qui in honorem mortuorum celebrantur, nouendiales dicuntur. Donatus quoq; in commentario Phormionis tradit, in funere nonum diem instaurationem uoti habere. Hoc tempore septimo die solennia defunctorum peraguntur, sicut apud præscos in nuptijs septima dies instaurationem uoti habebat: ideoq; in canonicis Decretis distinctione 44. præcipitur, ut nullus presbyterorum ad septimanam defuncti solennia celebranda uocatus, se inebriare ullatenus præsumat. Fuerunt apud præscos ferie denuales nominatæ, quæ colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur. Græci enim necron mor-

tuum dicunt. Harum feriarum meminit Columella hisce uerbis: Nos apud pontifices legimus, ferijs tantum denicali bus mulos iungere non licere, cæteris licere. Supellectilem.] Apud antiquos recto casu dicebatur supellectilis. Quid autem sit supellex, sciunt omnes: & docent iurisconsulti, apud quos eleganti uocabulo supellectiliarij dicuntur serui, qui sunt in supellectile. Ad hæreditariam actionem.] Corrige, auctionem significat enim, omnia deducta esse ad uenditionem hæreditariam, qua scilicet bona ex hæreditate prouenientia uendi solent. Auctionem autem dici publicam uenditionem, siue subbationem, notissimum est, ex eo quod cmentem augeat, & uendentem, ut interpretatur Fulgenius Placiades. Apud Plautum parasitus in Stichos, auctionem facit parasiticam, uendens iocos ridiculos, & cætera parasiticæ supellectili congruentia. Apud eundem in Menechmis fit auctio, qua serui supellex, fundi, ædes, omnia ueneant. Vnum larem uariè dispergit.] Lar unus uariè dispergi dicitur, quando bona unius domus atq; familiæ uenui subiiciuntur, & in auctione distrabuntur uarijs emptoribus: ita ut quæ prius congesta uno in lare uisebantur, ea mox uendita dispergantur per plures domos, cuius rei domina est fortuna, optimo epibeto licentiosa nominata: adeo ut nulli tantum sit licentiæ, quantum ipsi fortunæ: quæ magna repente dat, & data repente dispergit. Venditionis incertæ.] Nemo nescit, quàm sit incerta uenditio, quamq; multifariam distrabatur, in qua multi insperati incipinati que emptores assistunt. Hortulanus comparat.] Ab horto hortulanus dictus, sicut ab oleribus olitor, quem Græci cepuron uocant. Plinius & nostri hortensia uocant,

vani, quæ in hortis seruntur, quæ Græcè cepurica dicuntur. Sabinus Tyro librum cepuricôn scripsit, quem Meconati dicavit. Lucianus scribit, asinum suum labore pistrinensi factum esse emaciatum, ac toto corpore inuolidum. ideo quæ à pistore uenditum esse hortulano. uerba Luciani sunt: ἀπὸ τοῦ οὗ πάλιν γίγνεσθαι, καὶ ἀδυνατεῖν τῷ σώματι, ὥστε ἔγνω με ὁ Διονύσιος πωλεῖσθαι, καὶ ἀπὸ Διοτῆ με ἀνδρῶπιον κτηνοτροφῶν πῶν τίνυλω. Id est, Factus sum (inquit) ualde attenuatus, & debili corpore, ita ut dominus me diuendere decreuerit, qui me hortulano uendidit. Magno, ut aiebat.] scilicet precio: absoluta locutio est. Martialis: Quod non stat magno, stare Luperce tibi. M. Varro in tertio de re Rustica: Piscinæ, inquit, ædificantur magno, secundò implentur magno, tertio aluntur magno. item apud Satyrographum: Magno seruorum uentres, & frugi cænula magno. Sed ut communi.] meo & suo. Victum sibi quereret.] Narrat Æsopus fabulator, asinum hortulani, cum minimum cibi, plurimum laboris caperet, optasse mutationem seruitutis: qui Ioue annuente, cum figulo uenditus fictilia baiularet, sensit grauiorem hanc esse quàm pristini domini seruitutem. item uenditus coriario, ut cognouit deteriolem semper conditionem parari, optauit redire ad hortulanum. Hoc apologo commonemur, quòd tunc homines optant priores dominos, cum experti fuerint secundos deteriores: & quòd contenti debemus esse hoc Catonis, nec alienigenos principes expetere: nec nouum uelle subire iugum seruitutis, cum semper deterior sit posterior dominatus. Seruicij mei disciplinam exponam.] seruitutis.

Matutinò.] Ma-
ne, atq; hora ma-
tutina. locutio ab-
soluta, ueteribus
usitata. Iuuenalis:
Ter matutinò Ti-
beri mergetur. Pli-
nius dixit meridia-
nò pro hora meri-
diana. Proximã
ciuitatem.] Lu-
cianus: ὁ δὲ δρόμος
αὐτὸς ἴσθμῳ ἐπιπέδῳ
μοι τὰ νάματα, ἐο-
νεύεισθαι ἐς τὸν ἄγρον
γαῖαν. id est, Domi-
nus hortulanus im-
ponens mihi oles-
ra extrinsecus de-
portabat in forũ.
Dorsum insidēs.]
Expressit morẽ ru-
sticorũ, qui uēditis
in urbe merci-
bus, dorsum aselli
insidentes repetũt
uillam. Vendit-
toribus.] Septi-
mus est casus. ut
exponas, tradita

Matutinò me multis oleri-
bus onustum, proximam ciui-
tatem deducere consueuerat
dominus: atq; ibi uenditorib.
tradita mercede, dorsum insi-
dens meum sic hortum redire.
Ac dum fodiens, dum irrigãs,
ceteroq; incuruus labore de-
seruit, ego tantisper ociosus ta-
cita quiete recreabar. Sed ecce
fiderũ ordinatis ambagibus,
per numeros dierum ac men-
sum remeans annus, post mu-
stulentas autumnii delicias, ad
hybernas capricorni pruinas
deflexerat: & assiduus pluuijs,
nocturnisq; rorationibus, sub-
dio & intrecto conclusus stabu-
lo, continuo discruciar bar fri-
gore. quippe cum meus domi-
nus præ nimia paupertate, ne
sibi quidem, nedum mihi pos-
set stramen aliquod, uel exi-
guum tegimẽ parare, sed fron-
doso casulæ contentus umbra-
culo degeret. ad hoc matutinò
lutum nimis frigidum, geluq;
præacuta frustra nudis inuadēs
pedibus enitebar: ac ne suctis
saltem cibarijs uentrem meum
replere

replere poteram. namq; & mihi & ipsi domino cœna parac similib; oppidò, sed tenuis aderar, lactucę ueteres & insuaues illę, quę feminis enormi senecta, ad instar scoparum, in amarā cœnossi succus cariem exolefcunt.

à uenditorib; mercede olerum, hortulanus ad hortũ remeabat. Lucianus planius inquit *ἤξει ἡγορεῖται τοῖς ταῦτα ἡγορεῖται οἷον*. id est, tradens oleraemptoribus,

agebat me iterum ad hortum. Fodiens.] Lucianus: *ἤξει ἡγορεῖται, ἤξει ἡγορεῖται, ἤξει τὸ ἡγορεῖται τοῖς οἷοις ἐν ἡγορεῖται*. id est, & fodiebat, & plantabat, & plantas irrigabat. Deseruit.] inseruit operi rustico intentus. Posses legere Deserit, id est plantat: propter uerbum Luciani, *ἡγορεῖται*, id est Serebat. Ociosus.] Græcè ἀργός dicitur. unde Argonaute dicti ioculariter & cum morsu ab Epigrammatista.

Ambagibus.] circuitibus, uertigine, curriculis. De anno uertente digna memoratu annotaui in Caligula apud Suetonium. Remeans.] reuertens, recurrensq; per sua uestigia. Sic Virgilius: Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Inde solis annua reuerticula scienter, nec minus eleganter dixit in Floridís. nam quem circulum sol annuo interuallo permeans metitur, eundem remeans remetitur curriculo statuto, ordinatoq;. Mustulentas delicias.] Sic supra optimo epitheto mustulentus autumnus dictus est. Plautus mustulentũ uentum festiuiter appellat, auram odoremq; ex musto prouenientem. Capricorni pruinas.] Lucian. dixit *χειμῶν ἡ*. id est, hyems erat. Bruma temporibus Plinij et auorũ fiebat octaua in parte capricorni, ad octauũ calendis Ianuarij ferè, qua die pulegium floret in

carnarijs. Rumpuntur intentæ spiritu mēbrana. hic est unus
 ex magnis anni cardinibus. Tunc pruina, niues, gelicidia
 mortales infestant. Democritus talem futurā hyemem arbi
 tratur, qualis fuerit brumæ dies, & circa eū terni. A' bru
 ma per incremēta lucis incipit dies augeri. Antiqui portus
 solis uocant cancrū & capricornū, q. in cancro fiat solsti
 tium, in capricorno bruma, hoc est breuissimus anni dies.
 ideo aut̄ his duob. signis hæc duo nomina cōtigerūt, q. can
 cer animal retro atq; oblique cedit: & eadē ratione sol in
 eo signo obliquū incipit agere retrogressum. Capræ uerò
 cōsuetudo hæc in pastu uidetur, ut semper altē pascēdo pe
 tat. Sed & sol in capricorno incipit ab imis in alta reme
 re. Capricornus domiciliū est Saturni fœmininū. Græcè dē
 citur *Ægoceros*, sicut *carcinus cancer*. *Lucan.* *Carcinus ar*
dēs, Humidus ægoceros. In prima parte capricorni quicūq;
 habuerit horoscopū, erit rex uel imperator: in 16. parte ca
 pricorni quicūq; habuerint horoscopū, sex digitos habe
 bunt in manibus. Talis fortasse fuit horoscopus, & sidus
 natalicium hominis illius, de quo scriptū est lib. 2. *Basileō,*
hoc est Regum: Fuit uir excelsus, qui senos in manibus pedi
 busq; digitos habebat, id est, uiginti quatuor. Tales elegan
 ti uocabulo *Sedigitos*, à numero digitorū appellant. *Plin.*
in 11. *Digitus, inquit, quibusdā in manibus seni.* *Caij Horatij*
ex patricia gente filius duas ob id Sedigitas accepi appella
tas: et Volcauū Sedigitū, illustrē in poetica. In uicina mea
 hodieq; uiuit puerulus *sedigitus*, quem ego de industria cu
 riose inspexi, senos digitos habentē in manibus & pedibus:
 res nota est uicinis omnibus, nec est mendacio locus. Ro
 rationibus.] Ros nocturnus humor est, quem serenitas te
 nuiter spargit. Scribit *Plinius*, rores neque gelu neque ar
 doribus,

doribus, n. que uentis existere, nec nisi serena nocte: prui-
 nam autem ex rore gelido gigni. inter morbos arborum
 est roratio, cuius idem Plinius & Theophrastus memio-
 nerunt. Roscidæ sunt æstate Africa noctes. Alcman poe-
 ta lyricus dixit, rorem aeris & luna filium: propterea
 quod cum luna plena est, aer multum de se roris emit-
 tat. Sub dio.] sub caelo, sub aere: quod & sub Ioue di-
 citur. unde subdiales ambulationes, & subdialia pau-
 menta scriptoribus celebrata. Intecto stabulo.] Desi-
 gnat malam stabuli mansionem, quod nullo tecto, nullis
 imbricibus tegebatur. Vel exiguum tegumen.] Lucia-
 nus *κακῆνες οὐδ' αὐτῷ σπῆμα εἶχε ἀγοράσαι οὐχ ἔπει-
 μοι.* id est, & ille non sibi ipsi stratum poterat parare, ne-
 dum mihi. Lutum nimis frigidum.] *πᾶν ὑγρὸν καὶ
 κρύον σκληρὸν καὶ ἐξωὶ ἐπ' αὐτῶν.* id est, lutum humidum &
 nimis asperum atque acutum calcabam nudis pedibus.
 Nudis pedibus.] Græcè, *αὐνόδους*. Aristophanes, *αὐ-
 νόδους*, id est, discalciatis & nudis pedibus inambulante
 philosophos illudit atq; subsannat. Ne suctis ciba-
 rijs.] Consuetudo magna res est, & ut est in ueteri Græ-
 corum prouerbio, *ἡ ἡγεῖα ἰσχυρὰ φύει*, consuetudo altera
 natura. Ideoq; Aristoteles in septimo Ethicorum: Con-
 suetudinem (inquit) mutare difficile est, quod natura as-
 similatur. & ut auctor est Galenus, maximus Hippocra-
 tis interpres: Omnis repentina mutatio præter consuetu-
 dinem, nocet corporibus nocumento maximo. Dignum est
 scitu, memoratuq; illud Hippoc. qui in lib. de Regimine a-
 cutorū scribit: Homini durato membra sub dio, noxiū esse
 molli cubili & culcitra iacere præter solitum. idem au-
 ctor est, cibos uiles illaudabilesq; si ex consuetudine sint,

utilioreſe eſſe quàm inſolitoſ, quamuiſ precioſoſ & eſcu-
 lent oſ. igitur cum immutatio cibi ſueti noceat hominibuſ,
 eade m nouitate uexatum ſeſe eſſe Luciuſ noſter oſtendit.
 Ariſtot. in problematiſ reſert, mutationem cibi & aquæ
 eſſe i nſalubrem. Oppido.] id eſt, ualde. Cœna par.]
 Hortulanuſ & aſinuſ eadem cœna uſcebantur, eadem o-
 lera eſitabant. Lactuca ueteres.] Lucianuſ appellat
 δεϊδωνας κινπὰς νεῖ οκλὺγὰς. id eſt, lactucas amaraſ &
 prædurat. Inter genera lactucariū peſſimū genus eſt picriſ,
 quā ita (auctore Plin.) cum exprobatōne amaritudinſ ap-
 pellauerit, & genus unū ſeſſile nuncupatū, quod Laconicō
 uocant, maximè celebratum: de quo Martial. Seſſileſq; la-
 ctucas. ab eodem dicitur ſedens lactuca, illo uerſu: In qui-
 buſ & lactuca ſedens, & ſeſſile porrum. Inter lactucas
 ſilueſtreſ ea eſt quam caprinam uocāt, qua piſceſ in mare
 deiecta protinuſ necantur, qui ſunt in proximo. Hieracia
 uocatur lactuca quædam, quoniam eam accipitreſ ſcalpen-
 do, ſuc coq; oculoſ tingendo, obſcuritatem oculoꝝ diſcu-
 tiant. i. q. a. enim Græcè dicitur accipiter. Eſt alia quoq; la-
 ctuca amara, atra, quam meconidē uocant, à copia lactiſ
 ſoporiferi. u. u. u. enim Græco uocabulo papauer nomina-
 tur. Nigræ ſunt lactucæ, quarum ſemen meſe Ianuario
 ſeritur: albæ, quarum Martio: rubenteſ, quarum Aprili. in
 Valeria familia Lactucini cognominati ſunt, ab honore
 lactucæ. Ad inſtar ſcoparum.] Dicit ſe eſitaſſe lactu-
 cas, quarum ſemen ſeneda erat decoloratum, quæ cariōſa
 ucci amaritudinē & aſſredinē. ſcopaſ representabant.
 Caſtor oxymyrſinē uocauit ruſcum, ex quo ruri ſiunt
 copæ. Fiunt enim ſcopæ ex uariſ fruticibuſ. olim fie-
 bant ex palma, quod teſtatur Epigrammatiſta, cum ait:

In pre-

In precio scopas testatur palma fuisse. hinc est illud Horatiani, Ten varios lapidos lutulenta radere palma. Scoparius scito elegantiq; uocabulo dictus minister couerritori hoc est, qui scopis pauimenta conuertit, & reliquias cenæ detergit. Vlpianus, instrumento fundi, si uilla cultior sit, scoparios accedere tradit. Antiquitas (ut docet Augustin.) deam Deuerram coluit, dictam à uerrendo. Diminutiuum à scopa, fit scopula: quo utitur Columella. Cœnosi succus.] pro succi lutulenti. Plaut. consimiliter dixit, Lectus concaluit locus, pro lecti. ueteres prælicenter declinationes immutabant, apud quos senati pro senatus, tumulti pro tumultus, uicti pro uictus. & econtrario succus pro succi, lectus pro lecti, & alia id genus sexcenta facile reperies. alibi eadem formula dixit succum, pro succorum. Exolescunt.] euanescent, & quasi deperdito sapore degenerant.

Nocte quadam paterfamilias, qui pago proximo tenebris illunæ caliginis impeditus, & imbri nimio madefactus, atq; ob id ab itinere directo cohibitus, ad hortum nostrum iam fesso equo diuerterat, receptusq; comiter pro tempore, licet non delicato, necessario tamen quietis subsidio remunerari benignū hospitem cupiens, promittit ei, de prædijs suis sese daturum & frumenti

illunæ caliginis.] Illuna caligo dicitur obscuritas noctis densa, crassa, tenebricosa: quando cœlum est sine luna, et quando nullus lunæ splendor illuminat: dicitur illuna, & illunis ut exanima, & exanimis. ex particula priuatiua in, & luna, die

Etione composita.
 Plin. in epistolis:
 Nox non qualis il
 lunis et nubila, sed
 qualis in locis clau
 sis lumine extin
 cto. Cohibitus.]
 coercitus, retardatus,
 aberrans: sic
 olim Caesar dictator
 uia decessit,
 diuq; errabundus
 tandem ad lucem
 per angustissimos
 tramites euasit, re
 digitq; ad rectum iter.
 Comiter.]
 hilaré, lubenter,
 benigné. Comes
 homines (ut alibi
 dictum est) benigni,
 faciles, suaues
 esse dicuntur; ut docet
 M. Tul. in oratione
 pro Cornelio Balbo.
 Pro tēpore.] Ratio tēporis
 facit, ut hospitium
 sordidū uideatur
 aliquādo pres

& oliui aliquid, & amplius
 duos uini cados. Nec moratus
 meus dominus, sacculo & utri
 bus uacuis secum apportatis,
 unde spinæ meæ residens, ad
 sexagesimum stadium profec
 tionem comparat. eo iam cō
 fecto uix spacio, peruenimus
 ad prædictos agros. ibiq; sta
 tim meum dominū comis ho
 spes opipari prandio partici
 pat. Iam his, poculis mutuis al
 tercantibus, mirabile profus
 euenit ostentum. Vna de cæte
 ra cohorte gallina per mediā
 cursitans aream, clamore ge
 nuino uelut ouum parere ge
 stiens personabat: eā suus do
 minus intuens, ô bona, inquit,
 ancilla, & satis fecunda, quæ
 multo iam tempore nos quo
 tidianis partibus saginasti: nūc
 etiam cogitas, ut uideo, gustu
 lum nobis præparare. & Heus
 (inquit) puer, calathum fœtui
 gallinaceo destinatum, angu
 lo solito collocato. ita uti fue
 rat iussum procurante puero,
 gallina cōsuetæ lecticulæ spre
 to cubili, ante ipsos pedes do
 mini

mini præmaturum, sed magno
 prorsus futurū scrupulo, pro-
 didit partum. nō enim ouum,
 quod scimus, illud: sed pinnis
 & unguibus, & oculis & uoce,
 etiam perfectum edidit pullū,
 qui matrem suam cōtinuò cō-
 pit comitari.

ciosū, ut panis un-
 esuriētī datus maxi-
 mi beneficij loco
 sit. Remunerari
 hospitē cupiens. J
 Nihil est tā lauda-
 bile (ut inquit ue-
 rissime Seneca)
 quàm referre be-

nemeritis gratiam: honestissima contentio est, beneficijs
 beneficia uincendi. In referenda gratia imitari debemus
 agros fertiles, qui multo plus afferunt quàm acceperunt:
 & nos quoq; beneficium reddere maiore mensura, & re-
 munerari decet. Maiores nostri scienter Gracius ita pin-
 gebant, ut una auersa, duæ nos respicerent: sic docen-
 tes, profectam à nobis gratiam, duplicem reuerti debere,
 & remunerationem largiori mensura esse rependen-
 dam. Qui tantum retulit quantum accepit, ingratus ui-
 deri potest: qui serit beneficium, metere debet fructum.
 Turpe est beneficijs uinci, ut turpe reddere benefi-
 cium sine fœnore: Sit nobis exemplar remunerationis
 Artaxerxes, qui mille daricis & phiala aurea remune-
 ratus est rusticum, à quo hauſtam manibus è flumine
 aquam pro munere oblatam libens acceperat, nil aliud
 habens quòd elargiretur. Etenim beneficium non tam
 in eo quod sit aut datur consistit, quàm in ipso dantis ani-
 mo, aut facientis. Alexander Macedonum rex gloriari so-
 lebat, à nullo se beneficijs uictum. Sylla sepulchro suo
 inscribi iussit, à nullo se amico beneficentia supera-
 tum. & nos pro uirili parte laboremus, ut meritò pos-
 simus

simus gloriari, à nullo nos in gratia referenda uis
 etos esse. Quod fecit hic paterfamilias, hortulani hospiti-
 tio comiter receptus, qui remunerari hospitem cupiens,
 promisit se daturum affatim frumenti, olei, & uini, ut ita
 pro cœna & unius noctis hospitio annuū uictum repende-
 ret. In libello prouerbiorum retulimus ἀντιπλάγγιον ἄνδ
 ἀντιπλάγγιον prouerbio Græco usurpari, pro retributio-
 ne beneficij & remuneratione: quod à ciconijs ductū est,
 quæ inter aues pie nominatur, quæ parentes senio defec-
 tos, & remigio alarū lassescens educare ac succolare di-
 citur. Duos uini cados.] Cadi uasa sunt, quib. uina coddū-
 tur: quod sat compertum est ex lectione Virgilij, ita scri-
 bentis: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes.
 Hortensius (ut inquit Varro) cados amplius decem hères
 di reliquit. Oliui aliquid.] olei. oliuitatem & oleitas
 tem ueteres posuerunt pro olei uindemia. oliuinam dixit
 Plaut. pro oliui, id est, olei prouentu & copia: sic scribens
 in Pseudulo, oliuinam domi habet maximam. Saccu-
 lo.] ad frumentum recondendum. Et utribus.] ad
 oleum & uinum deportandum: sunt enim utres & ui-
 narij et olearij. Unde spina.] sine strato iunctorio. Ad
 sexagesimum stadiū.] Stadiū 25 nostros efficit passus: hoc
 est, pedes sexcentos 25. octaua pars est miliarij. Comis
 hospes.] paterfamilias, quem comiter hospitio paulo antè
 hortulanus acceperat: qui comis dicitur, benignus, suauis,
 facilis, ut supra dixit. Opipari prandio.] lauto & co-
 piofo. Antiqui opiparum dixerunt apparatus, magna-
 rum opum. His altercantibus mirabile.] uicissim se
 prouocantibus ad pocula haurienda. M. Tul. in Verrinijs
 Fit sermo (inquit) inter eos, & inuitatio, ut Græco more
 bibere-

biberetur, hospes hortabatur, poscunt maioribus poculis. Peditanus Asconius, doctiss. interpres: Poscunt, inquit, pro prouocant intelligendū est: ut sit sensus, prouocant se inuicem. itidē exponit Nonius. in hoc quoq. loco accipiendum est eodē intellectu, His altercantib. ut scilicet significet illos prouocasse se se inuicē ad bibendū, & alterū alteri mutuis poculis in altercatione uinaria annuisse. Vna de cohorte gallina.] Cohortem dicimus sepimentū, intra quod gallinæ conclusa pascuntur. inde cohortalis gallina Columellæ dicta, quæ uulgo per omnēs ferē uillas conspicitur. idem præcipit: Cohors, per quā uagantur gallinæ, non tam stercore quā uligine careat. M. Varro cohortes in fundo magno duas faciūdas esse censet, lib. primo de Re rustica: ubi indicat, non tam usui gallinīs, quā etiam pecuēdibus, cohortes exādificari. Est autem dictio cohortis modō triū modō duarū syllabarū apud poetas. Quid. Abstulerat mutas illa cohortis aues. Martialis: Accipe cohortis aues: Græci cohortalem officinā uocāt ornitotrophib., à gallinīs pascendis. Genuino.] ingenito, insito, innato. pipare autem gallinæ propriē dicuntur, sicut grunire peculiare est porcorum, balare ouium. M. Varro: Mugit bos, ouis balat, equi hinnunt, gallina pipat. Columella glorientes gallinas uocat, quæ oua incubant. Idem de pullicinīs loquens inquit: Animaduertat an pulli rostellis oua procuderint, & auscultet si pipiant. Pro ostento autem duci, si gallina cecinerit, testis est Terent. qui in Phormione inter monstra & hoc memorat, Gallina cecinit, interdixit ariolus: exponit Donatus, obstetricum esse obseruationem, in quā domo gallina canat. Quotidianis partibus.] Gallinæ (ut auctor est Plin. in 10.) quotidie pariunt.

riunt, aliquæ h̄s die, aliquæ in tantum ut effectæ moriantur. Hadriani laus maxima. ex Aristotele hoc totum Plinianum, ut pleraq; alia, transpositum est, qui in sexto de animalibus uolumine sic refert: Hadrianae gallinae paruo quidem sunt corpore, sed quotidie pariunt: ferociunt tamen, & pullos sæpe interimunt. nonnullæ e cohortalibus h̄s die pariunt: iam aliquæ in tantum copia prouenerunt, ut effectæ breui morerentur. Albertus Magnus, Aristotelis simia, non tam uerba Aristotelica pensitans, quàm sensa perpendens, hallucinatur, qui in sexto de animalibus lib. & ipse scribens de ouis gallinarum, sic inquit: Quædam sunt gallinae quotidie parientes, quæ Adriani regis uocantur. Credidit Albertus, Adrianas gallinas dici ab Adriano rege, qui post Aristotelem magno interuallo, immò post Plinium Romæ imperauit: cum Adrianae gallinae ab Adria Italiae ciuitate nomen acceperint. Peccat subinde talibus in rebus ille alioqui magnus philosophus, qui dum cœlestia contemplatur, quæ sunt ante pedes non spectat: cui contingit, quod Thaleti Milesio, qui fertur, cum domo exiret spectandorum siderum causa, in subiectam foueam decidisse. Hinc illud false dictum emanauit: Quod est ante pedes non spectat, dum cœli scrutatur plagas. Sed ut ad rem redeamus: fecunda nimirum & bona ancilla illa gallina est dicenda, quæ quotidie parit, quæ quotidianis ouis dominum saginat. iuuenta gallinae plura quàm ueteres pariunt, sed minora. quædam gallinae omnia gemina oua pariunt, hoc est geminos uitellos habentia, & geminos interdum excludunt, ut Cor. Celsus auctor est: alterum maiorem. alioqui negant omnino geminos excludi. Gustulum. ¶ Pro gustulo & ientaculo matutino multis sunt oua forbilia.

sorbilia, quo gustulo nihil (me iudice) est iucundius: & nullus est alius cibus, qui alat, neque oneret, simulque vini usum & cibi præbeat. luteum oui (sic enim à Plinio dicitur uittellus) deuoratum liquidum, ita ut dentibus non attingatur, prodest iusientibus, thoracis distillationibus, faucium scabriei. Ouum durum (ut scribit Cor. Celsus) ualentissima materia est: molle uel sorbile, imbecillissima. idem oua sorbilia inter euchyla numerat, hoc est boni succi cibaria.

Puer.] O' minister. Calathum collocato.] Colloca, inquit, o' puer uasculum uimincum ad ouum foetificantis gallinae excipiendum. in gallinarijs disponi solent alueoli lignei, et cistulae uiminea, quibus pro cubilibus gallinae utuntur, in hisque foetificant. ideoque, ut præcipit Columella, mundissimis paleis & stramentis debent esse gallinarum contrata cubilia. Consuetæ lecticulae.] Id est, cum nolisset solitum cubile & quasi lecticulam petere, in qua consueuerat mollior cubans oua parere. Prematurum, &c. prodidit partum.] Signat gallinam peperisse: neque ex oui incubatu, sed repente pullum profuisse: quod sane monstrificum fuit, & durum. Nam cum gallina sit ex genere ouiparo, debet prius parere ouum, mox ex rupto putamine oui pullum excludere, qui partus est naturalis. nunc, foetura præpostera peperit pullum absolutum.

Ouorum mentio submonet me, ut nobilium scriptorum discordes sententias super ouis hoc potissimum in loco perpendamus. Columella, ex ouis acutissimis longissimisque gigni mares, ex rotundissimis foeminas, tradit. Columellæ ad stipulatur Plinius noster in decimo: Foeminam, inquit, edunt quæ rotunda gignuntur: reliqua mares. Hoc idem sentire uidetur & Horatius Flaccus, qui in

Sermonibus probans oua oblonga ait, Namq; marem cohibent callosa uitellum: quæ saporis quoque gratioris esse putat. & hæc nostri inter se concinnes prodiderunt. Attende quaso reliqua. Alberius ille magnus, mirandusq; in phisicis rebus, sic scribit in 6 de Animalibus: Dicit Aristoteles, quod oua longa & acuta producunt mares, rotunda fœminas. & hoc est falsum omnino: & uitium fuit ex scriptura peruersa, & non ex dictis Philosophi. propter quod dicit Auicenna, quod ex rotundis & breuib; ouis producuntur mares & galli, ex longis autē & acutis ouis producuntur gallinæ. & hoc concordat cū experientia, quam nos in ouis experti sumus, & cum ratione. hæcenus Albertus Magnus: ex cuius uerbis colligimus, codices Aristotelis tempore ipsius Alberti & congruisse cum sententia Plinij & Columellæ, super ouis progenerantibus fœminas & mares. & ita ego opinor Aristotelem scripsisse: & Plinium, qui Aristotelis quasi interpres est luculentus, in natura maxime animalium, id ex ipso mutuatum esse: nec credo Alberto, uitiatos esse codices Aristotelicos, etiamsi experientia euidenter ostenderet ex rotundis ouis mares, ex acutis fœminas gigni. Igitur ut peregrè ista concludamus, sensit Aristoteles, & scripsit, ex rotundis progenerari fœminas, ex acuminatis mares: idem Columella, Plin. Horat. sensere, scripsereq; Aristotelem secuti. Nunc uerò in lib. Aristotelis sexto legitur, prout correxit Albertus Magnus, ne magister à discipulo dissidere uideatur: sed uetus Aristotelica lectio est illa, quam uitiatam dixit Albertus, quam secutus est Plin. ne nostros inscitæ arcessamus, aut incuriæ. an uerò experientia reclamet, galinarius super hoc est consulendus: modò nobis constat, Aristot.

Aristotelem fuisse in ea heresi, ut ex acutis ovīs mares gigni crederet, ne Plin. Aristotelicus ab Aristotele deius uideatur: ne Columella, omnis uillationis consultiſſimus, in re uillatica lapsus iudicetur. Ratio uero quam affert Albertus, ex auctoritate Auicennæ, quod ex ovīs rotundis mares producantur, haudquaquam a nobis refellenda est. Dicit enim mentem meliorem mihi, quam ut aduersus tantum in philosophia uirū hiscere audeam: seu philosophicas physicasque hasce rationes physici philosophi discutiāt, trutinēt, examinēt. Nobis satis est, si quæ historica sunt, uedicamus.

Nec eo secius longè maius ostentum, & quod merito per horrescerēt, exoritur. Sub ipsa enim mēsa, quæ reliquias prandij gerebat, terra dehiscēs imitrus, largiſſimus emicuit fons sanguinis. Hinc resultantes uberrimæ guttæ, mensam cruore perspergunt: ipsoque illo momento, quo stupore defixi mirantur ac trepidant diuina præſagia, concurrunt unus è cella uinaria, nuncians omne uinum quod olim diffusum fuerat, in omnibus dolijs, feruenti calore & prorsus ut igni copioso subdito rebullire. Visa est interea mustela mortuū serpentem forinsecus mordicus attrahēs:

Maius ostentum.] Ostentum Labeo diffinit, esse eōtra naturā cuiusque rei genitum; factumque. Duo autem sunt, ut inquit Vlpianus, genera ostentorum: unū, quoties quid contra naturam nascitur: ut puta tribus manibus forte, aut quatuor pedibus; aut quā alia parte corporis, quæ naturæ contraria est. alteriū est, quod prodigio sum uidetur. Ostenta autem dicuntur;

ut Cicero & di-
uus Augustinus do-
cent, ab ostenden-
do, quia ostendūt
aliquid futurū: si-
cut monstra, quia
monstrāt: & pro-
digia, quia prædi-
cunt. Aliās osten-
tum, ut saepe dixi-
mus, participium
est, quod signifi-
cat ostentatū. M.

Cato: Ager oleo conferundo, qui in uentum fauonium spe-
labit, & soli ostentus erit, alius bonus nullus erit. Re-
liquias prandij.] Scribit Plutarchus in problematis, quod
mensam uacuum tolli non sinebant, sed cum adhuc aliqua
reliquia superesset: ita interpretantes, aliquid semper
in futurū de eo quod nūc adest, relinqui oportere, & per
hodiernum diem crastini meminisse: an, quod urbanū &
elegans putarent comprimere appetitum, & presenti-
bus preparatisq; cibarijs abstinere: an potius, quod ni-
hil sacrum inane ac uacuum relinqui oportet, mensa au-
tem sacra est. Imiūs.] Aduerbiū est. ab imō deriuat-
ur, quod significat in imo, intra profunda & interiora
terræ uiscera: sicut penitūs, penē intus dicitur. Fons
sanguinis.] Augusti Caesaris principatu Romæ trans Ty-
berim ē taberna meritoria oleum terra erupit, fluxitq;
toto die sine intermissione: significans Christi gratians
ex gentibus. Ostentum autem uidetur maximum fuisse,
fons

fons sanguinis terra dehiscente prorumpens: sicut inter
 prodigia apud antiquos habebatur, quoties nunciabatur
 sanguinem pluuisse, & carnem. Physici nullum portenta-
 tum esse autumant, si sanguineus imber, aut fons san-
 guinis exiisset, aut fluxus atratus profluxisset: asseren-
 tes nihil fieri posse sine causa: Nec enim (inquiunt) sanguis
 ille uerus est, qui nisi ex corpore esse non potest: sed deco-
 loratio quaedam ex aliqua contagione terrena, maxime
 potest sanguini similis esse: & ita cuncta referunt ad cau-
 sas naturales, quos qui ad liquidum noscere potuit, felix
 est, ut canit poeta. Verum (ut inquit Plinius noster) mul-
 ta sunt in naturæ maiestate abdita, adhuc nobis incom-
 perta. *Præfagia.*] Quæ Græci Prognostica dicunt,
 nostri præfagia appellant. præfagare est, futura antè præ-
 scire. inde præfagatio, & præfagiarum auctor M. Tul. in pri-
 mo de Diuinatione. *Diffusum.*] Vina proprie diffun-
 di dicuntur, quando defecata in dolijs conduntur. Plinius
 in 14. Vina, inquit, diffundi solita apparet. Vina defeca-
 ri atque diffundi Higinus suadet, post confectam brumam.
 sic iurisperiti, sic scriptores omnes, uina diffusa nomi-
 nant. Horatius: Vina bibes iterum Tauro diffusa. Iuvena-
 lis: Ipse capillato diffusum consule potat. Dolijs fer-
 uenti calore.] Vasa uinaria sunt, quod nullus ignorat. U-
 luid annotandum, quod memorat Iulianus iurisperitus,
 qui scribit, uasa uinaria proprie esse uasa: torcularia au-
 tem & serias tandiu in ea causa esse, quandiu uinum ha-
 beant: cum sine uino esse desierint, in eo numero non esse,
 quoniã ad aliũ usum transferri possunt: ueluti si frumentũ
 in his recondatur. *Rebullire.*] Prodigiũ loco & hoc
 fuit, quòd uina, quæ iam pridẽ feruere desierant in dolijs
 BB 2 condita,

condita, tunc repente rebullirent: non aliter quam si ignis copiosus subditus fuisset: musti feruor primus & naturalis nouem ferme diebus ut plurimum peragitur, mox defer uescit: auctor Plin. Mustela.] Aliud presagium, quod scilicet mustela serpentem peremisset, & peremptum mordicus traheret: cum contra potius debuisset a serpente mustela enecari, trahiq;. Plin. Solinus, & caeteri prodiderunt, mustelarum uirus esse exiitio basiliscis, qui et ipsi mustelas necant simul odore, comoriunturq;, & naturae pugnae conficiunt. Mustelarum duo sunt genera, alterum siluestre, alterum domesticum: graeci uocant ietidas. haec autem quae in nostris domibus oberrat, & catulos suos (ut inquit Cicero) quotidie transfert, mutatq; sedem, serpentes prosequitur, uulgo receptum est mustelam dira portendere, si uiatori iter interruperit. apud Plautum in Stichos parasitus pro auspicio optimo accipit, quod mustela murem abstulit: mox cum parasitatio parum prosperè procederet, damnas augurium mustelae inquit: Certum est mustelae posthac nunquam credere: nam incertiore nullam noui bestiam, quin & ipsa decies in die mutat locum. Forinsecus.] Foras: aduerbium est, eadem formula dictum qua extrinsecus. Apud Terentium pro monstro est, anguis per impluium decidens de tegulis. Virens ranula.] Est parua rana, in arundinetis & herbis maxime uiuens, muta, ac sine uoce uiridis: quae si forte hauriatur, uentres bouum distendit: auctor Plin. in 32. Annotandum est obiter quod tradit Democritus, si quis extrahat ranae uiuenti linguam, & eam imponat supra cordis palpitationem mulieri dormienti, quaecumque interrogauerit, uera responsuram. Addunt magi, arundine transfixa ranae natura per os, si surculus in
mensuris

menstruis defigatur à marito, adulteriorum tedium fierit
 quæ si uera sunt, multo utiliores uitæ existimantur ranæ,
 quàm leges. Signum est tempeſtatis & pluuiæ coꝛaxatio
 ranarum, cum ultra ſolitum uocales ſunt. hinc ſcitum illud
 M. Tully ex epistoꝛis ad Atticum: Pluuiis metuo, ranæ ῥῶ
 ῥῶσιον. id est, rhetoricatur: hoc est, canoræ ſunt, et inſtar
 oratoris uocales, quæ quidē res pluuius præſagat. Strane
 gulauit.] Omnia hæc nimirum prodigioſa monſtrificaq;
 ſunt, quòd muſtela ſerpentē mordicū traxerit, quòd rana
 uiridis ex ore canis paſtoralis exilierit, quòd canem ualſū
 formidandumq; aries uno morſu ſtrangulauerit. Deie-
 cerant animos.] afflixerant, & ſtupore attonitos animos
 effecerant, ut ignari eſſent, incertiq; quid potiſſimū eſſet
 expiandū. græcè ἕστασις dicitur mentis exceſſus, quem no-
 ſtri pudorem interpretantur. In pſalmis ubi ait propheta,
 ἢ ῥῶ ἕστασις, trāſtulit Hieronymus in exceſſu mentis meæ.
 aliter, in ſtupore & admiratione mea. Qualibus ho.]
 utrum ſcilicet maioribus an minoribus. nam quædam pro-
 digia procurare priſci ſolebant maioribus hoſtijs, quædam
 minoribus, partim etiā lactentibus. Lilius: Decretū eſt, ut
 ea prodigia partim minoribus hoſtijs, parum lactentibus
 procurarentur. hoc idem ſæpe apud eundē: præterea in eli-
 gendis bidentibus cauebatur, ne haberent caudam aculea-
 tam, nec linguam nigram, nec aurem fiſſam. probabantur
 & iniuges hoſtiæ: hoc eſt, quæ nunquam domitæ ac iu-
 go ſubditæ fuiſſent. Hinc eximie & egregiæ uictimæ
 uocabulum in ſacrificijs, non tam poeticum epitheton,
 quàm ſacerdotale nomen eſt. Adde & illud, quòd hoſtias
 quædam animales uocabant, quarum ſola anima deo ſa-
 crabatur.

Torpidis.] atto
 niis, stupentib. &
 quodā animi simul
 et corporis torpo-
 re defixis. Postre-
 mas.] pessimās scilicet
 et exitiales. C.
 Gracchus postre-
 missimū dixit, intel-
 ligi uolēs pessimā
 et postremā cōdi-
 tionis ac loci. A-
 dult. trib. lib.] Vi-
 detur alludere ad
 ius triū natorum,
 quo immūitate do-
 nabātur, tāquā nu-
 mer⁹ triū liberorū
 foret plenissimus.
 Plato in Legib. nu-
 merū liberorū ex
 duob. absolutū es-
 se, perfectūq; autu-
 mat, in a seculo scilicet
 et sexmina. Ve-
 recundia.] Laus
 probissimorū filio-
 rū, ut eruditi essēt
 & uerecūdi: est e-
 nim uerecūdia o-

Adhuc omnibus expecta-
 tione teterrimę formidinis tor-
 pidis, accurrit quidam seru-
 lus, magnas & postremas do-
 mino illi fundorū clades an-
 nuncians. Namq; is adultis iā
 tribus liberis, doctrina instru-
 ctis, & uerecundia pręditis ui-
 uebat gloriosus. His adolescen-
 tibus erat cum quodam pau-
 pere, modicę casulę domino,
 uetus familiaritas. At enim ca-
 sulę paruulę conterminos ma-
 gnos & beatos agros posside-
 bat uicinus potens, & diues, &
 iuuenis factio, & profapia ma-
 iorum gloria malę utens, pol-
 lensq; factionibus, & cuncta
 facile faciens in ciuitate, hosti-
 li modo uicini tenuis incurfa-
 bat pauperiem, pecua trucidā-
 do, boues abigēdo, fruges ad-
 huc immaturas obterendo.
 Iamq; tota frugalitate spolia-
 tum, ipsis etiam glebulis exter-
 minare gestiebat: finiumq; ina-
 ni commota quęstione, terrā
 totam sibi uendicabat. Tunc
 agrestis, uerecundus alioquin,
 auaricia diuitis iam spoliatus,
 ut suo

ut suo saltem sepulchro patrum retineret solum, amicos plurimos ad demonstrationem finium trepidans eximie corrogarat. Aderant inter alios tres illi fratres, cladibus amici quantum ferentes auxilium: nec tamen ille uesanus tantillum presentia multorum civium ter ruitus, uel etiam confusus, licet non rapinis, saltem uerbis temperare noluit: sed illis clementer exposulantibus, feruidosque eius mores blanditijs permulcentibus, repente suam suorumque carorum salutem quam sanctissime adiurans adieuerat, parui se pendere totam mediatorum presentiam. Denique uicinum illum auriculis per suos seruulos sublatum, de casula longissime, statimque proiectum iri. Quo dicto, insignis indignatio totos audientium pertenta uit animos. Tunc unus est tribus fratribus, incontanter & paulo liberius respondit, frustra eum suis opibus confisum, tyrannicam superbiam comminari: cum alioquin pauperes,

pumum in adolescentem te signum, et uirutis color: ut dicere solebat Cynicus Diogenes, et memorat Seneca. Contra senem ex eo nemo laudat, quod sit uerecundus: quonia (ut inquit Aristoteles in 4. Ethic.) non senili aetate conuenit uerecundia, sed iuuenili. proinde laudamus ex iuuenibus uerecundos, cum seniore nemo ex eo probet quod sit uerecundus. Plautus pater inquit & decet uerecundum esse adolescentem Argyrippus. Impudeti actum in uerecundia nullum habent cum uirtute commercium: quamuis interdum in uerecundia lucrosa sit quibusdam, qui oris praeduri sunt, & frontem perfricauerunt.

Proverbiū est apud Græcos, *ἡ δὲ ἀναιδέα*, Dea est impudentia: de his qui ob inuerecundiam quandam et impudentiam utilitati consulunt: auctor est Theophrastus *ἄπειρος ἡ ἀναιδέα πρὸς τοῖς ἀβελήεσσι ἀναιδέα*, id est, Contumelie et impudentie Athenis esse aris et fana, quod ut uitiosum improbat M. Tul. cū uirtutes, non uitia debeat consecrare.

Pollens factio.]

Et ad diuicias, quas antiqui factiones dixere, et ad clientum sequela referri potest.

Tales autem sunt formidandi, cum

non parere legibus, sed imperare didicerint. Vicini te.]

Laudant annales Pompeiū uel ex hoc Magni cognomēto dignissimi

etiam liberali legum præsidio, de insolentia locupletum consueuerint uindicari. Quod oleum flammæ, quod sulfur incendio, quod flagellum furie: hoc & iste sermo truculentie hominis nutrimento fuit. Iamque ad extremam insaniam uecors, suspendium sese & totis illis, & ipsis legibus mandare proclamans, canes pastoricos, uilaticos, feros atque immanes, aduetos abiecta per agros exiccare caduera, præterea etiam transeuntium uiatorum passibus moribus alumnatos, laxari, atque in eorum exitium inhortatos, immitti præcipit. qui simul signo solito pastorum incensi atque inflammati sunt, furiosa rabie conciti, & latratibus, etiam absonis horribiles, eunt in homines: eosque uarijs aggressi uulneribus distrahunt ac lacerant, nec fugientibus saltem compefcunt, sed eo magis irritiores sequuntur.

dignissimum, quod nunquam agrum conterminum, nunquam uicini fundum mercatus sit. Contrà insectatur Horatius Flac. eos diuites, qui uicinos pauperes reuulso termino fundis exturbant, & laribus expellunt: qui diuitias multas esse existimant & mancas, nisi uicini agellus accesserit. sic enim scribit in secundo Carminum: Quid quod usq; proximos reuellis agri terminos. Et ultra limites clientum salis auarus: Pellitur paternos in sinu ferens deos, Et uxor & uir, sordidosq; natos. Idem in Sermonib. taxat uolum illud cupidorum: O si angulus iste proximus accedat, qui nunc denormat agellum. Quint. in ea declamatione quæ inscribitur Apex pauperis, inducit pauperem de uicino diuite & pollente opibus sic querentem: Quot ciues pascebat nunc diuitis unus hortus, postquam proximos quosque reuellendo terminos, agros locupletis latius inundauit æa quata solo uilla. Et excisa patria sacra, & cum coniugibus paruisq; liberis respectantes patrium larem, migrauerunt ueteres coloni, & latæ solitudinis indiscreta unitas facta est. hæc Quint. Et profecto mala res est, uicinus malus: ut inquit Hesiod. *ωἴκιστος γείτων*. Columel. de uicini improbitate conqueritur: Multi propter iniuriã uicinorũ sedes suas profugerunt. sic Pelasgi, sic Siculi, sic Aborigines, patrium solum reliquere, quia malos uicinos ferre non poterãt. Iure igitur M. Porcius Cato talem pestem uitandã censuit: præmonens paraturos agrum ante omnia intueri debere uicinum, & quo pacto contermini uiuant. Hinc scitum illud Themistoclis, qui cum fundum uenderet, præconem iussit proclamare, *γείτων χρηστόν ἔχει*. id est, uicinũ bonum habet: tanquam ex uicini bonitate ager uendibilior censeretur. Pauperiem.] Significanter locutus est. nam,

ue supra diximus, pauperies est immunda, paupertas est honesta: pauperies merito uitanda, paupertas appetenda. *Horat.* Magnū pauperies opprobriū iubet *Quidius* & facere & pati. *Pecua.*] *pecora:* declinatio prisca, ut antè iam diximus. *Boues abi.*] In hanc sententiam sic refert *Satyrus poeta:* Nocte boues macri, lassoq; famelica collo *Armonia* ad uirides huius mittuntur *aristas.* Nec prius inde domant, quàm tota noualia seuos in uentres abeant, ut credas falcebus actum. Dicere uix possis, quàm multi talia plerent, Et quot uenales iniuria fecerit agros. *Frugalitate*] Attende nouè quidem positum, sed eleganter, frugalitate pro frugibus, & frugum messe. sic oleitis pro olei uindemia ponitur. alias frugalitatem dicimus temperantiam & parcitatem, quæ (ut *Augustinus* & *Cic.* testantur) mater est uirtutum omnium, sicut nequitia uitiorum. De frugalitate, & qui dicantur frugi, copiosissime scripsimus in cōmentario tertio *Tusculanarum.* De frugare uerbum est uetus, quod significat segetes semente frugum priuare, neq; ad legitimam sationis mensuram saturare. & ita lego illud *Catonianum:* Segetem ne defruget, nam id infelix est, quòd uulgo legitur *Defrudet,* pro defraudet. sed *Catoni* uerborum *priscorum* retinentissimo, conuenit prisceum uerbum *Defruget* oppidò quàm decenter. Astipulatur huic nostræ emēdationi et *Plin.* noster his uerbis, quæ ex octauodecimo subscripsi: Huc pertinet oraculū illud magnopere custodiendū, *Segetem ne defrugetes.* *Finiumq;*] Titulus est apud *iurisperitos,* *finium regundorum,* quod iudicium pertinet ad prædia rustica. Iudici *finium regundorum* permittitur, ut ubi non possit dirimere fines à iudicatione, controuersiam dirimat, ubi autē fines cōfusi sunt,

per mensuram termini iubentur declarari. Vendicabat.]
 usarpabat, petebat ut suam. Titulus est apud iuriconsul-
 tos, de rei uendicatione: ubi docet Vlpian. quod actio uendi-
 cationis habet locum in omnibus rebus mobilibus, tam ani-
 malibus quam in his quæ anima carent. & in his quæ so-
 lo continentur. uindiciae appellantur res eæ de quibus est
 controuersia. Seruius Sulpitius uindicias dici ait ab eo, quod
 uindicantur res ex controuersia. de uindicijs, quas Brutus
 & decem uiri leges decreuerunt secundum libertatem, Liu.
 in 3. & iuriconsulti uoluntate primo Digestorum com-
 munerunt: ubi Acursius indocte perperamque exponit uindi-
 cias dici sententias, à Vindicio seruo: quæ sunt mære nu-
 gæ. Tu expone uindicias, pro rebus de quibus est contro-
 uersia: quæ quamdiu sunt in controuersia, & sub iudice,
 debent esse in conditione libertatis honestiore. Exempli
 causa, controuersia est de libero homine, quem quispiam
 asserit in seruitutem: ex lege uindiciarum debet hic esse in
 libertate tantisper, donec sententia iudicum pronuntiata
 fuerit, liber sit an seruus. Lis uindiciarum est, ut Aconij
 uerbis utar, cum litigatur de ea re, cuius apud prætorē in-
 certum est quis debeat esse possessor: & ideo qui eam te-
 net, dat prædem litis uindiciarum aduersario suo, quo illi
 satisfaciatur: nihil se deterius in possessione futurum de qua
 iurgium esset. Ut sepulchro paternum solum retine.]
 Lex 12 Tabularum uetat, cadauera in urbibus sepeliri.
 Verba legis hæc sunt: In urbe ne sepelito, ne ue urito.
 Decretum quoque collegio pontificum est, non esse ius
 in loco publico fieri sepulchrum: in agris sepeliebantur.
 Diuus Adrian. pœnam statuit quadraginta aureorum, in
 eos qui in ciuitate sepulchrum faciunt: cuius rei meministi
 Vlpianus

Vlpianus tit. de sepulchro uiolato. ubi Pomponius quoque
 sic scribit: Utimur eo iure, ut dominis fundorum, in quibus
 sepulchra fecerunt etiam post uenditos fundos, ut ad eun-
 dorum sepulchrorum sit ius. quinetiam tit. de religiosis, ut
 refert Vlpianus: si quis sepulchrum habeat, uiam autem
 ad sepulchrum non habeat, & à uicino ire prohibeatur,
 Imperator Antoninus rescripsit, iter ad sepulchrum peti
 precario, & concedi solere: ut quoties non debetur, impe-
 tretur ab eo qui fundum adiunctum habeat. Item tit. si ser-
 uitus uendicetur. Idem Vlpianus auctor est, quòd uiam ad
 sepulchrum in prædijs possimus uendicare. Seruius gram-
 maticus in II. Commentario refert, antiquam consuetudi-
 nem fuisse, ut in ciuitate sepelirentur: quod postea, inquit,
 Duillio cōsule senatus prohibuit: & legauit, ne quis in ur-
 be sepeliretur. Corrogarat.] simul rogauerat, coege-
 rat. *Quantulum.*] modicum, aliquantulum. *Tantil-
 lum.*] minimum, aduerbium est. *Clementer expositu-
 lantibus.*] cum uerborum moderatione & modestia ac-
 cusantibus. *Locutus est significanter & proprie.* nam ex-
 postulare est queri, & ex postulatio est querela apud illū
 ipsum qui peccauerit: postulare uerò & postulatio, de illo
 apud quem non peccauerit. *Mores permulcentibus.*]
 Iuxta illud Salomonis: Sermo mollis frangit iram, sermo
 durus suscitatur furorem. *Mediatorum.*] Attende, media-
 tores dici ab Apul. pro conciliatores, intercessoresq; notis-
 simo significatu, quæ dictio frequens est ecclesiasticis scri-
 ptoribus: rarissima illis priscis, quibus nullum nisi emacue-
 latum, nitidum, tersum uerbum est. Græco uocabulo pro-
 xeneta appellatur mediator in pecunia locanda, quiq; in-
 terponitur inter emptorem & uenditorem. quam dictio-
 nem no-

nem nostri latinitate donauerunt, adeo ut notius sit uerbum Græcū quàm latinum. nam qui sit, quiq; dicatur pro-xeneta, sciunt omnes. Qui uerò sit pararius, perpauci no-uerūt. est autem pararius latino uocabulo, id est in quod pro-xoneta. Seneca in secundo de Beneficijs: Quidam uolunt nomina secum fieri, nec interponi pararios, nec signato-res aduocari. Adseuerat.]affirmat. Incontanter.] sine contatione & mora. Liberali legum præsidio.] Lib. 1. Digestorum, Si quis (inquit Vlpianus) per poten-tiam aduersarij non inuenire se aduocatum dicit, oportebit proconsulem dare aduocatum. opprimi enim aliquem per aduersarij sui potentiam non oportet. omnibus tam ino-firmibus quàm summatib. præsidio legum par libertas esse debet, & æquum ius. Hinc apud Liuium adolescentuli mo-re regio & solutio-re uiuere assueti, queruntur leges rem-surdæ & inexorablem esse, salubriore[m] melioremq; inopi-quàm potenti: nihil laxamētū nec ueniæ habere, si modum excesseris. Liberali autem præsidio dixit, utens uocabulo legali: siquidem titulus est apud iuriconsultos de liberali causa, in quo de libertate & assertionem pro necessarijs per-sonis litigare permittitur. Item liberale iudicium appel-lant, quod datur in causa libertatis asserendæ. Quod oleum flammæ.] Sicut oleum flammæ fomentum est, si-cut sulphur ignis incendiuum, sicut flagellum in manu fu-riæ irritamentum est furoris: ita sermo iuuenilis fuit nutri-mento ad feritatem truculentiamq; hominis tyrannici ex-citandam. Oleum autem in tantum est alimentū flammæ, ut ligna amurca olei macerata ardere sine fumo, Cato Pli-niusq; prodiderint. Sulphur quoq; rem esse igni cognatā, nullus ignorat. Furie uerò apud poetas flagello armantur.

ut, accin-

ut, Accincta flagello Tisiphone. In hanc sententiam Horatius: Hoc est, oleum adde camino. Suspendium legibus.] Verbum hominis truculenti & insolentis, qui legibus hominibusq; per contemptum mandat, ut se suspendant: qui enim dicit, Suspende leges, hic nimirum denotat se leges flocci non facere. Plautus: Vade, & suspende te. Lex (ut inquit Pindarus) regina omnium est & domina, cui omnes mortales obsequi par est, perinde ac Deo. Impossibile est (ut Plautus sapientissime scribit) illam rempublicam bene gubernari posse, in qua lex non imperat. Duae sunt syllabae inter se inimicae atq; dissidentes, quae eodem contubernio una esse non possunt: uidelicet Ius & Vis. ubi enim dominatur vis, conculcari ius necesse est. ubi autem ius pollet, uim propelli atq; exterminari constat. Hic ergo impotens & tyrannicus ius improbens, uim adamans, legi suspendium minitabatur, ad uim impotentiamq; conuersus: & profecto (ut olim dixit sapiens ille philosophus) leges interdum similes sunt telis aranearum, atq; casticulis quibus infirmae bestiolae implicantur, ualidiores transmittuntur. leges capiunt & mulctant imbecillos ac miseros, quos opulenti percurrunt, eisq; (ut ait iste) suspendium mandant, & laqueum. Canes pastoricos.] M. Varro & Columella praecipunt, pastorales & uillaticos canes eligi oportere magnitudine ampla, uasti latratus, crassis ceruicibus ac collo, cruribus rectis, ac potius uaris quam uacis. dicuntur autem crura uara M. Varroni, introrsum retorta: qualia sunt pumilionum. Varis contrarij sunt uaciae, quorum pedes deprauati diuariantur gemitibus contigujs. Varorum & uaciarum mentio est frequens apud scriptores. & in libris de analogia apud eundem Varronem scriptum est:

Si quis

Si quis puerorum per delicias pedes male ponere, atque imitari uacuis cœperit, hos corrigi oportere si concidat. Feros.] In omnibus animalibus cuiuscunque generis ullum est placidum, eiusdem inuenitur & ferum, utpote cum hominum etiam siluestrium genera extent: Aristotele & Plin. auctoribus. Passibus.] Purior lectio est, si legas Passim. Alumnatos.] educatos, alitos, nutritos. Laxari.] solutis uinculis immitti. Porcius Cato: Oportet, inquit, canes interdum clausos esse, ut noctu uigilantiores & acrioris sint. Columella præcipit, uillaticos canes seueros parandos esse, ut semper excandescant in externos. Latratibus absinis.] horrendis ac uastis. horribili enim fremitu, & uasto latratu eligendus est canis pastoris eius. Apud Ouidium canis nominatus est Hylætor, uidelicet à latratu: nam ὕλατος uerbum Græcum est, quod significat latro. Præcipit Collumella, ne nominibus longissimis appellentur canes, quo celerius quisque uocatus exaudiat. sicut latinum canis uocabulum est ferox, Græcum σείω lax: dicitur autem σούλαξ Græcè, catulus.

Tunc inter confertam trepidæ multitudinis stragem, è tribus iunior offenso lapide, atque obrunsis digitis, terræ pro sternitur: sæuisque illis ac ferocissimis canibus instruit nefariâ dapem. protinus enim nacti prædam iacentem, miserum illum adolescentem frustatim discerpunt: atque ut eius letalem

Offenso lapide.] cum lapidi pedem incussisset, impigissetque. Obiere ut Plin. inquit, & Amylius Lepidus incusso pollice limini cubiculi: & Aufidius, cum egressus in senatû iret, offenso pede in comio

in comitio. Omis-
nosum credidit an-
tiquitas, in egres-
su domus offendere
pedē ad limen.
Hinc illud poetis
eum: Omnia sunt
aliquid: nam cum
discedere uellet,
Ad limen digitos
constitit ic̄ta Na-
pe. Obtusis di-
gitis.] ex ic̄tu la-
pidis retusis, &
cum cruciatu obli-
sis. Nefariā das-
pem.] statim sub-
didit dicens, hu-
manis carnib. pa-
stos esse canes:
perinde quasi es-
sent anthropopha-
gi: sic enim appel-
latur humanis car-
nibus uescentes.
Frustratim.] mi-
nutatim, & per-
frusta dilaniant.
Plautus dixit fru-
stallatim, & in uocis

ululatum cognouere ceteri fra-
tres, accurrunt mœsti suppe-
tias: obuolutisq; lacinia leui
manibus, lapidum crebris ia-
ctibus propugnare fratri, atq;
abigere canes aggrediuntur.
nec tamen eorum ferociam uel
conterere, uel expugnare po-
tuere. quippe cum miserimus
adolescens ultima uoce prola-
ta, uindicaret de pollutissimo
diuite mortem fratris iunio-
ris, illicō laniatus interiisset.
Tunc reliqui fratres, non tam
hercules desperata quā ultrō
neglecta sua salute, contendūt
ad diuitem, atq; ardentibus a-
nimis impetuq; uesano lapidis
bus crebris in eum uelitantur.
At ille cruentus & multis antē
flagitijs similibus exercitatus
percussor, iniecta lancea duo-
rum alterum per pectus me-
dium transadegit. nec tamen
peremptus ac prorsus exani-
matus adolescēs ille terræ con-
cidit: nam telum transuectum,
atq; ex maxima parte pone ter-
gum elapsum, soloq; nixus uio-
lencia defixum, rigore librato
suspen-

suspenderat corpus. Sed & quidam de seruulis procerus & ualidus ficario illi ferens auxilium, lapide contorto tertij illius iuuenis dexterum brachium lōgo iactū petierat. sed impetu casso per extremos digitos transcurrens lapis, contra omnium opinionem deciderat innoxius. nonnullam tamen sagacissimo iuueni prouentus humanior uindictę speculam subministravit. Ficta namq; manus suę debilitate, sic crudelissimū iuuenem compellat: Fruere exitio totius nostrę familię, & sanguine trium fratrum infatiabilis tuam crudelitatem pascē, & de prostratis tuis ciuibus gloriose triumphatum scias: licet priuato suis possessionibus paupere, fines usq; & usq; proterminaueris, habiturum te tamen uicinum aliquem. nam hęc etiam dextra, quę tuum prorsus amputasset caput, iniquitate fati contusa decidit. Quo sermone alioquin exasperatus furiosus latro, raptō gladio sua miseri

smōs sic scribens in Curculione: Iā ego te faciā, ut hic formicę frustillatim differant.

Letalem.] letum significansem, & qualis in morte emitti solet. Suppetuas.] Opitulatur accurrunt, latuq; subsidium. Obuolutis laeuis manib.] Signat adoloscētes inuoluisse sinistras uestimēto, & quasi obarmasse ad conflictum: quod fieri solet in quotidianis rixis, ut scilicet pro scuto sit paleium circa sinistra inuolutū. Liuius: Inter hęc dicta paludamento circa laeuum brachiū intorto, nam nec scuta quidē secum extulerat, in ho-

nes impetum fe-
 cit. Cæsar quoque
 in Cômētarijs bel-
 li ciuilibus Pompeia-
 ni sic refert: Repē-
 tino periculo ex-
 territi, *sinistras sa-*
gis inuoluunt, gla-
diosq; distringūt.
 Propugnare fra-
 tri.] defendere
 fratrem, & pu-
 gnare pro fratre.
 Horatius: Propu-
 gnat nugis arma-
 tus. A. Gellius op-
 pidum à cōsule op-
 pugnari dixit, con-
 trā ab oppidanis
 propugnari. Vin-
 dicarēt.] Hæc est
 uox ultima adoles-
 centis, qui moriēs
 rogauit fratres, ut
 mortem suam ul-
 ciscerentur, sum-
 pto supplicio de il-
 lo diuite, qui cau-
 sa mortis extite-
 rat. Vindicare a-

mum iuuenem manu peremi-
 pturus, inuadit auidus: nec ta-
 men sui molliorem pronoca-
 uerat. quippe insperato, & lon-
 gè contra eius opinionem re-
 sistens iuuenis, amplexu fortis-
 simo arripit eius dexterā: ma-
 gnoq; nisu, ferro librāte, mul-
 tis & crebris ictibus impuram
 elidit diuitis animam: & ut ac-
 currentium etiam familiarium
 manu se liberaret, cōfestim ad-
 huc inimici sanguine delibuto
 macrone, gulam sibi prorsus
 execut. Hæc erant, quæ prodi-
 giosa præfagiuerant ostenta:
 hæc, quæ miserrimo domino
 fuerant nunciata. Nec ullum
 uerbum, ac nec tacitū quidem
 fletum, tot malis circumuētus
 senex quiuit emittere: sed arre-
 pto ferro, quo cōmodū in-
 ter suos epulones, caseum atq;
 alias prandij partes diuiserat,
 ipse quoq; adinstar infælicissi-
 mi sui filij, iugulum sibi multis
 ictibus contrucidat: quoad su-
 per mensam tremulus corru-
 ens, portentosi cruoris macu-
 las noui sanguinis fluuio pro-
 luit,

luit. Ad istum modum puncto breuissimo, dilapsę domus fortunam hortulanus ille miseratus, suosq; casus grauer ingemiscens, deponens pro prandio lachrymis, uacuasq; manus cõplodens sæpiculę, protinus infesso me, retro quam ueneramus uiam capessit.

pud ueteres nõ tantum defendere, uerum etiam punire significat. Vnde Horatius uindictę posuit pro punitore, ut interpretatur Porphyrio, enarrans illud, Vindex auarę fraudis

et abstinentis. Neglecta salute.] qui uita sua negligens est, alienę fit dominus: qui salutem propriam contemnit, is in potestate habet alienum spiritum. Velitatur.] depugnant, congregiuntur: ex congregatione uelutim ducto uerbo. Exanimatus.] Modò extinctus, aliàs perturbatus. Est autem sensus, cum adolescens ille ex uulnere lanceę peremptus esset, et extinctus, non tamen corruit ad terram, prout mortuus homo conciderę consueuit. Cur aut moribundus non caderet, causa fuit telum, quod transfosso iuuenę infixum terrę suspenderat corpus, et libratum tenebat in sublimi. Solo.] terrę. Nixus.] uiolentię: genitiuus casus, quem patrium uocat: et quarti ordinis nomen, hic nixus, huius nixus, ut conatus, pro nitendi impetu. Rigore librato.] Rigiditas teli et duricia significatur, cuius libramento transfixum iuuenis corpus, suspensum contineretur. Sicario illi ferens.] Diutem factionibus pollentem, et truculentum et homicidam, tempestiuo uocabulo sicarium nuncupat. Longo iactu petierat.] Inter tela sunt et lapides, qui e longinquo iaciuntur. Talorum autem appellatione, quicquid longę iaci potest,

potest significatur, ex etymologia ἀπὸ τοῦ τὰ λέειν. Paulus
 iurisconsultus: Telorum (inquit) appellatione omnia ex
 quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur. M.
 Tul. in oratione pro Cecinna, docet armatos (si latine lo-
 qui uolumus) appellari tantum illos, qui scuti et telisq; para-
 ti ornatiq; sunt. qui uero saxa iacerent, qui de terra ipsi
 tollerent, non dici armatos: neque esse arma castros, ne-
 que glebas. Verum cum causae non uocibus, sed rebus pon-
 derentur, appellatione armorum saxa continebuntur.
 Quod & Caius iurisconsultus euidenter ostendit, his uer-
 bis: Armorum appellatio non utique scuta & gladios &
 galeas significat, sed & fustes & lapides. Contorto.]
 immisso, iacto. torquere est iacere, & immittere. Torto-
 res machinarum Ammiano Marcellino sunt, hi qui ex ma-
 chinis bellicis tela iaculantur, atque contorquent. Cas-
 so.] irrito, uano, futili. casitare uerbum est, non ab hoc uo-
 cabulo casto deriuatum, sed à uerbo cado, significat enim,
 frequenter cadere: quod & uis significationis ostendit.
 uerbum propè peculiare iurisconsultorum, qui sic scri-
 bunt: Si ex tegula casitauerit stillicidium, postea ex tabu-
 lato, uel ex alia materia, casitare non potest. Inno-
 xius.] nihil nocens: & ad lapidem refertur. Vindictae
 speculam.] speculationem quasi quandam ultionis capes-
 scendae. speculam enim dici locum editissimum, ex quo spe-
 culamur, quis nescit? quod speculatorium eleganti uoca-
 bulo Cyprianus appellat. Vel potius expone speculam,
 pro parua spem, ut à spe sit ἐπιπέλασμα, ut sensus sit: Nō
 nullam spem uindictae subministratam esse iuuenti, ex hu-
 maniore prouentu: ut scilicet ex eo quod prouenerat na-
 tūs occasionem, fingeret manum, ictu lapidis debilita-
 ta m,

tam, & sub hoc pretextu diuitem aggrederetur. Com-
 pellat.] alioquitur cum amarulenta inculpatione. Frue-
 re exitio.] tanquam clades nostra sit fructus tuæ beatita-
 tis, & gaudium. Res aliæ sunt (ut inquit diuus Augu-
 stinus in primo de Doctrina Christiana) quibus fruendum
 est, aliæ quibus utendum. illæ quibus fruendum est, beatos
 nos faciunt frui enim est, anõre alicui rei inharere pro-
 pter se ipsam: utendum est nummo, ut fruamur Deo. Sed
 nunc ordine præpostero multi frui malunt nummo, tan-
 quam Deus propter nummum colendus sit. Crudelitas
 tem pasce.] Sic Niobe apud Ouidium: Pascere crudelis nos-
 tro Latona dolore. Tuis ciuibus.] Ciues nostri alio no-
 mine latinè & eleganter dici possunt municipes, & popu-
 lares, conterranei. Qui conciuè dicit, nouitio uerbo utitur,
 nec apud seculū illud eruditum temerè usurpato. male lites-
 rati inscitissime illiberalissimeq; compatriotam dicunt, di-
 ctione prorsus barbarica, & ex contubernio latinitatis
 explosa. Proterminaueris.] propagaueris, auxeris, pro-
 moueris fines. proterminare, à termino promouendo du-
 ctum uerbum. Habiturum te uicinum.] Nullus est tam
 opulentus, nec tam magna latifundia possidet, ut non uici-
 num aliquem habeat & conterminum, nam & regnis si-
 nitima sunt regna, & collimitio quodam regiones maxi-
 mæ terminantur. Contusa decidit.] debilitata, infra-
 ctæq; corrumpit: intellige, cum uerbis manum quasi lapidibus
 ostentasse. Furiosus latro.] Modò sicarius, modò
 latro, modò uesanus, nominib. sanè conuenientib. nomina-
 tur hic diues & factiosus. Sua manu.] um fuisset per-
 cussus in brachio ictu lapidis à seruo cõtorti. nũc diues ty-
 rannicus sua manu, nõ seruuli perimere iuuenem festinat.

Nisu.] conatu & impetu. Nec sui molliorem. Id est,
 diuus prouocauerat prouocatorē nihil ipso deteriore, i-
 mō longē ualentiorē: quod & exitus ostendit. Elidit
 animā.] Quasi ui elisam, extrusamq; intelligi uult. Plinius
 ait, uillus elisus montium concursu. Delibuto mucrone.]
 Id est, gladio illo adhuc sanguinolento, semet interfecit
 gula execta, quo diuitem interemerat, cuius sanguine ad-
 huc maderat. Præsaguerant ostenta.] Ouum gallinæ,
 fons sanguinis prodigiosus, mustela serpentem mordicus
 trahens, rana ex ore canis exiliens, præsaguerant de-
 nunciauerantq; clades hasce præscriptas. Nec ullum
 uerbum quirit emittere.] Senex pater audito obitu fi-
 liorum miserabili, nec loqui potuit præ dolore, nec flere,
 quasi aggere malorum pressus, attonitusq;. Virgilius in
 11. narrat, Euandrum uix hiscere potuisse, procumbentem
 supra cadauer Palantis filij, Et uia uix tandem uoci la-
 xata dolore est. Commodum.] Modò, id horæ, ut sæ-
 pe apud hunc scriptorem posuim est. Epulanes, cas-
 seum.] Modò compransores, conuictoresq;: aliàs dicun-
 tur sacerdotes, ministri pontificum in cœnis, de quibus plu-
 ra suo loco diximus, quos notat Lucan. illo uersu: Septem
 uirq; epulis festus, Tuiq; sodales. Tremulus corruens.]
 sic Iuuenalis de Priamo sene: Tunc miles tremulus posi-
 ta tulit arma tiara, Et ruit ante aram summi Iouis ut ue-
 tulus bos. Portentosi cruoris maculas noui sanguinis.]
 Signat sanguinis fontem, qui enicuit largissimus, ex quo
 resultantes guttæ mensam cruore persparserunt: qui
 sanguineus fons portendebat sanguineum fluuium, ex
 corpore domini senis promicantem. Depensis pro
 prædito lachrymis, uacuasq;.] Cum stabulario & cauponi
 soleat

soleat uiator pro prandio nummos persolvere, nunc hortulanus lachrymas hospiti, non nummos dependit, sympathia quadam affectus ob dira infortunia. Manus complodens.] Complodere manus est, inter se illidere, & percussere: quod facere solemus in lamentatione & luctu. Oratores in actione causarum feriunt femur, cadunt pectus, complodunt manus, quod improbens Quintilianus, dixit in 11. complodere manus scenicum est, & pectus cadere. Complodionem quoque pedis in oratore, si crebra sit, uituperat idem Quintilianus: quam decentem fuisse in M. Antonio oratore, testis est M. Tullius. In fesso.] Legendum est in fesso, ut sit sensus: Hortulanus insidens dorso meo per eandem uiam, qua uenerat, retro redijt.

Nec innoxius ei saltē regressus euenit. Nam quidam procerus, & ut indicabat habitus atque habitudo, miles ē legione, factus nobis obuius, superbo atque arroganti sermone percōratus est, quorsum uacuum duceret asinum? At meus dominus adhuc mœrore permixtus, & aliās latini sermonis ignarus, tacitus præteribat. nec miles ille familiarem cohibere quiuit insolentiam: sed indignatus silentio eius, ut conuicio, uite quam tenebat, obtundens eum, dorso meo pertur-

Habitus & habitudo.] Vestitus & corporis lineamenta milium esse indicabant. De habitu & habitudine, enarratiu suo loco diximus. Miles ē legione.] Legionarius miles significatur. namque Vegetio & Modesto auctoribus, milites bifariam diuiduntur, in legionarios et auxiliares. legionarij sunt Ro-

mani, auxiliares
 externi quia socijs
 uel foederatis gens
 tibus mittitur. Mi
 les e legionē longe
 honoratior est, q̄
 miles auxiliator.
 Nā legionib. sem
 per auxilia, tan
 quam leuis arma
 tura in acie iunge
 bantur: ut in his
 praeliādi magis ad
 miniculum esset,
 quā principale
 subsidium. In do
 nis militaribus dā
 dis seruabatur il
 lud discrimen, ut
 auxiliares exter
 nos torquibus au
 reis donarent: at
 ciues nisi argen
 teis, contra armil
 las ciuib. dabāt,
 quas non habent
 externi, cuius rei
 meminit Plinius
 noster in 33. Du
 ccret asinum. JEX

bat. Tunc hortulanus suppli
 cūe respondit, sermonis igno
 rantia se, quid ille diceret, scire
 non posse. Ergo igitur agrē
 subiiciēs miles, Vbi, inquit, dū
 cis asinum istum? Respondit
 hortulanus, petere se proximā
 ciuitatem. Sed mihi, inquit, o
 ptere eius opus est. nam de pro
 ximo castello sarcinas p̄fidis
 nostri, cū ceteris iumentis de
 bet aduehere. & iniecta statim
 manu, loro me, quo ducebar,
 arreptum incipit trahere. Sed
 hortulanus prioris plagæ uul
 nere prolapsū capite sangui
 nem detergens, rursus depre
 catur, ciuilius atq; mansuetius
 uersari commilitonē: idq; per
 spes prosperas eius orabat ad
 iurās. Nam & hic ipse (aiebat)
 iners asellus, & nihilominus
 morbo detestabili caduc⁹, uix
 etiam paucos olerum manipu
 los de proximo solet, anhelitu
 languido fatigatus, subuehe
 re: nedum ut rebus ampliorib.
 idoneus uideatur gerulus. Sed
 ubi nullis precib. mitigari mi
 litem, magistq; in suam perni
 ciam

ciem aduertit efferari, iamq; in uersa uite de uastiore nodulo cerebrum suum diffindere, currit ad extrema subsidia, simulans quærere, ad commouendam miserationem, genua eius uelle cōtingere, summissus atq; incuruatus, arreptis eius pedibus utrisq;, sublimem elatum terræ grauitè applodit, & statim qua pugnis, qua cubitis, qua morsibus, etiam de uia lapidè correpto, totam faciē, manusq; eius & latera conuerberat. Nec ille, ut primūm humili supinatus est, uel repugnare, uel omnino munire se potuit: sed planè identidem comminabatur, si surrexisset, sese concisurū eum machera frustatim. Quo sermone eius commune factus hortulanus, eripit ei spatham, eaq; longissimè abiecta, rursus sæuioribus eum plagis aggreditur: nec ille prostratus ac præuentus uulneribus, ullū reperire quiens saluti subsidiū, quod solum restabat, simulat sese mortuum. Tunc spathan illam secum adportans hortu-

Luciano, qui ait ἤπειτα τὸν κρητὸν ἐπεὶ ἀπάγει τὸν δούλον ἐμὸν, interrogauit hortulanū, quod abduceret astitit. Macrore.] *Jex infortunio, quo pessima datam uiderat hospitis domū. Latini sermonis ignarus.*] *Militem latino sermone alloquitum esse hortulanum, testis est Lucianus, sic scribens: πρῶτα λαλῶν πρὸς ἑμῶς τῆ ἰταλῶν φωνῆ. primūm nos alloquitur uerbis Italicis. Vnde hortulanus τῶς φωνῆς ἀνόητος, id est, linguæ ignarus, nihil respondit. Fa miliarem insolentiam.*] *utrum illi tantum militi insitant, ingenitamq;, an generaliter? in solentia*

solentia dicitur familiaris esse militibus: cum id genus homines ferme omnes uideamus insolentes, ac fastu tumentes. Conficior.] Corrige, cōuicio, id est, probro: tanquam silentium hortulani pro cōuicio et maledicto fuerit militi. uel potius lege, ut conijcio: id est, ut coniecto, & cōiectura opinor: ut sit uerbum. Vite quam tenebat.]

Lucianus dixit, παίει τῆ μίστρι τὸν κρησπὸν. Id est, ferit flagello hortulanium. Noster uerò doctius inquit, Vite obtusum esse: respiciens uidelicet ad Romanorum disciplinā acritum, apud quos militare quasi insigne & gestamen erat uitis, quam centuriones propè peculiariter gestabant, eaq; peccantes milites castigabant. Plinius in 14. Centurionum in manu uitis, atq; etiam in delictis pœnam ipsam honorat. Plutarchus in Galba: Sempronius (inquit) centurio sublato palmitē, quo centuriones in milites fontes animaduertunt, in eos qui inuadebant, clamabat: & ut imperatori parcerent, iubebat. Scribunt iurisperiti tit. dere

de re militari, quod miles, si uitem tenuit centurioni se ca-
 stigare uolenti, militiam mutat: si ex industria fregit, uel ma-
 num centurioni intulit, capite punitur. Hinc à Macrobio
 uitis scito epitheto centurialis dicta. Annotanda est obiter
 circumlocutio poetarum decentissima, qui centurionem de-
 scribere uolentes, hac periphrasi uiuntur, ut uitis Latiae
 nuncupatione designent. Lucanus in 6 Pharsalia: Promo-
 tus Latiam longo gerit ordine uitem. Martialis: Vare Pa-
 rætonias Latia modò uite per urbes Nobilis. Silius in ter-
 tio Punicorum: Vitis Latiae præsignis honore. Item in
 12 Ennium centurionem fuisse intelligi uolens, decenter
 ait: Miscebat primas acies, Latiaque superbum Vitis
 adornabat uitæ decus. Ex hac doctrina est illud Satyro-
 graphi, Nodosam frangebatur uertice uitem. Idem centu-
 rionatum significans dixit, Aut uitem posce libello. Sup-
 pliciter respondit.] suppliciter. Sermonis ignorantia.]
 Tot sunt gentium sermones (ut inquit eleganter Pli-
 nius) tot linguæ, tanta loquendi uarietas, ut externus
 alieno penè non sit hominis uice. Ex hoc linguarum di-
 scrimine & sermonis ignorantia fit, ut Græci in Lati-
 no, Latini in Græco sermone surdi sint. Denique omnes
 (ut M. Tullij uerbis utar) in his linguis, quas non in-
 telligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò su-
 mus. Diuus quoque Augustinus libro de Ciuitate dei
 undeuigesimo, in hanc sententiam scribit hæc digna
 memoratu: In quo primùm linguarum diuersitas ho-
 minem alienat ab homine. Nam si duo sibimet in-
 uicem fiant obuiam, neque præterire, sed simul es-
 se aliqua necessitate cogantur, quorum neuter nouit
 linguam alterius: facilius sibi animalia muta, etiam
 diuersi

diuersi generis, quàm cum illi sint homines, ambo sociantur. quando enim quæ sentiunt inter se communicare non possunt, propter solam linguarum diuersitatem, nihil prodest ad sociandos homines tanta similitudo naturæ: ita ut libentius homo sit cum cane suo, quàm cum homine alieno. Vbi ducis asinum istum? Attende elocutionem inusitatam, Vbi ducis: cum ex grammaticali disciplina & norma dicendum fuerit, Quo ducis. Verùm Lucius noster (ut ego opinor) non minus scite quàm festiuiter, militem grammaticæ institutionis ignarum inducit milititer loquentem, præuariato grammaticorum decreto, minimequæ obseruantem placita Donauistarum. Sed mihi, inquit.] Verba militis insolentis, qui nullo iure asinum ab hortulano abducere contendit, tanquam probet responsum illud Gallorum ferox & iniquum, qui Romanis dixerunt, Se in armis ius ferre, & omnia fortium uirorum esse. Plato quoque in Gorgia prodidit, natura comparatum esse, ut præstantior plus habeat quàm inferior, & potentior quàm debilior. Vnde & Pindarus, Herculem ait neque emptos neque donatos Gerionis boues abegisse, utpote naturali ipso iure distante, & boues & cætera omnia, quæ ab hominibus possidentur, eius esse debere, qui præstantior atq; ualentior sit. Præsidis nostri cum cæteris iumentis.] Nomen præsidis generale est, quo omnes prouincias regentes significantur. Præsides prouinciæ maius imperium in ea prouincia habet omnibus post principem. Præsidibus itur in prouinciam publicè locari solent tabernacula, & iumenta sarcinaria ad utensilia deportanda. Augustus uerò, auctore Suetonio, instituit, ut certa pecunia constitue-

retur

retur pro consulibus ad mulos & tabernacula. hinc legimus apud Lampridium, quod Alexander Romanus imperator praesides provinciarum ita instruebat, ut acciperent mulos binos, equos binos, muliones, & alia necessaria, reddaturi deposita administratione mulos, equos & muliones, caetera sibi habiuri, si bene egressent: in quadruplum reddaturi, si male. Prætoris plagæ.] Qua scilicet eum obviandens miles, vitigineo fuisse ex asino deturbauerat. Morbo caducus.] Ostendit hortulanus asellum illud minime expetibilem esse, minimeque pretiosum: utpote qui inuavidus sit, & comitiali morbo confuetetur, fiatque cassabundus. Sed hoc rustice magis dictum, quam scite est: cum morbus comitialis siue caducus, non tam ad iumenta quam ad homines pertineat: quo non pauci vexantur, de quo copiosissime apud Suetonium in primo Comentario. Plin. et caeteri scriptores tradunt, solas animalium conturnices, præter hominem, sentire morbum comitalem. Quod si uerum est, asinus huic morbo obnoxius esse non potuit. Manipulos.] fasciculos herbarum hortensium, quas hortulani manipulis alligatas frequenter in urbem deferre uenales consueuerunt. Rebus amplioribus.] sarcinis praesidis aduehendis. Dixerat enim miles, uelle se uti opera aselli huiusce dossuarij, ad sarcinas praesidis deferendas. Vice.] Errone unius lucrae, minutulo quidem, corrupta dictio est, sed qui etiam intelligentiam eruditi lectoris obturbet ac remoretur. proinde legas Vite, ut sit sensus: Militem insolentia familiari efferatum, inuertisse uitam, quod militare gestamen est: ut ea scilicet parte, quae nodosior est, & uasiosior, quaeque manu contineri solet, diffunderet caput hortulano. Simulans querere.] Purior lectio est, si legatur, Simus

Simulansq; , ut sit particula tantum copulatiua. *Genua*
 coniungere.] Deprecatores supplicesq; genua contingunt:
 ad hæc manus tendunt : hæc ut aras adorant , ut sæpe iam
 dixi. Antiquitas misericordie genua consecrauit , ut fron-
 tem genio , & dextram fidei. *Arreptis pedibus.*] In
 hanc sententiam est illud Quint. Curtij: Subductis repen-
 te pedibus arietauit ad terram. *Terræ applodit.*] ala-
 lidit ad terram , & cum sonitu affligit. Lucianus, in *τοῦ
 προδίου ὀνόμαστος*, ἀε τὴν ἐδὸν ἐκείνη. id est. pedibus sub-
 tractis in uiam extendit. *Qua pugnīs.*] Id est, partim
 pugnīs, partim cubitis. hæc enim particula in hunc sensum
 usurpatur à M. Tullio, Lilio, Plinio, & cæteris. Ad præ-
 sens succurrit illud ex epistolis Plinij: Medium tempus di-
 stentium, impeditumq; , qua officijs maximis , qua amicitia
 principum egisse. apud Plautum ait parasitus: *Meus est
 balista, pugnus, catapulta, cubitus.* *Qua morsibus.*] par-
 tim morsibus. morsus hominis inter asperissimos numera-
 tur, ut tradit Plinius in 18. *Medentur sordes ex auribus.* Lu-
 cianus: ἐπὶ τῶν ἐκείνου οὐτὼ χερσὶ καὶ ποδὶ καὶ λίθῳ ἐκ τῆς ἐδῆς.
 id est, feriebat illum manibus, pedibus, & lapide de uia
 correpto. *Repugnare.*] Græcè dicitur ἀντιμαχεῖσθαι.
 Identidem comminabatur.] frequenter, sapicule. *Con-*
cisurum machæra.] Ex Luciano: ἡτέροι ἀεὶ ἀγὰρ ἀε
 ἐκείνου τῆ μαχάρας. Græci machæram uocant spatham,
 siue gladium, ut iam diximus. Vnde machærophori pro
 satellitibus ensiferis: & machæropios, pro fabro gla-
 diorum. apud Psalmographum, *Lingua eorum gladius
 acutus: græcè dicitur machæra,* & ita dixit Ruffinus.
Frustratim quo.] minutatim, per frustra & minutias. ad-
 uerbiū est, de quo iam dictum est. *Spatham*
 eaq; .]

eaq[ue].] Antiqui Græco uocabulo spatham dicunt ensent
 & apud Græcos scribitur per θ, id est, th. Mirū illud, quod
 hæc dictio quamuis Græca sit, notior tamen uulgo est, at-
 que frequentior in quotidiano idiomate, quàm ensis, gla-
 dius, mucro: sicut sexcenta alia, de quibus aliàs. Milites Ro-
 mani grauis armaturæ habebant (auctore Vegetio) gla-
 dios maiores, quos spathas uocant: & alios minores, quos
 semispathas uocant, plūbatas quinas positas in scutis, quas
 primo impetu iaciūt. Præterea spatha apud Græcos, ut do-
 cet Iulius Pollux, appellatur ramus palmæ, à qua bala-
 ni, hoc est dactyli dependeant. In quo significatu est illud
 ex Leuitico: Sumetis uobis die primo fructus arboris pul-
 cherrimæ, spatulasq[ue] palmarum. Ab spathe fit *σπάθη*-
σπα, hoc est diminutiuum spathalion. hinc apud Martia-
 lem lemma est, Spathalion cariotarum, accipiturq[ue] pro
 ramulo palmæ cum dactylis dependentibus, quas cario-
 tas & cariotidas idonei auctores appellant. Non me fal-
 lit, in plerisque codicibus Epigrammatarij poetæ non spa-
 thalion legi, sed petalion. quinetiam spathalia sunt Plau-
 to & Plinio instrumenta deliciarum muliebrium, quæ
 Hermolaus Barbarus à Spathale nymphea deduci autu-
 mat: ego autem à uerbo Græco spathao, quod significat
 delicatè ago, ut apud Aristophanem ἡ γυνὴ λίαν σπαδᾶσ.
 Longissime abiecta.] Lucianus: ἡγεὶ πίνθησιν ὀπίσσω. id est,
 & longe projicit. Quiens saluti subsidium.] potens,
 ualens: quit enim, dicitur potest: cuius contrarium est, ne-
 quit. Simulat se mortuū.] Lucianus, ἡ δούρατος ὡς τεθνηυ-
 ῖα τῆς ψυχῆς: mentitus est se mortuum esse ex plagis.
 Nec hortulū curans inuisere.] Lucianus ait hortulanū tra-
 didisse hortū σπυγγῆν id est, ut uerbum exprimā de uerbo.

cooperatori cuiusdam colendum. Verba Luciani hæc sunt, τὸν μὲν κῆρυξ αὐτοῦ σιωπῆν τε καὶ ἰδέσθαι γυγῆν. Tantisper occultaret.] tam diu, donec euaderet imminens periculum. Postulat autem particula Tantisper, possi se, Dum, donec, quoad. Terentius; Ego meum esse dici tantisper uolo, dum quod te dignum est facias. Interdum absolue ponitur, & significat interea, & tam diu. Liuius in primis; Id imperium ei ad pubertem aetatem incolume mansit tantisper tutela muliebri. Donatus, tantisper dictum esse ait, pro quasi tantū: ut paulisper, quasi paululum; & parumper, quasi parum. Capitalem causam.] Dicitur capitalis causa, qua agitur de capite hominis, & salute. Capitale facinus dixerunt ueteres, quod capitis poena luitur. apud Plaut. capitalis ædis facta est. apud Horatium, ira fuit capitalis pro exitiali & pestifera. sic & homo capitalis à M. Tullio dictus, pro noxio & pestilenti. Complicitis pedibus.] Lucianus, οὐκ ἔστιν ἐν τῷ πρῶτῳ κεφάλῳ τῶν ποδῶν ἀλλὰ ἐν τῷ ὑποκρίσει. id est, me autem tollentes pedibus, deportant per scalas in coenaculum superius. Deorsus.] Græce dicitur κάτω, id est inferne, siue inferius. Direpit in cistulam.] clanculo & surtim irrepens occultatur sub cistula. Lucianus, τὸν μὲν ἐν τῷ ὑποκρίσει ἐν νεβῶτι ἐκρύβη. id est, dominum meum in arca occultarunt. Supergesto orificio.] in cista siue arca delituit hortulanus, operculo superposito, ne uideretur. Orificium accipe pro tegumento siue operculo, quo ciste os occultatur. orificia uentris duo sunt, quorum superius recipit deuorata, & in follem stomachi recodit: inferius uero demissum intestinis adjacentibus inseritur, & inde uia est egerendi: auctor Macrobius in 7. Saturnalium.

At miles ille, ut postea didi-
 cū, tandem uelut emerſus gra-
 uī crapula, nutabundus tamē,
 & tot plagarū dolore ſaucius,
 baculo ſe uix ſuſtinens, in ciui-
 tatem aduentat: conſuſusq̄
 de impotentia, deq̄ inertia
 ſua, quicquam ad quenquam
 referre popularium, ſed raci-
 tus iniuriam deuorans, quos-
 dam commilitōnes nactus, i-
 ſtam tunc cladē enarrat ſuam.
 Placuit, ut ipſe quidem contu-
 bernio ſe tantisper abſconde-
 ret. nam præter propriam con-
 tumeliam, militaris etiam ſa-
 cramenti genium ob amiſſam
 ſpatham uerebatur: ipſi autē,
 ſignis noſtris enotatis, inueſti-
 gationi uindictæq̄ ſedulā da-
 rent operam. Nec defuit uici-
 nius perfidus, qui nos illico oc-
 cultari nunciaret. Tum com-
 militōnes accerſitis magiſtra-
 tibus, mentiuntur ſeſe multi
 preciū uasculum argenteū præ-
 ſidis in uia perdidiffe, idq̄ hor-
 tulanum quendam reperiffe,
 nec uelle reſtituere, ſed apud
 familiarem quendam ſibi deli-

Emerſus graui
 crapula.] Allego-
 ricōs, tanquam ex
 perrectus excita-
 tusq̄; à ſomno poſt
 uinolentiā: etenim
 uinolentorum eſt,
 ut cr. pula mergā
 tur, qua (ut inquit
 Ariſtoteles in pro-
 blematis) eſt pro-
 prie ſeruoꝝ quidā
 & inflammatio
 ex uino, qua plus
 conſuetat quā
 temulencia. Plin:
 in 23 de uino lo-
 quens, ſic ſcribit:
 Nouium reſina-
 tum nulli condu-
 cit, capitis dolore
 & uertigines fa-
 cit, ab hoc dicta
 crapula eſt. Nu-
 tabundus.] lapſa-
 bundus, uacillans,
 titubāte, grefſu et
 capite grauato.

Lucianus: ὁ δὲ ὄργη
 τινῶν ἐκ τῆς ὀδύνης

ἄντι μίλις ἕξανα-
 φὰς ὡς ἰσασαν, ἡ
 παρὰ τὸν ἴαυς πλο-
 γὰς ἕξεν εἰς τὴν
 πόλιν. id est, miles
 ex uia uix surgens,
 capite nutanti pro-
 pter plagas uenit
 in ciuitatem. De
 impotentia.] de in-
 firmitate, imbel-
 lia, imbecillitate.
 Alias impotentia
 dicitur, immodica
 intolerandaq; po-
 tentia: sicut & im-
 potens tyrannus,
 & impotens for-
 tuna, pro nimium
 potens. Iniuriā
 deuorans.] Consi-
 mile est illud Te-
 rentianum: Acci-
 pienda & musi-
 tanda iniuria ado-
 lescentium est.
 Commilitones.]

Græci συστρωτάς dicunt commilitones, qui & commis-
 lites dicuntur: commilitium quoq; appellant communem
 militiam. Lucianus, καὶ τοῖς συστρωτάς τοῖς σὺν αὐτῷ ἐν-

rescere. Tunc magistratus, &
 damno præfidis nomine co-
 gnito, ueniūr ad diuersorij no-
 stri fores: claraq; uoce denun-
 ciant hospiti nostro, nos, quos
 occultaret apud se, ceterò cer-
 tius dedere, potius quàm di-
 scrimen proprii subiret capi-
 tis. Nec ille tantillum conteri-
 tus, salutisq; studens eius quem
 in suam receperat, fidem, quic-
 quam de nobis faterur: ac die-
 bus plusculis nec uidisse qui-
 dem illum hortulanum cōten-
 dit. Contra militones, ibi, nec
 uspiam, illum delitescere, adiu-
 rantes genium principis, con-
 tendebant. Postremū magis-
 tratibus placuit, obstinatē de-
 negantem scrutinio detegere.
 immisis itaq; licetoribus, cate-
 ristq; publicis ministris, angula-
 tim cūcta sedulò perlustrari iu-
 bent: nec quisquam mortaliū,
 ac ne ipse quidem asinus intra
 limen comparere nunciatur.

Contubernio.] domicilio militari, significanter
 & proprie. Nam contubernium dicimus, decem milites
 sub uno papilione degentes, quibus quæ præest, caput con-
 tubernij nominatur. Centuria in decem contubernia divi-
 debatur. Tantisper absconderet.] interim, aliquandiu.
 absolute dictum, ut supra annotauimus. Genium.] Mi-
 lites per genium imperatoris & maiestatem iurant, se
 nunquam deserturos militiam, nec mortem recusaturos
 pro Romana republica: & omnia se strenue facturos,
 quæ præcepit imperator: ideoq; sacramenta dicuntur, ut
 docet Vegetius. Hinc apud Satyrographum legimus, Nunc
 alia emolumenta notemus Sacramentorum. Auctor est
 Tertullianus in Apologetico: quod gentiles sacramenta
 faciebant pro salute Imperatoris, & genium eius deicra-
 bant. & citius deniq; per omnes deos quam per unum ge-
 nium Caesaris deicratur. Ob amissam spatham.] Miles
 qui in bello arma amisit, uel alienauit, capite punitur ibi
 manet militiam mutant, ut docet iurisconsultus titulo de re
 militari, ubi sic scribit Paulus: Arma alienasse graue cri-
 men est, & ea culpa desertioni exæquatur: utique si tota
 alienauerit, si tibiale uel humerale alienauit, castigari uer-
 beribus debet: si uero lorica, scutum, galeam, gladi-
 um, desertori similis est. Tradunt historici, filium Cato-
 nis dum in prælio fortiter alacriterq; depugnat, gladium
 amisisse: qua ex re generosus adolescens ualde perturba-
 tus, nequaquam sibi uiuendum deinceps existimabat,
 si eius spolio potiretur hostis. itaq; collecta iuuenum ma-
 nu, per medios caedes, perq; medios hostes impetu facto,
 gladium tandem in magno armorum atque cadauerum
 aceruo inuenit. Timebat ergo miles, ne ob amissam spatham,

ex disciplina militari pœnas penderet. Apud Plaut. Epidicus, cum audisset hostes potitos esse armis herilis filij, exclamat, & de pol facinus in probum. Ipsi.] scilicet commilitones. Signis enotatis.] obseruatis uestigijs, cæterisq; signis, propter quæ inuenire possent nostra latibula.

Vicinus perfidus.] πῦμα λικὸς γάτων, ut inquit Hesiodus: mala res est uicinus malus. contrâ, bonus uicinus maximum bonum est. apud Terentium Chremes uicinitatem in propinqua parte amicitia reputat. Nunciaret.] militari bus. Occultari.] A uicino. Accersitis magistratib.] Lucian. παραλαμβάνουσι τῆς τῆς πόλεως ἀρχοντας. id est, assumunt ciuitatis magistratus. Mentiuntur.] Cum dedecorosum esset confiteri militem ab hortulano cæsum esse uerberibus, exogitant fraudis diuerticulum, ut domum illam in qua hortulanus cum asino latebat, sub honesta occasione perscrutari possint, alioquin magistratus illorum petitionem illussissent. Damno cognio.] Tanquam reuera uasculum argenteum preciosum præses perdidisset. Occultaret certo certius.] quod scirent certissime ab illo occultari. sic enim loquimur, Vero uerius est, pro uerissimū est: certo certius, pro certissimum. Stoici talem locutionem non probant, apud quos non sunt gradus comparationis, superlationisq;: etenim ex dogmate illorum nihil est plano planius, nihil recto rectius, nihil beato beatius, nihil certo certius: super quo M. Tul. Seneca, & cæteri scripserunt. Discrimen capitis.] Qui receptator est furis, qui occultat fugitiuum, ex legis præscripto mulctatur. nam ut scienter & salubriter scribit Vlpianus, congruit bono præsidi curare ut pacata prouincia sit, qui latrones fures conquirere debet, & prout quisq; deliquerit, in

rit, in eū animaduertere: receptatoresq; eorū coercere, sine quibus latro diutius stare non potest. Tantillum conterritus.] minimum. Saluti eius.] scilicet hortulani. Miltones.] Attende positum miltones pro milites, ea forma qua commiltones, qui & commilites dicuntur: Græci στρατιώται appellant. illum delitescere.] Lucianus στρατιώται ἰσδομῖ φασὸς εἶναι τὸν ἐν πύρρῳ, καὶ μὲ ἰνεὺς ὄνομ. id est, miltones dixerunt intus esse hortulanum, & me illius asinum. Ibi nec uspiam.] Distincte legendum est, hoc intellectu: asseuerabant milites, ibi delitescere hortulanum, nec uspiam alibi. Adiuantes genium princi.] Paulo antè dictum est, ex auctoritate Tertulliani, quod præci Romani genium principis deierabant: malebantq; per deos omnes, quàm unum genium principis peierare: scribit Vlpian. ut. de iureiurando: Si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis. & periurauerit, fustibus eū castigandum: eiq; dimisso superdici debere, importunè nō li iurare. Scrutinio.] Annotandum, multa esse uerba uernacula, protrita, plebeia, uulgaria, quæ in usu sunt eruditorum: ut scrutinium hoc in loco ponitur pro scrutatione, inuestigationeq;: sicut passim uulgo loquantur, ab eo uerbo quod est scrutator, nimirum scrutinium deriuatur. Potest & aduerbium esse scrutinio, eodem tamen significato. Publicis ministris.] uiatores, apparitores, lictores, apud Romanos dicuntur publici ministri: græco uocabulo λειτουργοὶ uocantur, ἀπὸ τοῦ λειτουργῆν, quod significat ministrare: unde Plutarch. autumat lictores dictos esse. nostri uerò à ligando sic lictores dici, ut à ligando lictorem, prodiderunt. officium enim licitoris erat, ut ligaret uinciretq; quem iussisset magistratus. Hinc a-

puđ Liuiũ, & M. Tullũ, *Lictor ligat manus. Tiro tamen* Cironis libertus, *lictorem uel à lino, uel à licio dictũ scripsit: licio enim transuerso, qui magistratibus (inquit) preministrabant, cincti erant. Angulatim.*] *per omnes angulos, & cuncta domus loculamenta. Compareere.*] *apparere, ac usitari.*

Gliscit.] *Inde uires dicti, qui somno gliscunt, & pingues fiunt. Silius: Gliscit Blisio uiolentior ira tyranno. Columella in 8. Turtur, inquit, per hyemem difficulter gliscit: hoc est, pinguescit & opimatur. idẽ ait, gallinam quæ prima luna saginari coepta sit, uicesima pergliscere. Viriulq.] Legendum est utriusq; secus, ut sit sensus: cõtentio crescit uiolenta ex utraque parte, militum scilicet & hostium: cum milites*

Tunc gliscit uiolentior utriusq; secus contentio militũ, pro comperto de nobis asseuerantiũ, fidemq; Cæsaris identidem implorantiũ: at illius negantis, asidueq; Deũ numẽ obtestantis, qua cõtentione & clamoso strepitu cognito, curiosus alioquin, & inquieti procacitate præditus asinus, dũ obliquata ceruice per quamdam fenestulam, quid nam sibi uellet tumultus ille, prospicere gestio, unus è comitalionibus casu fortuito collimatis oculis, ad umbram meam cunctos testatur incorã. Magnus deniq; continuò clamor exortus est: & emerfis protinus scalis, iniecta manu, quidam me uelut captiuum detrahũt. Iãq; omni sublata contatione, serupulosius contemplantes singula, cista

la, cista etiã illa reuelata, reper-
tum, productumq; & oblatum
magistratibus miserum hortu-
lanum, pœnas scilicet pensurũ
in publicum deducunt carce-
tem, summoq; risu de meo pro-
spectu cauillari non desinunt.
Vnde etiã de prospectu & um-
bra asini natum est frequens
prouerbiũ.

asseuerarent pro
comparato hortu-
lanum, & asinum
intra ædes delite-
scere, hospes uerò
obstinatè pertina-
citerq; denegaret.
Fidem Cæsaris.]
auxilium. apud co-
micos poetas fides
pro auxilio frequẽ

tissime ponitur, unde & illud uulgatissimum, Proh ho-
minum atq; deũ fidem. Identidem.] frequenter.

Domini numen.] Lego deũ numen, pro deorum. locu-
tio est apud ueteres usitatissima. Numen autem dicitur,
quasi nutus dei, ac potestas. Et inquieti procacitate.]
inquieta petulantia. Attende quòd declinatur hic & hæc
& hoc inquietis: sic apud Plin. dicitur animus in-
quies, pro inquietus. Apud eundẽ inquietis nocturna ponitur
pro inquietudine, nomine substantiuo. Cõsimiliter A. Gell.
inquit, Vt interea labor hic uigiliarum & inquietis suauita-
te paulisper uocum atq; modulorum acquiesceret. Lucianus:
ἐγὼ εἰ βούλομαι, ἄνευ τῆς ἀνάγκης ἐπιβουλεύω, ὡς ἂν εὐνοῦμαι
Ego strenuus & inquietis, & in omnibus curiosus, cogno-
scere uolens qui nam essent illi uociferantes, supernè pro-
spicio in partẽ inferiorem per fenestrã. Collimatis ocu-
lis.] obliquatis, detortis. Terentiũ in Eunuchõ inquit: Ego
limis aspecto. exponit Donatus, limos dici obliquos atq;
trãuersos, unde limẽ quoq; dicitur, q. ingredientib. exeunti

busq; transuersum est. Cum igitur homines non recta facie, sed transuersa intuentur, limes dicuntur aspiciere, & limis oculis, & collimatis. Plin. in 8 de Leonib. scribens, sic inquit: Nec limis intuentur oculis, aspiciq; simili modo nolunt. Plinium amulatus Solinus, dixit breuius & obscurius: Nunquam limo uident, minimeq; se uolunt respici. apud M. Tul. uerbum est collimare, pro eo quod est ferire signum destinatum oculis collimatis. sic enim inquit in 2. de Diuinatione: Qui est enim qui totum diem iaculans non aliquando collimet? Limare caput, Plauto, Neuius, Turpilio, poetisq; ueterib. est, coniungere caput, & copulare: id quod amatores inter se potissimum amoris causa facilitate consueuerunt. In coram.] Lucius noster saepe dicit ad instar, in coram, & alia pleraq;, quae à nobis simpliciter usurpantur, sic ueteres usitati sunt. Continuò.] Statim. Emersis.] Legi potest emensis: utraq; lectio probabilis. Scrupulosius.] diligentius, sollicitius, curiosius. Cista reuelata.] detecta, patefacta, detracto orificio ac osperculo. Lucianus: *ἰσπίουσι τὸν ἰμὴν διαπύου τῆν κίστην ἐν κέλευρον.* id est, inueniunt dominum meum in arca iacentem. Pensurum.] soluturum. Pendere poenas, soluere significat: ab eo, quod aere graui cum uterentur Romani, penso eo, non numerato debitum soluebant: unde & pensiones dictae. Plin. in 33. Libralis, inquit, & dipondius appendebatur assis: quare aeris grauis poena dicta. Sic & Virgilius: Tum pendere poenas Cecropidae iussi. Luuius quoq; inquit: Sat poenarum pensum est. Deniq; elocutio haec apud omnes luculentos scriptores frequentissima est, ut dicant pendere poenas pro soluere. Namq; antiquorum poenne omnes dicuntur pecuniariae, quod & grammatici tradunt.

dunt. In publicum carcerem.] Græcè *Διομωτήριον* dicitur publicus carcer. Lucianus, *eis τὸ διομωτήριον πίμπασσι.* Cauillari.] irridere & iocari. Lucianus, *ἠγίλων ἰπὶ τῷ μυνύσαντι ἐν τῷ ὑπερώω, καὶ προδίδοσι τ' ἑαυτοῦ Διομωτήριον.* id est, ridebant quòd ex superiore tabulato asinus ostenderet, proderetq; ipsius dominum. De meo prospectu.] Quòd scilicet per fenestram prospiciens, me & hortulanum prodidisset. Ex prospectu & umbra Lucianus sic, *καὶ τὸ ἐξ ἑμοῦ πρώτου ἠλθῶν εἰς κείθεν ὁ λόγος οὐτος, ἐξ ὧν παρακύψιος.* id est, tunc primum ex me hic sermo inter homines ortus est, Ex asini prospectu, prouerbiū hoc, ex prospectu & umbra asini, significat, ex re inspecta sæpe magnas res prodi atq; manifestari, adduciq; in discrimen: sicut ex prospectu asini detectus est & proditus hortulanus delitescens. interpres Luciani prouerbiū hoc, *ἐξ ὧν παρακύψιος,* parum eleganter interpretatur, Ex asino conspecto: cum fuerit dicendum, ex asini prospectu, quòd & uerba græca significant, & docet Lucius noster. apud Græcos celebre est id prouerbiū *ἐξ ὧν παρακύψιος,* de his qui ridiculè calumniantur. Ferunt enim asinum fregisse uasa fictilia in figuli officina, per fenestram prospicientem, unde asinus in ius uocatus à domino tabernæ, interrogatus cuius criminis insimularetur, dixit, *ὧν παρακύψιος.* id est, de asini prospectu. Alij tradūt, quòd asino prospiciente aues euolarunt, disruperuntq; telam. quapropter dominus telæ asinarium in ius uocauit, qui rogatus, quam ob causam reus fieret? dixit, Ex asini prospectu: unde natum est adagiū. Sed attende quæso lector, & nunc mihi totus adesto, quòd cum Lucianus tantum dixerit ex prospectu asini natum prouerbiū, noster addidit, de prospe-

Et umbra: scito non hoc simpliciter intelligendum,
 propter umbram asini, ad quam unus commilitonum ocu-
 los direxit, & ex ea deprendit hortulanum delitescentem.
 Sed ut ego sentio, clanculum & dissimulante alludit ad
 prouerbum alterum Græcum *ὕψις ὄντων οὐκ ἔστι*: id est, de um-
 bra asini, quo uti solemus de eis, qui desiderant nosse futis-
 lia & friuola, minimeq; utilia. Cuius meminit Menander
 in Enchiridio, & Plato, & alij complurculi. Ductum au-
 tem est prouerbum ex fabula, qua traditur, iuuenem con-
 duxisse mercede asinum, & cum sub umbra asini per me-
 ridianum æstiuū quiescere uellet, exturbatum esse ab asi-
 nario, asserente se illi asinum tantum locasse, nō umbram.
 Ex hoc uentum est in iudicium ab utroq; quod cum olim
 in iudicio cause capitalis coram iudicibus fastidiosis reci-
 tasset Demosthenes, & illi mox expectati fabella lepi-
 ditate, cuperent noscere quis fuisset exitus rei subiunxit o-
 rator oppidō quā tempestiuit & scite, *ὕψις ὄντων οὐκ ἔστι*
ἀνθρώπων ἢ ἀνθρώπων ἰσχυροῦντων, ἀλλ' ὀπίσθεν αὐτῶν κινεῖται ὄντων
ὕψις ψυχῆς οὐκ ἔστι πῶντος ἀνθρώπου. o uiri (inquit) cupitis
 audire de umbra asini? hominis autem pro anima pericli-
 tantis defensionem audire non uultis. Sunt & illa apud
 eosdem Græcos de asino quoq; celebrata prouerbia, *ὄνος*
πρὸς τὸν ὄνον, asinus ad tibiam: *ὄνος λυγρὸς*, asinus ad byram.
ὄνος ἐν τῷ χυρῷ, asinus in paleas. Dicitur autem hæc parce-
 mia de his, qui præter spem incidunt in bona, illisq; uoluo-
 ptarie fruuntur. Celebrant & illud, *ὄνος κείρεται*, asinum
 tonderi: de hominibus inefficacia aggredientibus: asinum
 enim tondere non possumus. Cui consimile est hoc, *ὄνον κεί-
 ρεις ζυγῆς*: id est, asini uellera quaris.

DECIMI LIBRI

Argumentum.

Hoc decimo libro continetur militis cum asino ad civitatem accessus: facinoris muliebris ob amorem incestum, infandumq; luculenta descriptio: asini duobus fratribus facta uenditio, quorum alter pistor erat, alter coquus: mox fratrum, ob asini furtiuam rapinam cibariam, disidiurum atq; contentio. Asini uita genitalis & parasitica sub domino mitiore, eiusdemq; cum matrona amorabunda concu-

bitus: femina scelestæ ad bestias damnatio: iudicij

Paridis editio: asini fuga ex spectaculo.

Die sequenti.] Græcè dicitur τῆ ἀστροπαίᾳ. Quid egeri nescio.] Ex Luciano, sic scribete: τὶ μὲν ἰναδοῖ ἔκκετο ἄριστος ἄνθρωπος, εὐν εἶδα, id est, Quid passus sit hortulanus meus do-

Die sequenti meus quidē dominus hortulanus quid egerit, nescio: me tamen miles ille, qui propter eximiam impotentiam pulcherrimè uapularat, ab illo præsepio, nullo equidem contradicente, diductum abducit, atq; à suo contubernio (hoc enim mihi uidebatur) sarcinis proprijs onustum, & prorsus exornatum armatumq; militariter, producit ad uiam: nam & ga-

tulanus meus do-

minus, nescio.
Ob eximiam impotentiam.] Vtrum ob inualentiam & imbelliam, an ob immodicam militiam taremq; potentiam ac insolentiam, ambiguum est. constat enim militem uapulasse, cum ob infirmitatem uirium (quibus hortulanus

tulinus prepolles
bat) tum ob cons
tumaciam impo
tentiamq; tyrann
nicam, dum mili
tariter cadē hor
tulano minitatur.
Abducit.] Abdu
citur propriē alie
nus. Abducimus
inuitos, ut docet
Donat. à Luciano
autē dissentit, qui
refert à milite uē
ditum esse asinum
ἄσινον, id est, 25 At
ticis minis. Gas
leam nitore præ
micantē.] Ex præ

scripto disciplinæ militaris, arma debent esse extersa atq;
radiantia. Ad officium tribuni militum pertinet, & solli
citudinem, auctore Vegetio, ut miles ueste nitidus, armis
bene munitus ac fulgens, exercitationis usu & disciplina
eruditus incedat. Idem præcipit, eligendum centurionem,
qui contubernales suos ad armorum exercitium cogat, ut
bene uestiti & calciati sint ut arma omnium defricentur
ac splendescant. & extat epistola Aureliani imperatoris ad
tribunum scripta, qua præcipit ut arma tersa sint. & pro
fecto laus est imperatoris, miles cultus & micantibus ar

leam nitore præmicantem, &
scutum cæteris his longius lu
cens, sed etiam lanceã longissi
mo hastili conspicuam, quæ sci
licet non disciplinæ tunc qui
dem causa, sed propter terren
dos miseros uiatores, in sum
mo atq; edito sarcinarum cu
mulo ad instar exercitus sedu
lò composuerat, confecta cam
pestri, nec adeò difficili uia, ad
quandam ciuitatulam perueni
mus: nec in stabulo, sed in do
mo cuiusdã decurionis diuer
timus: statimq; me commenda
to cuidam seruulo, ipse ad præ
positum suum, qui mille arma
torum ducatum substinebat,
sollicitè proficiscitur.

nis instructus. Laudant scriptores Casarem dictatorem,
 quòd habere milites tam cultos, ut auro & argento poli-
 tis armis ornaret: simul & ad speciem, & quo tenaciores
 eorum in praelio essent metu damni. Lampridius quoq; re-
 fert, Alexandrum Romanum imperatorem sibi fecisse ar-
 gyroassidas & chrysoassidas milites, cum clypeis argen-
 tatis & auratis, exemplo Alexandri Macedonis, quem tra-
 dunt scutis milium argenteas laminas, equis freno aureos
 addidisse: loricas quoq; alias auro, alias argento adornasse.
 Lanceam longissimo hastili.] Cum Lucianus, hunc
 in Macedonia militem fuisse describat, intelligimus saris-
 sam significari, etenim sarissa (ut docet Ælianus in Tacti-
 cis) lancea est, qua utitur phalanx Macedonica, longitu-
 dine 14 cubitorum, quorum duo manus continent, reliqua 12
 prominēt: inde sarissaphori à nostris scriptoribus dicti, q
 sarissas gestant. Sedulo.] instanter, diligēter. Ciuita-
 tulam.] Græcè *πολιχίον* dicitur, ex *πολις* uatōs id est,
 diminutiui formula. Decurionis.] Modò decurionem
 accipe pro turma equitum præfecto, potest etiam accipi
 pro senatore municipali, etenim senator in municipijs di-
 citur decurio, ut suo loco copiosius est annotatum. Est au-
 tem decurionis militaris officium, conto scienter uti, &
 turmales suos, id est equites sub cura sua positos erudire, ad
 omnia quæ equestris pugna deposcit. Ducatum sustine-
 bat.] præfecturam gerebat. ducatus dicitur præfectura,
 siue præpositura & imperium militare, à duce: ut princi-
 patus à principe, tribunatus à tribuno. In Aureliano inquit
 Flavius Vopiscus: Habuit multos ducatus, multos tribuna-
 tus. Apud Suetonium: Ferebatur ducatus & imperia lude-
 re. Videtur autem significare chiliarchum, sic enim Græco
 uocabulo

uocabulo nominatur tribunus militum, qui præest mille militibus. Ex disciplina Romanæ militiæ (ut docet Iosephus in tertio belli Iudaici) milites ad centuriones, illi ad chiliarchos conueniunt salutatum: cum quibus ad summum omnium ducem uniuersi ordinum principes, ille autem his ex more dat præcepta perficienda subiectis.

Designatū facinus.] præue & perperam factū. Designare est, re nouam facere: in utranq; partē, & bonam & malā. Præue & rectē facta, designata apud ueteres dicebantur: hic in malam partem ponitur. Designatores dicti, q̄ ludis funebrib. præfunt: ob eam causam (ut credit Donatus) q̄ in ipsis ludis multa fiant noua & spectanda. Terentius in Adelphis: Modò quid designauit? Dominus ædium.] decu

Post dies plures, ibidem designatum scelestum & nefarium facinus memini: sed ut uos etiam legatis, ad librum profero. Dominus ædium habebat iuuenem filium, probe literatum, atq; ob id confuete pietate modestiaq; præcipuum: quem tibi quoq; prouenisse cuperes, uel talem. Huius matre multo antè defuncta, rursus matrimonium sibi reparauerat: ductaq; alia, filiū procreauerat alium, qui iam duodecimum ætatis annum supergesserat. Sed nouerca, forma magis quam moribus in domo mariti præpollens, seu naturaliter impudica, seu fato ad extremum impulsa flagitiū, oculos ad priuignum adiecit. Iam ergo, lector optime, scito te tragœdiam, non fabulam legere,

gere, & à focco ad cothurnum
ascēdere. Sed mulier illa, quā-
diu primis elementis Cupido
paruulus nutriebatur, imbecil-
lis adhuc eius uiribus, facile ru-
borem tenuem deprimens, si-
lentio resistebat. At ubi com-
pletis igne uesano totis præ-
cordijs, immodicè bacchatus
amor exastuabat, sæuēti Deo
iam succubuit: ac languore si-
mulato, uulnus animi menti-
tur in corporis ualetudine. Iā
cætera salutis uultusq; detri-
menta, & ægris & amantibus
examusim conuenire, nemo
est qui nesciat: pallor defor-
mis, marcentes oculi, lassa ge-
nua, quies turbida, & suspiri-
tus cruciatus tarditate uehe-
mentior. Crederes & illam flu-
ctuare tantum uapore febriū,
nisi quòd & flebat. Heu medi-
corum ignaræ mentes: quid ue-
næ pulsus, quid caloris intem-
perantia, quid fatigatus anhe-
litus, & utrinq; secus iactatæ
crebiter laterum mutux uicis-
situdines? Dij boni, quàm faci-
lis licet non artificii medico,

rio significatur.
Iuuenem probe li-
teratum.] Idolon
& simulacrum
huiusce iuuenis
probißimi, quæ
Lucius nosser hoc
in loco describit:
est Bartholomæus
Blanchinus, muni-
ceps meus: qui nobi-
di genere natus,
bonis moribus or-
natus, literis lico-
ratis ex cultus, au-
ditor meus, mihiq;
summa beneuolen-
tia copulatus, ef-
fingit ac represen-
tat iuuenem ex o-
mni parte lauda-
bilem. Dotibus a-
nimi accedunt bo-
na corporis atque
fortune. Diligit
doctos, & me in
primis: contuber-
nio proborum ar-
tificū lætatur, ma-
ximeq; pictorum.
Habet

Habet domi ueluti in larario nominata ex auro & argento compluscula, quibus minu-

cuius tamen docto uenerique cupidinis comprehensio: cum uideas aliquem sine corporis calore flagrantem.

ta magnorum uirorum facies expressæ conspiciuntur: otium & quietem literariam cum primis probat & sectatur, modestia & probitate præcipuus uiuit in ædilitate, quamuis eum generum optent summates: prorsusque huic Apuleiano iuueni cetera simillimus, nisi quod nec patrem habet, nec nouercam domi: & melioribus annis natus, fortunatius degit: nec insidias nouercales pertimescit, quibus obnoxius fuit hic, quem Lucius nosler perscribit dilectum esse à nouerca, amore incesto & infando. Consequenter modestia præcipuum.] Pietas, modestia, humanitas, sunt sequelæ & comites literarum. literæ bonos mores & uirtutes omnis politicas edocent. Humanitatem ueteres appellauerunt id propemodum, quod Græci παιδεία, nostri eruditionem institutionemque in bonas artes dicunt: quas qui sinceriter appetunt, hi sunt uel maxime humanissimi. e contrario ἀνομοί, id est sine moribus & literis, apud Græcos dictus est, pro inelegante & rustico atque impolito. Matrimonium reparauerat.] secundam uxorem duxerat, digamiamque celebrauerat. Sicut improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit: ita qui secundis pedibus coniugalibus implicatur, inique uitam uxoriæ statumque maritorum criminatur. Semel ducenda uel sapienti uxor est, ut politicè & ciuilitate uiuere uideatur. sed si digamus, hoc est bimaritus esse appetit, & digamiæ munera decantat, uercors est. Nam prima uxor, aut bona fuit, aut mala si bona,

si bona, non est secunda uxor ducenda, quæ primæ consimilis esse non poterit: quinimo timendum, ne in locum bonæ pessima succedat, cum proba sit rara avis in terris, nigroque similima cygno. Si uero mala, tanto minus est ducenda: cum improbas primæ potuerit ac debuerit osorem te facere, ac fastidiosum totius femineæ nationis. sicut etiam Euripides mulieres ferè omnes maiorem in modum exosus fuisse dicitur, quòd simul duas uxores habuerit, quarum matrimonij pertedebat. Quòd autem digamia, monogamia deterior sit, hinc liquet, quòd digamus in clerum eligi non potest. Hieronymus tamen inquit, Non damno digamos, imò nec trigamos: & si dici potest, octogamos. Seu facto impulsa.] Plerique omnes in culpa & maleficio reuerti, perfugiunt ad fati necessitatem, tanquam in aliquod asylum: & quæ pessimè fecerunt, ea non suæ temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt. Apud Maternum genituræ explicantur, quæ maleuola stellarum radiatione faciunt nouercas amore priuignorum infando implicari. Oculos ad priuignum adiecit.] Naturali & quasi genuino odio nouercæ priuignos persequuntur: hinc uerbum elegantius Nouercari, pro eo quod est agere more nouercarum, malignè scilicet & inimiciter. Hinc Horatius in Epodo: Quid ut nouerca me intueris? Plinius noster naturam homini nouercam tristem esse censet. Ergo igitur cum nouercæ priuignos naturaliter oderint, cum nouercalia odia sint famigerata, hæc priuigni amore capta est, hæc ardere cœpit in libidines incestus: cum talis amor sit omni odio detestabilior, execratioreque: melius est enim odisse priuignum, quàm turpiter amare. Tragediam legere.] In tragedijs plerumque amores incesti infandique

explicantur. Tragediæ narrant, quemadmodum Phœdra
 amore fœdissimo priuignum Hippolytum deperibat. De-
 niq; tragediarum argumenta sunt, nefandæ nouercarum
 priuignorumq; amationes. Ideoq; Euripides petente Ar-
 chelao rege, ut de se tragediam scriberet, abnuuit, ac pre-
 catus est, ne accideret Archelao aliquid tragediæ proe-
 prium: ostendens, nihil aliud esse tragediam, quàm mise-
 riarum comprehensionem: quæ, ut Græci definiunt, est *ἀ-
 νῶν πρῶτον*, id est rerum tristem comprehensio. cum com-
 œdia sit *ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀνάλυσις*
ἢ ἡσυχία: id est, priuatarum ciuiliūq; rerum sine pe-
 riculo uitæ comprehensio. Præterea in tragedia, fugienda
 uita: in comœdia, capebenda exprimitur. Per soccos au-
 tem materia comica, per cothurnos tragica significatur:
 cum soccus sit calciamentum comædorum histrionum, co-
 thurnus uerò tragedorum, quod ex uersu Horatiano sat
 notum est: Hunc socci capere pedem, grandesq; cothur-
 ni. Illud adde scitu dignum, quòd cum cothurnus sit cal-
 ciatius utrique pedi aptus, Athenienses hinc Theramenem
 cothurnum cognominarunt, tanquam modò harum, mo-
 dò illarum partium sectatorem. Prouerbiū quoque apud
 Græcos celebratur, *ἀμειβαλῶτόσδε καὶ κωμῶν*, de his qui
 mobiles sunt, & assidue immutantur. A socco ad cothur-
 num, expone, à tenuioribus ad grauiora, à iocosis ad tris-
 tiora, à licitis ad illicita, à rebus comicis ad tragicas. etc-
 nim tragediæ proprium est, amor infandus atque tris-
 ticia. Ascendere.] Signate locutus est: stilus enim co-
 micus humilis est, ut & materia: tragicus uerò character
 sublimis, sicut & argumentū. Inde cothurnati dicti gran-
 diloqui, & instar aquilarū per sublimia uolitantes. Si-
 lentio

lento resistebat.] silenter dissimulabat. Bacchatus a
 mor.] Seneca: Labitur totus furor in medullas, Igne fur-
 tivo populante uenas. Sæuienti deo.] Cupidini, qui im-
 potens flammis simul & sagittis regnat in orbe, cuius spi-
 culis succumbunt mortales immortalesq̃: Qui superos, ip-
 sumq̃; Iouem, qui numina ponti, Ferrarumq̃; domat.

Cupido paruulus.] Tulliana sententia est: Malum nascens
 facile opprimitur, inueteratum fit plerunq̃; robustius.

Mentitur in corporis ualitudine.] simulat se languore cor-
 poris, affectam, cum animi ægitudine tabescat. sic olim

Antiochus amore nouercæ Stratonices captus, cum cu-
 pidini sæuienti succubisset, nec ullum remedium tanto
 malo reperiret: simulans se corporis morbo conflitari, in
 lecto decubuit: qui mox opera & astu Erasistrati me-
 dici reualuit, factus uoti compos. Examusim conueni-

re.] examine, optimè, ad unguem, regulariter. Plau-

tus: Ut hanc rem uobis examusim disputem. Aduer-

bium est. amusis enim regula fabrorum est, qua archi-

tecti opus probabant: uel, ut alij uolunt, ferramentum,

quo in poliendo utuntur. inde amusitata indoles Plau-

to, pro examinata atque perfecta. sic enim scribit in Mi-

lite: In hoc musitata sua sibi ingenua indoles. & ita hunc

locum Plauti legendum esse, docet Nonius Marcellus,

cum in Plautinis codicibus passim legatur Emusitata:

quam tamen lectionem, ut probam emaculatamque,

tueri possumus auctoritate Festi Pompeij, qui scribit,

emusitata dici adamusim facta. & ne quis audeat id

uelle conuellere & calumniari, traditur hoc à Festo in

ditionibus à litera B incipientibus. Aul. Gellius in pri-

mo, iudicium factum adamusim dices. Pallor des-

formis.] Aegroti & amantis signa communia, nam qui amat, & qui aegrotat, pallore deformatur. De aegroto notissimum Virgilianum illud: Continuo est aegris alius color, horrida uultum Deformat macies. De amante illud Horatianum: Et tinctus uiola pallor amantium. ex praescepto quoque Nasonis: Palleat omnis amans, color hic est aptus amanti. *Lassa genua.*] Labant genua in aegroto, labant & in amatore: qui uidens amicam, & mente & genibus tremat, iuxta illud Terentianum: Totus Parmeno tremo, horreoque, postquam aspexi hanc. Aiunt physici, ex nimio ardore effectum frigoris reddi, ut ex frigore nimio effectus ignis existit: natura enim magni caloris horrorem incutit, ut nimiae febres. *Quies turbida.*] Quis nescit, turbidam inquietamque quietem esse infirmis? qui insomniosi sunt, qui diris uisionibus agitantur. Hinc Horatius, Velut aegri somnia uanae Finguntur species. In eandem sententiam est illud Persianum: Aegroti ueteris mediantes somnia. Idem quoque est amoris affectus. Amator enim instar Achillis Homerici (expertus loquor) nunc pronus in faciem, nunc supinus cubat: toto lecto uersat corpus, dum somnum oculis capere non potest: cuius tumultuosa per thorum iactatio est, & inquietas nocturna. *Suspiritus uehementior*] *suspiratus*, siue *suspirium*. Plutarchus, Sappho, ceteri, amatoribus assignant defectum uocis, ruborem uultus, mox pallorem, intuitum oculorum inconuenientem, sudores acutos, motum uena incredibilem, & crebra suspiria Horat. quoque signare uolens amoris indicium, sic inquit in Epodo: Amantem langor & silentium arguat, Et latere petitus imo spiritus. *Fluctuare ardore febrium.*] Si uidisses feminam hoc pacto languentem, credidisses eam ardentem-

ardentibus febribus torqueri. Sed cum fleret, signum erat Cupidinæ flammæ, qua vitalia intrinsecus torrebantur. nam, ut ait speciosissimè poeta, Est mollis flamma medullis Interea, & tacitum uiuit sub pectore uulnus. Apud Ouid. inquit Biblis amore tabescens: Esse quidem lasi poterat tibi pectoris index, Et color & macies, & uultus, & humida sæpe Lumina, nec causo suspiria mota patienti. Heu medicorum.] Imitatio Maroniana: Heu uatum ignaræ mentes, quid uota furentem, Quid delubra iuuan? Medicos damnat inscitia, qui parum solerter, parumq; curiose dispicerent, quid pulsus, quid creber anhelus, quid calor immodicus in fœmina significarent. nec enim hæc morbi erant, sed ardentissimi amoris indicia. Quod uel mediocriter erudito medico comprehendere fas erat. Latere uicissitudines.] Modò in dextrum, modò in sinistrum latus iactatio. sic Achilles Homericus, ex desiderio Patrocli, nunc in latus, nunc resupinus, nunc pronus, nunc reclusus uoluitur. Supini cubius (ut inquit Plinius noster) oculis conducunt. at pro tussibus, in latera, aduersus distillationes. Theophrastus tradit, celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius in supinis. Sine corporis calore flagrantem.] Vbi homo flagranter æstuat citra corporis calorem & febrem, nimirum ille ob amorem animo ardet, non corpore febricitat. Talis enim flagrantia non corpus, sed animum populatur: quæ cognitio cõprensioq; uel mediocri medico facilis est.

Alterius agi.]

Ergò igitur impatientia furoris alterius agitata, diutinù rupit silentiù, & aduocari præ-

Lego, alius uel alternis agitata.

Filium.] priuignum intelligit,

intelligit, quæ no-
uerca deperibat.
Nomen.] scilicet
filij: nec enim uo-
luisset amorabun-
da femina filium
esse & dici, quem
ipsa afflictim de-
peribat: quia talis
amor infandus, in-
ceestificus, execra-
bilis est. Consimi-
liter apud Ouidiũ
Biblis Caunũ fra-
trem deamans, no-
men sororis era-
dit ex epistola:
Scripta soror fue-
rat, uisum est de-
lere sororem. Vni-
cuique (ut aliubi
quoq; dictum est)
duo sunt nomina:
unum proprium,
alterũ naturæ &
sanguinis, quo se
debent appellare
coniunctæ perso-
næ. ut est nomen
matris & filij, no-

cipit filium: quod nomẽ in eo
ipso, ne ruboris admoneretur,
libenter eraderet. Nec adoles-
cens ægrè parentis moratus
imperium, senili tristitia stria-
tam gerens frontem, cubicu-
lum petit uxoris patris, ma-
tristq; fratris, utcunq; debitum
sistens obsequium. Sed illa cru-
ciabili silentio diutissimè fati-
gata, & ut in quodã uado du-
bitationis hærens, omne uer-
bum quod præsentī sermōni
putabat aptissimũ, rursus im-
probans, nutante etiam nunc
pudore, unde potissimum ca-
peret exordium, decunctatur.
At iuuenis nihil etiam tunc se-
cius suspicat, summissio uultu
rogat ultro præsentis causam
ægritudinis. Tunc illa nacta so-
litudinis damnosam occasio-
nem, prorumpit in audaciam:
& ubertim ad lachrymas, laci-
niatq; contegens faciem, uoce
trepida, sic cum breuiter affa-
tur. Causa omnis & origo præ-
sentis doloris, & etiam mede-
la ipsa, & salus unica, mihi tu-
te ipse es. Isti enim tui oculi per
meos

meos oculos ad intima delapsi præcordia, meis medullis acerrimum commouent incendium. Ergo miserere tua causa pereuntis: nec te religio patris omnino deterreat, cui morituram prorsus seruabis uxorem. illius enim recognoscens imaginem, mutua facie, merito te diligo. habes solitudinis plenam fiduciam, habes capax necessarii facinoris ocium. nam quod nemo nouit, penè nō fit.

uerca & priuigni. Nunc ergo ammorabūda nouerca, libenter eraderet hoc naturale nomen, ne aut filium, aut priuignū nominare cogeretur: quæ nuncupatio in re obscena sine rubore esse non potest.

Parentis. Inouerca, quæ parentis,

hoc est matris loco esse priuigno debet: & priuignus nouerca perinde ac parenti obsequi debet. *Striatā frons.* rugosam, contractā, subductam. qualis ex tristitia esse solet, quæ & caperata frons dicitur: & deceter dixit Paut. quid huic homini frons caperat seueritudine? Striæ sunt canaliculæ in columnis, & caua. unde columnæ striatæ dicuntur. Talibus fulciuntur ædes Bentiuolorum magnificentissimæ. Quidam strias non ipsos canaliculos dici interpretantur, sed prominentias & extuberationes inter caua & canaliculas columnarum. Vitruuius in 4. Columnis (inquit) striari uiginti strijs oportet. Idem striaturana appellat descriptionē striatarum columnarū. Igitur translatione uenustissima striatam frontem posuit Lucius nosster, pro tristissima & caperata, in qua rugæ aspiciantur instar striarū, quas in columnis efficitur. rugarum enim & striarū reciproca trāslatio est. Idem Vitruuius: Trunco,

HH 4 inquit,

inquit, toto striatis, uti stolarum rugas matronali more de-
 miserunt. Crassitudines striarum eodem auctore faciendæ
 sunt, quantum adiectio in media columna ex descriptione
 inuenietur. Strigæ uerò aliud longè significant, nam (ut
 grammatici docent) appellantur ordines rerum inter se
 iunctim collocatarum, à stringendo dictæ. Columella in
 2. de feno loquens, sic refert: Tunc demùm conuertemus,
 & utrunq; siccatum coartabimus in strigam, atq; ita ma-
 nipulos uinciemus. Vxoris patris.] Nouercam signat,
 quæ uxor erat patris: & filium procreauerat alium, qui
 ex patre istius adolefcētis frater erat. Vtcunq;.] Niti-
 dior lectio est, utrunq;. sistens obsequium.] id est, se
 obsequiosum exhibens. uerbum iuris est, sistere uadimonium,
 sistere reum: quod ad alia quoq; transfertur. Ouid, sistitur
 ante aras. A. Gellius docet, ab hoc uerbo sisto, stiti in præte-
 rito dici, non steti: & à M. Catone rectè scriptū esse, uadi-
 monium stitisset: quod audaces emendatores è scripto Ste-
 tisset corruerunt. In uado dubitationis.] incerta ac flu-
 etuabunda, sicut cymba in uado periclitatur. contra dixit
 Plaut. pro uerbialiter, In uado salutis res est. Vnum.]
 Legendum est, Vnde. Exprimitur amantis affectus, quæ
 unde exordiat cum priuigno alloquium nescit: quæ in-
 cipit effari, mediâq; in uoce resistit. Decontatur.] ualde
 cōctatur & hæsiat. sic Biblis apud Ouid. Incipit & dubi-
 tat, scribit damnatq; tabellis: Et notat, & delet, mutat,
 culpataq; probatq;. Summisso uultu.] Hoc in laudem pu-
 dibundi iuuenis dictum est, qui uultu demisso ac uerecun-
 do querit de matre causam ægritudinis. Nacla.] Nāci-
 tor dicitur apud ueteres. pro nacltus crit. Occasionem so-
 litudinis.] Solitudo sæpe nobis magna mala suadet (ut in-
 quit

quit Seneca) & cogitationes diras suggerit: ex cuius occasione nunc nouerca fit audax apud priuignum, & amorem infandū tetrumq; confitetur ac detegit. Vbertim.] large & abundanter. Lacinia.] præ pudore cooperiuit faciem, ut liberius amorem impudicum scelestumq; profiteretur. Apud Platonē Socrates operit pallio caput, orationem quandam parum pudicam habiturus. Apud Gellium Iulianus rhetor capite conuelato canit uersus poeticos, amastios ac uenerios. Et medela ipsa.] Huic sententiæ quadrat illud Ouidianū: Tu seruare potes, tu perdere solus amantem. Tui oculi per meos oculos.] Amor (ut philosophi tradunt, & meminit Plato) desiderium est fruendæ pulchritudinis: fruiitur autem amator re amata per oculos. Vnde meritò oculus causa & origo est amoris, ut Musæo placet. Oculus radiorum aculeos in contuentis e regione oculos iaculatur, hinc uirulentus aculeus transfuerberat oculos, & hominis percussi præcordia corq; conuulnerat. Quintilianus in ea declamatione quæ inscribitur Cæcus in limine: Oculi (inquit) sunt tota nostra luxuria, hi nos in omnia quotidie uitia præcipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Pereuntis.] scilicet mei. Ouid. Miserere fatentis amorem: Et non fassuræ, nisi cogeret ultimus ardor. Illius imaginem.] Filius imago patris est, quem non tam facie quàm moribus representat. Phædra apud Senecam sic inquit ad Hippolytum: Hippolyte sic est Thesei uultus, amo. & mox paulo: Talis, en talis fuit, cum placuit hosti, sic tulit celsum caput: in te magis refulget incomptus decor, & genitor in te toruus. Habere.] Corrige, habes. Solitudinis fiduciam.] Solitudo, ut antè diximus, multa mala nos

his suadet: & locus ab omni arbitro liber, fiduciam dat pa-
trandi sceleris. *Necessarij facinoris.*] Facinus necessa-
rium uocat, quod cum necessaria persona committitur, &
ne estuudinis uinculo copulata: qualis est inter nouercam
priuignumq; coniunctio. *Penè non fit.*] Sententialiter
hoc dictum est: tanquam pro infectis habenda sint, quæ
facta esse nemo cognouerit. Olim Claudius imperator, iu-
uenem adulterij famosum monuit, ut cautius indulgeret
uoluptati ueneria: tanquam non fiat quod latet. Philoso-
phus quoque nomine Peregrinus, existimabat homines
tunc peccare procliuius, cum latere posse id peccatum pu-
tarent, impunitatemq; ex ea latebra sperarent. Virum ue-
rò sapientem non peccaturum esse dicebat, etiam si pec-
casse cum dijs atq; homines ignoraturi forent. non enim pœ-
næ aut infamiæ metu non esse peccandum, sed iusti hone-
stiq; studio & officio.

Perturbatus.]

apud Senecam, im-
pudica nouercæ cõ-
pellatione pertur-
batus Hippolytus,
sic exclamati: Ma-
gne regnator de-
um, tam lentus au-
dis scelera, tã len-
tus uides? Hic uerò
neq; clamorosus neq;
irrogiosus induci-
tur, sed consultus
& prudens, qui

Repentino malo perturba-
tus adolescens, quanquam ta-
le facinus protinus exhorruis-
set, nõ tamẽ negationis intem-
pestiua seueritate putauit exa-
sperandam, sed cautæ promissio-
nis dilatione leniendam. Er-
go prolixè pollicetur, ut & bo-
num caperet animum, refectio-
niq; se ac salutem redderet, im-
pendiò suadet: donec patris ali-
qua profectio, liberum uolu-
ptati concederetur spatiũ. sta-
timq;

timq; se refert à noxio conspe-
ctu noueræ. Et magnam do-
mus cladē ratus indigere ma-
gno & ampliore consilio, ad
quendam compertæ grauita-
tis educatorem senem protin-
us refert: nec quicquam diu-
tina deliberatione tam salubre
uisum, quàm fuga celeri pro-
cellam fortunæ læuientis eua-
dere. Sed impatiens uel exigue
dilationis mulier, si cta quali-
bet causa, cōfestim marito mi-
ris persuadet artibus, ad lon-
gissimè dissitas festinare uillu-
las: quo facto, maturatæ spei
uesaniæ præceps, promissæ li-
bidinis flagitat uadimonium.
Sed iuuenis, modò istud, mo-
dò illud causæ faciens, execra-
bilem frustratur eius aspectum:
quoad illa nunciorum uarie-
tate, pollicitationem sibi dene-
gatam manifestò perspiciens,
mobilitate lubrica nefariū a-
morē ad longè deterius tran-
sulisset odiū. & assumpto sta-
tim nequissimo, & ad omne fa-
cinus emancipato quodā dota-
li seruulo, perfidiæ suæ consi-

promissione leni-
endam magis fœe-
minam censuit, q̄
negatione exaspe-
randam. Intem-
pestiue.] Pittacus,
ex septem sapienti-
bus unus, dicere so-
lebat γνῶθι ναῦτον,
id est, nosce tempe-
stiuitatem: intelli-
gi uolens, in rebus
omnibus obeundis
nihil esse conduci-
bilis, meliusq; tē-
pestiua opportu-
nitate, e contrario
nihil peius intem-
pestiuitate. Super
qua re latissime
perscripsimus in
Heptalogo. Sic se-
ueritas, quæ alioq;
qui inter uirtutes
numeratur, in uitij
nomen transibit, si
fuerit intempesti-
ua, neq; uera να-
ύων: id est, ex op-
portunitate adhibi-
ta. Unde

8a. Vnde laudādus
hic iuuenis, qui ne
gare seueriter no-
luit, ne per intem-
pestiuam seuerita-
tem scemina ma-
gis ac magis exas-
peraretur. Pro

lixē.] benigne, largē, liberaliter. M. Cato res prolixas di-
xit, quas alijs quoq; uocabulis secundus & prosperas ap-
pellat. Impendiō suadet.] ualde, uerbemēter hortatur.
Refert.] retrahit, abducitq;. Ad educatorē refert.] Id
est, consulit nutriciū senem, & quā sit super re tanta illius
exquirat sententiam: qui cum senex esset, meruō multarum
rerum consultissimus, gnauißimusq; uideri poterat, cum
etate sapientia adipiscatur. In senibus prudentia est, atq;
consilium, & (ut inquit Plaut. in Trinummo) sapientiae
etas condimentum est. Sapiens aetati cibus est. Senibus (ut
auctor est Quintil.) auctoritas maior est, quod plura nosse
& uidisse creduntur. quod & Homerus frequentissimē
testatur, & (ut eleganter scribit M. Tul. in Catone) te
meritas est florecentis aetatis, prudentia senectutis. In se-
nibus consilium, ratio, sententia est: quae nisi forent, non
summum consilium maiores nostri senatum appellassent.
Proinde probandus est adolescens, qui consiliarium senem
educatorem adhibuit, qui ex consilio senioris, atq; senten-
tia saluberrima decreuit subducere sese nouercalibus blan-
ditijs, & fuga euadere hanc quasi procellam ex flucti-
bus Cupidinis impendentem. Impatiens mulier.] Om-
nis mora amantem torquet, omnis cunctatio tormentum
est: &

est: & (ut inquit Plaut. in Penulo) Amans quicquid agit, properat omnia, & manti nihil satis sistitur. Dissitas.] longè remotas, distantesq; ab urbe. Antiqui improbarunt uillas & prædia longè ab urbe distantia. Hinc Pomponius inquit: longè ab urbe uillicari, quò herus rarerer uenit, non uillicari, sed dominari mea est sententia. Columella quoq; censet, in propinquo agrum mercari, quò & frequenter dominus ueniat, & frequentius se uenturū quàm sit uenturus denunciaret, putatq; suburbanum prædium eommodissimum esse. Catonis dictum est de agro parando, Pedibus compensari pecuniam. Flagitat uadimonium.] Ex forensibus uerbis translata sententia. Sicut enim ad uadimonium uenire solet litigator, qui id promissum ita decenter uadimonium libidinis flagitat nouerca à priuigno, ut sese sistat in palæstra ueneriant quod uerbo promiserat, re perficiat. Illud causæ.] id est, modò hanc rem, modò illam causatus. Mobilitate lubrica.] Nihil est mobilius mente sceminea: quod & testimonijs poetarum, & græco uerbo satis liquet, quis enim nescit illud, Varium & mutabile semper Fæmina? Item, Nobilior uentis ô scemina. Item, Ab crudele genus, nec fidū scemina nomen. Græcè dicitur, ἁρπυγίη τὸ φῦλον τῶν γυναικῶν. id est, leue est & mobile genus sceminarum. Proinde uidemus quotidie, amorem sceminae torrentissimum, in odium internecinum repente conuerti, & ex amorabunda fieri infestissimam. Amor in nouerca erga priuignum nefarius est, & execrabilis: sed odium fit longè execrabilius, cum necem meditatur, cum ad uenena accingitur, cum in priuignum furibunda bacchatur. Fecit hæc nouerca in priuignum, id quod fieri ab uxore in maritum scribit Hieronymus, qui in libris

contra

contra Iouinianum, in sectam foeminarum perorans ait
 In odium uertetur ac iurgia, & nisi cito consulueris para-
 bit uenena. Emancipato.] addicto, parato. alias eman-
 cipatus dicitur, emissus ex patria potestate. Verbum iuris-
 consultorum. Apud Horat. in Epodo scriptum est: Romanus,
 heu posteri negabitis, emancipatus foemina. ubi emanci-
 patus accipitur pro addictus, & quasi in mancipatum &
 seruitutem datus Cleopatrae. Dotali seruo.] Dotales ser-
 ui (ut ex uerbo ipso notissimum est) dicuntur, quos uxor
 cum dote ad maritum attulit. Plaut. in Asinaria: Dotalem
 seruum Sauream uxor tua adduxit, cui plus in manum sit
 quam tibi. De seruis dotalibus & ancillis mentio fit apud
 iurifconsultos. & ait Paulus titulo de donationibus: Si
 quid in pueros ex ancillis dotalibus natos maritus im-
 penderit, aut in doctrinam, aut in alimenta, non conserua-
 tur marito, quia ipse ministerijs eorum utitur: quemadmo-
 dum si à praedonibus redemisset seruos dotales. recepti-
 cium uero seruum appellant proprium uxoris, quem sibi
 recipit ac retinet, neq; doti dat. De quo A. Gellius. de quo
 & M. Cic. loquitur, sic scribens: Vbi irata facta est, ser-
 uum recepticium sectari atq; flagitari uirum iubet. Ve-
 nenum praesentarium.] Dicimus uenenum praesentarium,
 siue praesentaneum, quod strenuissimum, rapidissimumq;
 est: quod praesentem mortem subitariamq; affert, sine ulla
 lentitudine. Auctor est Tranquil. Neronem coegisse Locustam
 uenenariam coquere uenenum quam posset uelocissimum
 ac praesentaneum. Attilius Regulus in senatu Romae dixit
 (auctore A. Gel.) uenenum sibi Carthaginenses dedisse non
 praesentancium, sed eiusmodi quod mortem in diem proferret.
 Plin. remedia praesentanea & praesentissima frequenter ap-
 pellat,

pellat, quæ sine cūctatione auxiliatur. Quintil. artē dicēdā constare ait inter cætera, consilio presentissimo. Vno dilutum. Iuino temperatum, dissolutūq;. M. Tul. in Cluentiana, docet probabilius esse uenenum in potione datum, quàm in pane: celeriusq; epotum, quàm comesum, in uenas atq; in omnes partes corporis permanare: præterea facilius fallere potest in poculo uenenū, cū ita confusum sit, ut secerni nullo modo possit. cicuta uino diluta, atq; in uino pota, irremediabilis existimatur.

Ac dum de oblationis oportunitate secum deliberant noxij homines, fortè fortuna puer ille iunior, proprius pessi mæ feminæ filius, post maturinum laborem studiorum dum se recipiēs, prandio iam capto sitiens, repertū uini poculum, in quo uenenum latitabat inclusum, nescius fraudis occultæ, cōtinuò perduxit haustum: atq; ubi fratri suo paratam mortem ebibit, exanimis terræ procumbit. Illius quoq; repentina pueri pernicie pædagogus cōmotus, ululabili clamore matrem totamq; ciet familiam. Iamq; cognito casu noxiæ potione, uariè quisq; præsentium auctores insimulabāt

Noxij homines.] nouerca, et dotalis serum. Fortè fortuna.] Archaismus est: nā antiqui ius Etim dicebāt fors fortuna, & forte fortuna, pro casu, & subita fortuna. Grammatici ita distinguūt, ut fors sit casus tēporalis, fortuna uerò ipsa dea. Terent. fors fortuna, inquit, nobis. id est, ut exponit Donat⁹, subita fortuna. qui id quoque autumāt, quod fors fortuna in bono ponitur. Ille iunior.] quem scilicet

scilicet genuerat
 infanda hæc mu-
 lier ex patre adole-
 scentis, quæ ad stu-
 prum sollicitauerat:
 quem supra dixit
 duodecimum ætas-
 tis annum pere-
 gisse. Pendio.]
 Dicitio non solum
 mēdosa, uerume-
 tiam cassa & fu-
 tilis, nihilq; signifi-
 cans: quæ obelo cō-
 fodienda est, ut in
 eius locum substi-
 tuatur Prandio: ut
 ita legas, prandio
 iam capto. signifi-
 cat enim, puerum
 redeuntem à pale-
 stra literaria, sum-
 psisse prandiculū,
 hoc est ientaculū.
 ex quo cū sitiret,
 repente exhausit
 poculum illud mor-
 tiferū, credens id
 uinū esse, cum ue-
 nonum uino dilu-

extremi facinoris. Sed dira illa
 fœmina, & maliciæ nouercalis
 exemplar unicum, non acerba
 filij morte, non parricidij con-
 scientia, non infortunio do-
 mus, non luctu mariti, uel æ-
 rumna funeris commota, cla-
 dem familiæ uindictę compen-
 dium traxit: missaq; protinus
 cursore, qui uianti marito do-
 mus expugnationem nuncia-
 ret, ac mox eodem ocius ab iti-
 nere regresso, personata nimia
 temeritate, insimulat priuigni
 ueneno filium suum interem-
 ptum. Et hic quidem nō adeo
 mentiebatur, quod iam desti-
 natam iuueni mortem præue-
 nisset puer: sed fratrem iunio-
 rem fingebat ideo priuigni sce-
 lere peremptū, quod eius pro-
 brofæ libidini, qua se compri-
 mere tentauerat, noluisset suc-
 cumbere. Nectamen immani-
 bus contenta mendacijs, adde-
 bat, sibi quoq; ob detectū fla-
 gitium, eundem illum gladio
 comminari. Tunc infelix, du-
 plici filiorū morte percussus,
 magnis ærumnarum procellis
 astat.

æstuat. Nam & iuniorem in co-
ram sui funerari uidebat: & al-
terum, ob incestum parrici-
diumq; capitis scilicet damna-
tum iri certò sciebat. Adhuc u-
xoris dilectæ nimium menti-
tis lamentationibus, ad extre-
mū sobolis impellebatur odiū,

tum internosci nō
posset. Fratri.] Priuignum intelli-
ge, qui ex patre tā-
tum, non ex matre
frater erat pueri,
qui hauserat uene-
num. Exani-

mis.] moribuna

us, & similis extincto. nam reuera (ut paulò mox lique-
bit) non fuerat hæc potio pestifera, sed soporifera. Pæ-
dagogus.] Tit. de iniurijs, pædagogi nomine comites conti-
nentur. comitem uerò accipere debemus, eum qui comite-
tur & sequatur. ferulae sceptrum sunt pædagogorum, qui
interdum imperiosi atq; sæuientes stulticiam suam perdo-
cent, qui alumnos fœdis sæpe uitijs imbuunt, quorum
sordes sunt ineluibiles. Sicut Leonides Alexandri pæda-
gogus, eum quibusdam uitijs infecit, quæ robustum quoq;
& iam maximum regem ab illa institutione puerili sunt
persecuta. Ideoq; salubriter præcipit Quintil. ut pædago-
gi sint morati, sintq; eruditi, aut se non esse eruditos scia-
nt. latini magistrum appellant, quem Græci pædago-
gum. Ciet familiam.] commouet, inclamat. Insimu-
labant extremi facinoris.] accusabant: insimulatio est, &
falsi & ueri criminis incusatio. insimulo (ut docet Dona-
tus) genitiuo iungitur: sicut hoc in loco. Plautus tamen di-
xit: Sic me simulare falsum facinus tam malum. Ma-
licia nouercalis exemplar unicui.] Vno uerbo absoluit,
complexusq; est omnia quotquot sunt flagitia, quæ in om-
nis nouercas cadunt. Etenim quæ exemplar malitiæ nouer-

calis merito dicitur, ea est omnium nouercalium scelerum officina, omnium fraudium seminarium, omnium uersutiarum coagulum, improbitatis scena, flagitiorum ministerium: ut reliquis nouercis esse possit exemplar & archetypum, quod sequantur: armatae in priuignos, instructae ad perniciem miserorum. Non parricidij conscientia.] Mi-
 nume commota est dira foemina, cum uideret filium suo scelerere prostratum, cuius necis ipsa erat conscia: quod parricidium uocat. etenim nomine parricidae significatur non solum, qui patrem matremque interficit: sed & qui filium, filiam uel alios quoque necessarios occiderit: quod & docet Martianus iuriconsultus, qui titulo ad legem Pompeianam de parricidijs scribit, lege de parricidis teneri, si quis patrem, matrem, auum, fratrem, sororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum: si mater quoque filium filiam uel occiderit: sed & auus tenetur, qui nepotem peremerit: & qui emit uenenum, ut patri daret, quamuis non potuerit dare. praeterea apud antiquos parricida dicebatur, qui qualemcumque hominem occidisset. Quod lex Numae Pompilij indicat, his composita uerbis: Si quis hominem liberum morti sciens duit, parricida est. Plaut. elegantius uocabulo parenticidam dicit, parentis interfectorem. Obiter annotandum, dici homicidam interdum cum laude, pro uiro scilicet forti, qui multos in bello occiderit, sicut Horat. dixit homicidam Hectorem laudabiliter, & longe aliter quam uulgo dicatur. Vindicta compē.]
 Viam ad uindictam priuigni compendiariam, & breuē traxit ex filij morte, tanquam posset persuadere marito & omnibus, filium perisse priuigni ueneno & fraude: quo persuaso, quod erat satis probabile, priuignus tanquam fratri-
 cida

cida sine cunctatione plecteretur. Misso cursore.] Inter
 mancipia sunt & cursores: quod ex lectione iuriconsulto
 rum sat cognitū est. scribit enim Paulus uolumine de lega-
 tis 3, quod si alij uernæ; alij cursores legati sint, si quidam
 cursores & uernæ sint, cursorib. cedenti semper enim spe-
 cies generi derogat. Antiquitas celebrat cursores, quos he-
 merodromos uocant, qui die uno ingens spacium cursu e-
 metiebantur. Inter quos clarissimus fuit Philonides, Alexā-
 dri magni cursor. ex Liuiō, Plin. Probo, & Amylio, & cæte-
 ris. Vianti.] iter facienti, & in uillam itanti. Viantes
 scriptoribus usurpantur pro uiatorib. peregrinatoribusq̄.
 Expugnationem do.] mortem filij, quem uelut per uim
 fraternam expugnatum peremptumq̄; credi uolebat. O-
 cius.] statim. Personata.] ficta, composita, simulata: in-
 star histrionum, qui inducta persona simulant & imitan-
 tur quemcunq; uelint: unde & personati dicti. Horatius:
 Quo personatus pacto pater. à Seneca felicitas personata
 nominatur. Atellani proprie inter histriones uocantur per-
 sonati, quia ius est his non cogi in scena ponere personam,
 quod cæteris histrionib. pati erat necessè. Et hic.] in hoc,
 in hac re: Apuleiana eloquutio. Non men.] Duobus mo-
 dis dicitur filius perēptus ueneno priuigni: uno, qui manife-
 stus est, cum priuignus uenenum dedit: altero, qui minus
 apertus est, cum ille ebibit uenenum, quod erat paratum in
 priuigni perniciem: & ita perijt eo ueneno, quo alter into-
 rimi debuerit. Ex hoc intellectu dixit Apulcius, non menti
 tam esse diram nouercam, quæ dixerit marito filiū pereni-
 ptū ueneno priuigni. Etenim reuera perierat illo ueneno,
 q̄ Priuigno fuerat destinatū, quo priuignus perire debue-
 rat. Probrosa.] Scelus inauditū finxerat scelestissima
 II 2 nouerca,

nouerca, uidelicet quòd priuignus seipsam libidine infan-
 da incestare uolisset: quæ haud dubiè probrosissima est.
 Còsimile quiddã fecit Phædra, quæ insimulauit Hippolytũ
 apud Theseũ, quòd se còprimere tentasset. Quidã ita expo-
 nũt, ut intelligãt insimulatũ esse priuignũ fratricidij, ex eo
 q. fratrem incestare libidine mascula tentauerit, atq. præpo-
 ãtera, & quòd ille recusauerit, est enim amphibolon illud
 Se, utrum ad nouercam an ad fratrem referatur. Com-
 primere.] Verbum est obscenæ significationis. hinc locus
 ille Plautinus mordax, & cum felle, sic enim inquit Mer-
 cur. Ego tibi hanc comprimã linguam. Respondet Sosia,
 alludens ad turpem significatum: Haud potes, bene pudic-
 ceq. afferuatur. Immanibus.] enormibus, immodicis, in-
 credibilibus. Erumnarũ procellis.] Consimile est illud
 Virgilij: & magno curarum fluctuat aestu. Ex translatio-
 ne marina tempestatis, procella erumnarum, fortunæ, &
 id genus aliarum rerum elegantissimè deducitur. Quintil.
 auctor est, translationem hanc usurpari ad orationis orna-
 tum, quo dicimus, concionũ procellas & eloquentiæ fulmi-
 na. In corã sui.] Sæpe apud hunc scriptorem annotatũ
 est id genus eloquutionis, in coram, ad instar: quod nos co-
 ram & instar simpliciter dicimus. Est autem archaismus
 in corã sui, pro corã se ipso, in conspectuq. paterno. maior
 aut haud dubiè dolor est ex re luctuosa, quã uidem⁹, quã
 si tantum audiamus, oculorum enim sensus est acerrimus.
 Ob incestum, parricidiumq.] Duplex noxa, & utraq. cri-
 minosissima, utraq. capitalis. incestum refertur ad probro-
 sam libidinem, cuius noxæ insimulatus erat à nouerca pri-
 uignus, quòd se uel fratrem incestare uolisset. Parricid-
 ium uerò, quòd ueneno interemisset. sic enim finxe-
 rat

erat pessima nouerca, cuius commenta maritus uera esse credebat, cum uxoris lamentationibus ficticijs persuaderetur. Ad extremum sobolis odium.] id est, impellitur odisse filium odio parricidiali, qui iure natura solet & debet parentibus esse carissimus.

Vixdum pompæ funebres ex sepultura filij fuerant explicatae, & statim ab ipso eius rogo senex infœlix ora sua recentibus adhuc rigans lachrymis, trahensq; cinere sordentem caniciem, foro se festinus immittit. Atq; ibi tum fletu, tum præcibus, genua etiam Decurionū contingens, nescius fraudium pessimæ mulieris, in exitiū reliqui filij plenis operabatur affectibus: illum incestum paterno thalamo, illum parricidam fraterno exitio, & in comminata nouercæ cæde sicarium. Tanta deniq; miseratione, tantaq; indignatione curiam, sed & plebem mœrens inflammauerat, ut remoto iudicandi tædio, & accusationis manifestis probationibus, & responsionis meditatæ ambagibus, cum eū conclamarint: Lapidibus

Senex infœlix.] pater defuncti, maritus doli-
sissima nouercæ.

Caniciem.] In luctu, puluere & cinere comam fœdabant: ut superius dictum est. De Latino attonito ei mœsto cecinit poetæ: Caniciem immundo persusam puluere turpans.

Genua decurionum.] Modo decurionum nomine senatores intelliguntur, sicut suo loco supra iam diximus: ubi etiam annotauimus, genua dedicata esse misericordie,

ricordia, & à sup-
plicibus attingi so-
lita. Incestū pa-
terno thalamo.]
Ex hoc liquidò in-
telligimus, nouer-
cā insimulasse pri-
uignum, quòd sei-
psam incestare ten-
tasset: incestum di-
cimus ipsum cri-
men: & incestum
dicim⁹ hominem,
quem ecclesiastici
scriptores incestuo-
sum a;pellant.

In comminata cæ-
de.] Propter illud
quod paulo ante

sic inquit, Addebat sibi quoq; ob detectum flagitium, eun-
dem illum gladio comminari. Sicarium.] Per abusio-
nem (ut docet Quint.) Siccarios omnes uocamus, qui cadē
telo quocunq; cōmiserint. Curiā.] Senatū illius ciuitas
tis, cuius de curiones supplex orauerat. Apud Græcos apos-
cleui dicuntur senatores, sanctiusq; consilium, quod ex dele-
tis constat uiris. Apocletorū frequens mentio est apud Li-
uiū. Meminit et Suidas in Etymologico. Mærens.] Iugēs,
& mœstitudine confectus. Responſionibus.] Purior le-
ctio & magis quadrans est, si legas Responſionis. hæc enim
opponuntur, accusationis & responſionis. Solent aut̄ rei
medita-

obrutum publicum malum,
publicè uindicare. Magistra-
tus interim metu periculi pro-
prij, ne de prauis indignatio-
nis elementis ad exitium di-
sciplinæ ciuitatisq; seditio pro-
cederet, partim Decuriones
deprecarī, partim populari-
ter compescere, ut ritè & mo-
re maiorum iudicio reddito,
& utring; secus allegationibus
examinatis, ciuilitè sententia
promeretur: nec ad instar bar-
baricæ feritatis, uel tyrannicæ
impotentia; damnaretur ali-
quis inauditus, & in pace placi-
da tam dirum seculo prodere-
tur exemplum.

meditatis ambagibus reſponſionis diluere atq; reſellere cri-
men obiectum, & probationes accuſatoris conſutare, ino-
ſtammati ſenili prece homines conclamāt, ut remota iudis
cij legitimi formula, quod lentum eſſe ſolet, ſtatim lapidib.
reus obrueretur, non expectato ut cauſa ageretur: & ita
indicta cauſa, inauditus indemnatusq; necaretur. quod mi-
nimē fieri fas eſt, cum in bene morata ciuitate nemo, niſi
iudicum ſententia damnatus ſit, ſupplicio affici debeat.

Ne de paruis elementis.] id eſt, primordijs: ſape ex parua
ſcintilla gliſcit incendium. Diſciplina.] ſcilicet legalis
& politica: ex cuius præſcripto iudicium conſtitui debet,
& reus audiri, mox re examinata ſolenter ſententia pro-
menda eſt, uel damnatoria uel abſolutoria. Compeſce-
re.] compeſcebant, ſuffrenabantq;. Vtring; ſecus.] ex
parte accuſatoris & rei: nec enim alio modo ciuilitur iu-
dicari poteſt, niſi allegationes utriuſq; partis audiantur,
& audite perpendantur. Damnaretur inauditus.] Ex
præſcripto legis nemo inauditus & indicta cauſa damna-
ri debet. quod ſi aliquando fiat, ſcito id fieri ex tyrannica
impotentia: hoc eſt immoderata, uiolenta & illegitima
potentia: uel ex feritate barbarorum, quibus neq; mos
neq; lex eſt, qui inhumana crudelitate prædii graſſan-
tur: qui obliſi ſe homines eſſe, omnem exuunt humanitatē.
Apud Liuiū T. Quintius clamitat, reum capitiſ indemnato-
rum indicta cauſa non debere uiolari. igitur petebatur, ne
malum in poſteros uſurparetur exemplum, ne homo inau-
ditus indicta cauſa repentino tumultu damnaretur.

Placuit ſalubre conſilium,
& illico iuſſus præco pronun-

Pronunciat pa-
tres in curiā.] Ex
more Romano,

quo senatores in curiam uocabantur, cōsultaturi super rebus arduis. Lilius in 3, Citari patres in curiam iubent. Viatores, dicti ministratores magistratū, ex eo quod plerumque ex agris senatores in curiam accesserant. Consuetudo loca residentibus.] Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, ut lege municipali præcipitur: cessante lege, tūc dignitates erūt spectanda, ut eo ordine quo quisq; eorū maximo honore in municipio functus est: ut puta si duumuiratum gesserit, si hic honore præcellat, et intra duū uirales antiquissis

ciat, Patres in curiam conueniant, quibus protinus dignitatis iure consueta loca residentibus, rursus præconis uocatu primus accusator incedit. Tūc demum clamatus introducitur etiā reus, & exemplo legis Atticæ, Martijq; iudicij, causæ patronis denunciatur præco, neq; principia dicere, neq; miserationem commouere. Hæc ad istum modū gesta, compluribus mutuò sermocinantibus cognoui. Quibus autem uerbis accusator inuexerit, quibus rebus diluerit reus, ac prorsus orationes, altercationesq; neque absens ipse apud præsepium scire, neq; ad uos quæ ignorari possum enunciare: sed quæ planè comperi, ad istas literas proferam. Simul enim finita est dicentium contentio, ueritatem criminum fidemq; probationibus certis instrui, nec suspicationibus tantam cōiecturam permitti placuit: atq; illū promptissimum seruum, qui solus hæc ita gesta esse, scire diceretur, sisti modis omnibus oportet.

oportere. Nec tantillum crucia-
rius ille, uel fortuna tam ma-
gni iudicij, uel confertæ con-
spectu curiæ, uel certè noxia
conscientia sua deterritus, quæ
ipse sinxerat, quasi uera adseue-
rare atq; adserere incipit: quòd
se uocasset indignatus fastidio
noueræ iuuenis, quòd ulci-
scens iniuriã filij eius manda-
uerat necem, quòd promississet
grãde silentij præmium, quòd
recusanti mortem sit commi-
natus: quòd uenenum sua ma-
nu temperatum, dandum fra-
tri reddiderit: quòd ad crimi-
nis probationem reseruatam
poculũ neglexisse suspicatus,
sua postremum manu porre-
xerit puero. Hæc eximia enim
ad ueritatis imaginem, uer-
berone illo simulata trepida-
tione perferente, finitum est iu-
dicium: nec quisquam decurio-
num tam æquus remanserat iu-
ueni, quin eum euidenter no-
xæ compertũ, insui culeo pro-
nunciaret.

mus quisq; prior.
Deinde, qui corã
secundo post du-
umuiratum hono-
re in repub. fun-
cti sunt: mox, qui
nullo honore fune-
cti sunt, prout qf-
que eorum in or-
dinẽ uenit. auctor
Ulpian. Nunc in
urbe nostra lex se-
natoriũ loci ista
seruatur, ut prout
quisq; prior in or-
dinem senatoriũ
uenit, ita priorem
in sedendo locum
teneat: qui secun-
dus, secundum, &
sic deinceps: unũ
excipio Io. Bentio-
uolum, qui senatus
columẽ est, quem
principem senatus
nostratis perpe-
tuum meritißimò
dicere possumus:
quem cuncti se-

quuntur ut duces: ad cuius uitam tanquam scopum &

normam omnes dirigimur, omnes conuertimur, qui flexi-
 biles quancunq; in partem ducimur à principe, atq; (ut ita
 dicam) sequaces sumus: cuius auspicijs florentes ac beati in
 ocio tranquillo honoratoq; fortunatè degimus. proinde,
 cum nuncupamus uota, cum obsecramus Deum, ita nuncu-
 cupare debemus, ita obsecrare, ut uni Io. Bentiuolo cuncta
 prosperè cedant, in quo & respub. & nos omnes simus, à
 cuius salute uelut à filio pendet salus totius ciuitatis. Itaq;
 illo florente & incolumi, floreamus & incolumes simus
 nos quoq; necesse est: illo gubernatè, male uebi nõ possum:
 nulla procella, nulli turbines sunt pertimescendi, in tuto, in
 portu, in uado salutis Bononiensium sistitur cymba. Ergo
 igitur Deum optimum maximum precor, ut Bentiuolam
 familiam, qua nihil maius melius ue nobis fata donau-
 erit; boniq; diui, ut cum illustrissimis parentibus generosissi-
 mosq; filios sinat diutissime florere, & in felicitatis arce
 consistere: ut nos quoque sub illis floreamus, & in utran-
 que aurem ociose dormiamus. Exemplo Martij iudicij.]
 Quidam exponunt Martium iudicium pro Romano, propterea quòd Romani à Marte sint oriundi: què patrem
 Romuli fuisse perhibent, urbis Romæ conditorem. sed id pa-
 rum congruit. Ego Martij iudicij nomine intelligo Areopa-
 gitas, qui iudices senatoresq; Atheniensium fuerunt: quo con-
 silio (ut inquit M. Tul.) leges Atheniensium & maiorum
 instituta seruantur. Solon primus constituit Areopagitas,
 hoc est senatum cõsiliuq; Atticorum. Quidam autumãt,
 ante Solonem fuisse senatuum Areopagitarũ Athenis con-
 stitutum. Sed M. Tul. Plutar. diuus Augustin. id Soloni at-
 tribuunt. Areopagite silentes iudicabãt, ut docet Macrob.
 de 7. Saturnaliũ. Hinc illud satyrici poetæ: Commisissimus
 teget

reges ut curia Martis Athenis. Arcopagus interpretatur
 curia siue pagus Martis. causa nominis ex iudicio est, quo
 Mars (qui Græcè Ares dicitur) cum homicidij reus fie-
 ret, iudicantibus duodecim dijs in eo pago (ut refert Au-
 gustinus in 18) sex sententijs absolutus est. ubi enim pa-
 res sunt sententiæ, absolutio dānationi præponitur. auctor
 est Plinius in 7, iudiciū capitū in Areopago primū actum
 esse. Olim Dolabella proconsul Asiæ causam ueneficij an-
 cipitem & scrupulosam ad Areopagitas, ut ad iudices gra-
 uiores exercitioresq; reiecit: sicut Valerius Maximus,
 Gelliusq; notificant. Iulius Pollux tradit, in Areopago iu-
 dicia cædis & ueneficiorū exerceri solita. Significat igitur,
 exemplo Atticorum, iudicijq; Areopagitarū, hanc ue-
 neficij causam actitatā esse, ut neq; procemiaretur orator,
 neq; moueret affectus. Hoc autē apud Atheniēses fieri soli-
 tum, testis est Quintil. qui in secūdo scribit, Lacedæmonio
 rū ciuitate expulsam eloquentiā, & Athenis quoq; ubi a-
 ffor mouere affectus uetabatur, uelut recisam orādī pote-
 statē. Idē in sexto sic inquit: id sensisse Atticos credo, quia
 Athenis affectus mouere etiam per præconē prohibebatur
 orator. Neq; præcipia.] Quod Græci procemiū nomināt,
 id latine præcipiū uel exoratiū dicitur: quod, auctore Quint,
 superuacuum aliqñ est, si sit præparatus satis etiā sine hoc iu-
 dex, aut si res præparatione nō indiget. Aristoteles quidē
 in totū id necessariū apud bonos iudices negat. aliquando
 uti, nec si uelimus, eo licet, cum iudex occupatus, cū angu-
 sta sunt tempora. Hermagoras quoq; in Eudoxo, hoc est,
 honesto genere materiæ repudiat exordium, negatq; esse
 præfandū. Fortunatianus uerō dissentiens autumat, oratio-
 nē omnino curtā, & sine capite esse, quæ sine principio ab
 ipsis

ipsis rebus orditur. Idē ab exordio principii ita distinguit, ut exordii sit generalius, principii specialius. Neq; miserationem commouere.] Secus in iudicijs Romanorum, apud quos præcipua uirtus oratoris est, mouere affectus, & (ut inquit M. Tullius in Oratore) Is erit eloquens, qui in causis ita dicit, ut probet, ut delectet, ut flectat: probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere uictoriæ. Nā id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. In commiserationibus fuit M. Tul. excellentissimus, adeo ut perorationem omnes illi relinquerent: miseratione enim mens iudicum maxime permouenda est, qua ita dolenter usus est aliquando M. Cicero, ut puerum infantē in manibus perorans tenuerit, ut alia in causa excitato reo, sublato etiam filio paruulo, plangore & lamentatione forū compleuerit. Duo sunt genera affectuum, eibicon & patheticon: alterum come & iucundum, alterum uehemens & incitatum. Pathetico perturbantur animi, & concitantur & in hoc uno regnat oratio, quo causæ eripiuntur, extorquenturq; ex manibus aduersariorum. Hoc maxime commiserationes commouentur, idq; præcipue in perorationibus: quas in hac causa uerius est orator commouere, exemplo rituq; Atticorum. Vexauerit.] Lego inuexerit, pro inuectus sit. Quidā corrigūt, uexauerit. Diluerit reus.] Proprium reorum est diluere, hoc est infirmare, dissoluere, refutare obiectus criminationes. M. Tul. pro Roscio Amerino: Ergo (inquit) crimen oportet diluā. Scribit Gellius, Ciceronem crimen, quod inficiari non poterat, faceto dicto diluisse. Altercationesq;.] Quintilianus præcepta altercationis forensis tradit, quæ in quibusdam causis ad uictoriā uel plurimum ualet. Opus est bono altercatori, in primis

primis ingenio ueloci, ac mobili animo, presenti & acri,
 non enim cogitandum, sed dicendum statim est. Valet in al-
 tercatione plurimum acumen, quod sine dubio ex arte non
 uenit. Præcipit Quintilianus, ne clamosus, ne iracundus, ne
 turbidus sit altercator. M. Tullius in epistolis ad Atticum
 gloriatur, se in altercatione senatoria P. Clodii infregisse,
 exagitasseq; mordaciter & false. Suspicionibus.] su-
 spicionibus, quas in causa coniecturali narratio accusato-
 ris interiectas & dispersas habere debet: ut nihil actum,
 nihil dictum sine causa putetur. Defensoris uero narratio
 simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum
 attenuation suspitionis. Coniecturam.] Sunt aucto-
 res anonymi, hoc est sine nomine atq; ignobiles, quibus
 placuit unum omnino statum esse coniecturalem: qui ra-
 tionem hanc secuti uidentur, quod res omnis signis collige-
 retur. Coniectura dicta est (ut docet Quint.) à coniectu,
 id est directione quadam rationis ad ueritatem, unde so-
 mniorum interpretes coniectores uocantur. Sisti.] præ-
 sentem exhiberi. Tantillum.] minimum. Crucia-
 rius.] dignus cruciatus: ut carcerarius dignus carcere, quiq;
 habetur in publica custodia. eundem mox uerberonem no-
 minat, qui Græcè dicitur mastigia. Sunt enim hæc no-
 mina seruis nequissimis conuenientissima, & in comædijs
 frequentissima. Quidam interpretantur cruciarium pro au-
 ctore cruciatus & carnifice, ut uenenarium pro uenefi-
 co. Crucium uinum dixit Lucilius insuaue, ab eo quod cru-
 ciat. Conscientia.] Carnifex animi interior & tortor
 occultior est conscientia, cuius indicina multi subinde pro-
 duntur: qua non pauci deterriti iudicia refugerunt, ultro-
 neūq; sibi exiliū indixerunt. hic uero nequissimus uerbero,

ex audacia & inuerecūdia compactus, præduri oris, attri-
 ta fronte, obstinato uultu, confidens, impavidus uenit in iu-
 diciū, seq; in fontem audacter affirmat: quem neq; iudi-
 cium tam magnum, neq; conspectus senatorum, nec pro-
 pria conscientia deterrebat. Fastidio nouerca.] tāquam
 scilicet priuignum fastidienter nouerca repudiasset, & ob
 id fastiditus passusq; repulsam parasset uenenum: & hæc
 omnia sunt *σημεία*. id est signa & probationes credibiles
 quidem, sed leuiores & nō necessaria. Ex præcepto Quin-
 tiliiani, infirmiora argumenta sunt congreganda, & illo-
 rum aceruatione pugnandum, cum potentiſſimis singulis
 instandum sit. Recusanti.] ipsi seruo. Silentij præ-
 mium.] Multi silentium uendunt, multis taciturnitas lucro
 sa est. Olim Demades orator gloriatus est, se decem talen-
 ta à rege accepisse, ut taceret. Sua manu.] Ad priui-
 gnum refertur, non ad seruum: ut sit sensus, ipsum iuuenem
 suamet manu poculum ueneni puero porrexisse, cum ser-
 uus id retexisset, in quo tota purgatio seruilis continetur.
 Ad ueritatis imaginem.] Ex præceptione doctorum Rhe-
 toricorum, qui præcipiunt, ut narratio sit uerisimilis, luci-
 da, breuis. Pro uerisimili, probabilem credibilem uel ap-
 pellat Quintilianus. Tam æquius.] Lege, tam æquus:
 id est, tam beneuolus. Noxæ compertum.] In noxæ cul-
 paq; manifesta & crimine deprensus. Vetus & figura-
 ta locutio. De noxæ, quæ significat culpam, & noxia, in no-
 tis Seruij affatim. Insui culeo.] Pœna parricidæ more
 maiorum hæc instituta est, ut parricida uirgis sanguineis
 uerberatus, in culeo insuatur cum cane & gallo gallinæ
 ceo & uipera & simia: deinde in mare aut in flumen culeo
 deijcitur, inquit, hinc Iuuenalis, taxans Neronem, uero
 luti

luti multiplici parricidiorum poena dignissimum, decenter inquit: Cuius supplicio non debuit una parari Simia, nec serpens unus, nec culeus unus. Est autem culeus (ut docet Fulgentius) saccus, cuius nomen notissimum in poena parricidarum. praeterea culeus est mensura uiginti amphorarum capax, Plinio. & (ut Prisciani uersu utar) Culeus, hac nulla est maior mensura liquoris. Sesquiculare dolum Columellae est triginta amphorarum, quasi culeum unum & dimidium continens. id enim pollet ualeatq; in compositis hac particula: ut sesquipies, sesquidigitus, susquihora, sesquinodium, & alia propè infinita. Obiter retundenda est inscitia compluseulorū, qui malè literati in cōmentarijs nugatorijs iaculantur Folliculū lupinum, lib. 1. Rhetoricorum ad Herennium, poni pro culeo parricidae. id autem falsum esse, euidenter intelligit quicuis serius lector, & attentus. qui uolumen secundum M. Tul. de Inventionem, ex quo transposita sunt illa, non incuriose perspexerit, cuius uerba subscripsi: Os obuolutum est folliculo, & praeligatum, deinde in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper dum culeus cōpararetur. Nonne hisce uerbis liquidò ostenditur, folliculum à culeo seiungi atq; disparari? praeterea quis non uidet, folliculo solum os parricidae obuolutū esse, quasi quodam tegumento ex lupina pelle confecto: ut ita uelato capite contactus, in carcerem deduceretur: mox culeo comparato insueretur. ita sensus rhetoricus utrobique perpensus elucescit, qui ex illorum interpretatione aduicerratus obscuratur. Pronūciaret.] Verbum iudiciale est. nam iudices proprie pronuciare dicuntur, quando sententiam dicunt, uel damnatoriam uel absolutoriam.

Sententia

Sententiæ pares.] consimiles omnes, & damnatoria. alio modo sententiæ pares dicuntur, quando totidē sunt absolutoria, quot dānatoria: & tunc minor sententia vincit, ut scilicet re^o absoluat, paribus enim tabellis absolutio discernitur: auctores Seneca, Quint. August. Extat et problema nobile Aristotelis super hac re, cuius hoc principium est: Cur si sententiæ pares accusatori & reo fuerit, reum uincere sancitum est. Cunctorum stilis congruentibus.] Moris fuit apud ueteres Romanos, ut iudices cognita

Cum iam sententiæ pares cunctorum stilis ad unum sermonem congruentibus, ex more perpetuo, in urnam æream deberent cōijci, quo semel conditis calculis iam cum rei fortuna transacto nihil postea cōmutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: unus ē curia tenior, præ cæteris compertę fidēs, atque auctoritatis præcipue medicus, orificiū urnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temerē, hoc ad ordinē pertulit. Quod ætatis sum uobis approbatus, me uixisse gaudeo: nec patiar falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari: nec uos, qui iureiurādo adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio perierare. ipse non possum, calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperā pronunciare. Ergo ut res est, de me cognoscite. Furcifer iste uenenum præsentarium comparare sollicitus, centumq; aureos solidos offerēs precium, me non

me non olim cōuenerat, quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis ueterno uehementer implicatus, uitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspicies malum istum uerberonem blaterantem, atq; inconcinnè caussificātem, certusq; aliquod moliri flagitium, portionē quidem dedi: sed futuræ quæstioni præcauens, non statim precium quod offerebatur accepi: sed ne fortè aliquis, inquam, istorum quos offers aureorū, nequam uel adulter repetiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos, añnulo tuo prænota, donec altera die nūmulario præsentente comprobentur. sic inductus, signauit pecuniam: quam exinde, ut iste representatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculum taberna promptam afferre. & en ecce prolatam coram exhibeo: uideat, & suum sigillū recognoscat. Nam quæadmodū eius uenenī alter insimulari potest, quod iste comparauerit?

causa in cistam siue urnam tabellis conijcerent, easq; stilis inscriberet, literas habentes absolutionis siue condemnationis: nota condemnandi erat C, sicut absoluendi A. Quando uerò iudici perplexa & obscura causa uidebatur, stilo scribebat in tabella duas literas, N. L. quod significat, non liquet: unde ampliatio comperendinatioq; nascebatur: Cæsar Augustus, non tantum duas tabellas damnatoriam & absolutoriam cognoscere tibus iudicibus dedit, sed tertiā quæ ignotoriam, qua scilicet ignosceretur, Igitur

stili cunctorum decurionum congruentes fuerunt in sen-
 tentiam scilicet damnatoriam cōscribendam, fuitq; litera
 C, que nota est condemnandi, inscripta stilo in omnibus
 calculis. Stilo enim ferreo scribimus in tabulis ceratis, in
 calculis cæterisq; durioris materia: sicut calamus scribit in
 charta & membranis. quod & Hieronymus refert, enar-
 rans illud Psalmi, Lingua mea stilus scribæ uelocis. cum
 stilo scribere intutum est, ut uetustissimi auctores prodi-
 derunt. Conditis calculis.] Ostracos intelligit. sic eo-
 nim Græci appellant, quos Latini calculos & testudas: un-
 de ostracismus dictus, exilij genus, quo apud Athenienses
 multabantur potentiores: sic Aristides, sic Themistocles,
 sic plerique summates damnati sunt, super qua re extat
 annotamentum in libro Annotationum nostrarum. Oui-
 dius libro nouissimo Metamorphoseon, docet morem fu-
 isse Italicorum populorum, calculis candidis in urnam
 coniectis reum absolueri, nigris damnare. sic enim re-
 fert: Mos erat antiquis, niuis atrisq; lapillis, His dam-
 nare reos, illis absolueri culpa. Tunc quoque sic lata est
 sententia tristis, & omnis Calculus immitem dimittitur
 ater in urnam. Ponere calculum est, subducere ratio-
 culam: unde calculator dictus ratiocinator. Mancipas-
 batur.] obligabatur, tradebaturq; quasi in mancipatum
 manumq; carnificis. Manu contegens.] Senior me-
 dicus, qui unus erat decurionum, manum iniecerat offi-
 cio urnæ, ut ita cobiberet decuriones: ne temere immis-
 sis in urnam calculis damnatorijs, iuuenem infontem mor-
 ti traderent. nam (ut inquit scitè Casiodorus) cuncta-
 tor esse debet, qui iudicat de salute. Ad ordinem.] de-
 curionum, siue senatorum. Dixisse gaudeo.] Legen-
 dum

tam est, uixisse: ut tersior sit puriorq; intellectus. Sic enim inquit senior decurio: Gaudeo me diu uixisse, cum ex etate longiore mores meos probaueritis, simq; apud uos boni nominis & aestimationis, ut nunc possim auxilio esse iuueni insonni periculanti. Iureiurando astricti.] Iurabant iudices in leges, ut obstricti religione iudicarent: mox cum iurassent omnes præter ipsum prætorem, nomina eorum perscribebantur: ne pro selectis iudicibus (ut fit in multitudine) aliqui suppositi corruptissimi iudicarent, auctor Peditanus Asconius. De me. Jex me. Furcifer iste uenenum.] Narratio breuis, lucida, probabilis, ex præceptione rhetoricæ doctrinæ. Peierare.] falsam deierare, & periurio astringi. Dicitur & perierare prisca scriptoribus, contra placita grammaticorum: Perperam pronunciare.] non recte iudicare, & iniquam ferre sententiam. Non olim conuenerat.] non pridem, non diu, modo, dudum. hæc enim particula Olim (ut grammatici annotauerunt) interdum habet significationem præteriti, præsentis & futuri. Horat. de præterito: Olim rusticus, urbanum murem mihi paupere fertur Accepisse cauo. cætera notissima. Veterno.] Veternus inexcusable torpor, usq; somnifica. Græci lethargum uocant: recentiores medici subetiam nominant. Aliàs ueternus dicitur, hydropicus morbus, de quo suo loco plura perscripsimus. Inextricabilis morbi.] inexplicabilis, insanabilis, à quo extricari explicari ue agrotus nequit. sic Plin. in epistolis, quàm maturissimè inexplicabili morbo liberari. Cruciatui subtrahere gestiret.] M. Tullius in Tusculanis questionibus: Porum morborum & dolorum mortem esse refert, ita fortunæ iniurias & cruciatum

quos ferre nequeas, defugiendos censet. hoc est enim cunctis crummosis præsto profugium. sic Silius Italicus, ultro nea morte cruciatui se subtraxit, uitamq; finiuit inedia, ob tædium clauī insanabilis. sic Cornelius ualitudine iniqua conflictatus, ex dolore pedum, cumq; incredibiles cruciatus pateretur, sponte decessit, ne tantos dolores diutius sustineret. *Blaterantem.*] mendacia confingentem, & multa non tam stolidè quàm callidè obloquentem. Homines in uerba prouectos, nostri ueteres locutuleos, & blaterones, & linguaces insigniter dixerunt. blaterare est confingere mēdacia: item blaterare dicitur stultè & percipide loqui, quod à Græco βλάξ originem ducit. Significat autem βλάξ apud Græcos stolidum. Camelos quoque, cum uoces edunt, blaterare dicimus. *Causificantem.*] causas nouas cōminiscentem, & excusationes fabricantem. *Quæstioni præcauens.*] ut scilicet quæstio haberi possit de hoc seruo. *Nequam uel adulter.*] Nummi nequam & adulteri dicuntur uitati, reprobī, falsæq; moneta, quos & adulterinos appellant. Scribit Plin. adulterinum denarium emi pluribus ueris denarijs, quo moneta falsa deprenditur. *Sacculo.*] crumena, faccus, facculus, facellus, receptacula sunt nummorum. Ex eodem genere est facciperium, quo tamen nomine maior quæpiam crumena significatur. *Prænota.*] id est, imprime sigillum annuli tui signatorij, quo signanda signant. Plin. laudat priscorum uitam tanquam innocentissimam, in qua nihil signabatur: At nunc, inquit, cibi ac potus uindicantur annulo rapina: clauēs quoq; ipsas signare non est satis. Mos bodieq; durat, ut aurei sacculo conditi annulo prænotentur, & per nummularium explorentur probi sint an adulteri,

teri, ponderisq; legitimi. Representatus est iudicio.] Quem iussistis modis omnibus sisti oportere. Curriculo.] cursim. Taberna.] Medicinam intelligit; sic enim Plautus appellat medici tabernam. Tales hoc tempore tabernæ speciarie nominantur. & speciarj aromatarj, à speciebus uenalibus: sic enim aromata uulgo dicuntur. quæ dictione & Macrobius & Hieronymus, & iuriconsulti utuntur. Prolatam.] scilicet pecuniam: dicticôs est. quippe intelligimus, medico adhuc in seruum perorante, aliam sibi id horæ eorq; momento pecuniam, quam profecrens: Ecce, inquit, uobis exhibeo, ut noxa seruilis fiat manifestior. Insimulari ueneni.] accusari de ueneno: sic enim ueteres dixerunt, ut antè diximus. Frater.] Corripere, alter: non potest, inquit, alter accusari de ueneno, quod seruus comparauerit: ipse enim noxius est, non alius. Vel dic, frater illius defuncti insimulandus non est ueneni per seruum comparati, sed ipse seruus. Comparauerit.] interrogatiue legendum.

Ingens exinde uerberonem corripere trepidatio, & in uicè humani coloris succedit pallor infernus, perq; uniuerfa mēbra frigidus sudor emanabat. Tūc pedes incertis alternationibus cōmouere, modò hanc modò illā partē scalpere capitis, & ore semiclauso balbutiens, nescio quas affamias effutire, ut eū nemo prorsus à cul-

Corripere.] corripuit, inuasit.

Inuicè humani.] in locum. Frigidus sudor.] Ex formidine immodica sudore frigidò homo perfunditur, iuxta illud: Frigidus & toto manabat corpore sudor. Hippocra-

tes, Galenus, Cor.
 Celsus, sudorem
 frigidum pestife-
 rum, & matura
 mortis signum esse
 se prodiderunt.
 Cur salus sit sudor,
 docet Aristoteles in
 problema-
 tis: à maximo uate
 dictum est scitissime:
 Salsusque per artus
 sudor est. Incertis
 alternationibus.]
 Expressit affectum
 hominis cōscij &
 scelerati, qui pensus
 & rationibus
 confutatus commouet
 pedes alternatim
 ex titubatione, scalpit
 caput, & uerba parum
 explicata balbutit.
 Partem scalpere capitis.
 Pro scalpebat, qui
 effeminati sunt, &
 molles, dicunt

pa uacuum merito crederet: sed
 reualefcente prorsus astutia,
 constantissime negare & accer-
 sere mendacij medicum non de-
 finit, qui propter iudicij religio-
 nem, cum fidem suam coram
 lacerari uideret, multiplicato
 studio uerberonem illum con-
 tendit redarguere: donec iussu
 magistratum ministeria publi-
 ca contrectatis nequissimi ser-
 uii manibus, annulum ferreum
 deprehensum cum signo sacculi
 conferunt, quæ comparatio
 præcedentem roborauit suspi-
 cionem. nec rota, uel eculeus,
 more Græcorum, tormentis eius
 apparatus iam deerant: sed ob-
 firmatus mira præsumptione,
 nullis uerberibus, ac ne ipso
 quidem succubuit igni. Tum
 medicus: Non patiar, inquit,
 Hercules, non patiar, uel circa
 fas de innocente isto iuvene sup-
 plicium uos sumere: uel hunc,
 ludificato nostro iudicio, præ-
 nam noxij facinoris euadere.
 Dabo enim rei præsentis eui-
 dens argumentum. nam cum ue-
 nenum peremptorium compara-
 rare

rare pessimus iste gestiret: nec
 mea sectæ crederē conuenire,
 causas ulli præbere mortis: nec
 exitio, sed salutē hominū medi-
 cinam quæsitā esse didicissem:
 uerens, ne si daturū me negas-
 sem, intēpestiua repulsa uiam
 sceleri subministrarem: & ab alio
 quopiam exitiabilem mer-
 catus hic potionem, uel postre-
 mūm gladio, uel quouis telo
 nefas inchoatū perficeret: dedi
 non uenenum, sed somniferū
 mandragorę illum grauedinis
 compertæ famosum, & morte
 similimi soporis efficacem. nec
 mirum, desperatissimū istum
 latronem, certum extremæ
 pœnæ, quæ more maiorum in
 eum competit, cruciatus istos
 ut leuiore facile tolerare. Sed
 si uerè puer meis temperatam
 manibus sumpsit potionem,
 uiuit, quiescit, & dormit: & pro-
 tinus marcido sopore discul-
 so, remeabit ad diem lucidam.
 quod si uerè peremptus est, si
 uerè morte præuētus est, que-
 ratis licet causas mortis eius
 alias.

tur digito uno ca-
 put scalpere. quod
 in Pompeiū dixit
 Caluus: & à Iuue-
 nalis morsu satyræ
 eo usurpatū, Qui
 digito scalpūt uno
 caput. præterea
 fontes scalpunt ca-
 put, deprehensi in
 crimine manife-
 sto, quod inficiari
 non queūt. Inter
 signa conscientie
 apud doctores rhe-
 toricos sunt &
 hæc: expalluisse,
 titubasse, inconstā-
 ter locutum esse,
 concidisse. [Ne-
 scio quis affamias
 effutire.] nugæ
 & ineptias meras
 loquebatur. Effu-
 tire est (ut docent
 grammatici) ine-
 ptè loqui, & uer-
 ba lapsantia ac fu-
 tilia iundare. Ho-
 rat. Effutire leues
 indigna

indigna tragicædia uersus. Affamix uerò dicuntur ineptix,
 & nugatoria uerba, atq; lapsantia, ut antè dictum est.

Mendacij arcessere, id est accusare de mendacio. arcessere
 accusare est, ut docet Diomedes in primo, quod uerbum ab
 arceo nascitur: Etenim alium accusare, à maleficis arceo
 re est. cum genitiuo coniungitur: ut apud M. Tullium, Ma
 iestatis arcessiuur. Diuus Augustinus in libro de mendacio,
 docet mendacium longè esse fugiendū. & discerniculo quo
 dam octo genera mendacij facit, quod & in Decretis ca
 nonicis 22. q. 2. copiosissimè explicatum est. apud Persas,
 Herodoto & Xenophonte testibus, dicere mendacium e
 rat criminossimum. quorum filij tribus potissimum rebus
 instituebantur: equitare, arcu sagittas excutere, & uera lo
 qui. Vir bonus (ut Pub. Nigidius refert) præstare debet,
 ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat, namq; inter
 mendacium dicere, & mentiri, distat: qui mentitur, ipse
 non fallitur, sed alterū fallere conatur: qui mendacium di
 cit, ipse fallitur. Verum mendacium dicere etiam sapienti
 aliquando concessum est, ut Quintilianus asserit: & di
 uis Hieronymus docet, scribens de officioso mendacio.

Contundit.] Melius est legere Contendit, pro eo quod
 est instat, urget, conatur. Ministeria publica.] mini
 stri publici, quales sunt apparitores, lectores, uiatores. sic
 dicimus ministeria, ut seruitia, pro ministris & seruis.

Annulum ferreum.] Apud ueteres annulis tantum fer
 reis utebantur: & (ut auctor est Plinius) longo tem
 pore ne senatus quidem Romanus annulos aureos habuit:
 unde & sponsæ annulus ferrcus mitti solitus erat, isq; sine
 gemma. Qui ob legationem acceperant annulos aureos, in
 publico illis tantum utebantur, intra domos uerò ferreis:
 & olim

& olim in ferreo annulo equites iudicesq; intelligeban-
 tur. Mox adeò promiscuum id esse cœpit, ut cum seruitijs
 quoque communicaretur. Meritò ergo & scienter dat
 nunc Lucius noster annulum ferreum seruo, ex ritu sci-
 licet & more maiorum. Refert id Plinius, seruos ferrum
 auro cingere cœpisse. Prisci apud nos annulum ungu-
 lum uocabant: Græci dactylion appellant, à digito, qui
 græcè δακτύλιον dicitur. Vnde & dactyloibeca, pro re-
 positorio annulorum. & hoc est quod intelligi uoluit Pla-
 nius, sic scribens: Id Græci à digitis appellauere. Condu-
 lum quoque, & condalium annulum dixerunt. Plautus
 in Trinummio: Inter eos ne homines condalium te redi-
 pisci postulas. Græci & nostri symbolum: sic apud Te-
 rentium, symbolum dare. & de symbolis esse, ad annu-
 los refertur, qui pro arrha collationis ad ientaculum siue
 prandium faciendum deponi solent. Non me praterit,
 symbolū dici collationē: hoc est, quod plures in unū conse-
 rūt, unde & simbolo Apostolico indiū nomen, quo Apo-
 stoli in unum contulerunt, quod unusquisque sensit. Sym-
 bola quoq; in re militari nuncupantur signa uel indicia,
 quæ unusquisque dux distincta suis militibus tradit, ut si
 forte occurrerit quis de quo dubitetur, symbolum probat
 si sit hostis uel socius. apud Terentium quoq; exponere po-
 tes, sicut non parum multi exponunt, symbola pro colla-
 toribus siue commessalibus. sic enim uulgo appellantur,
 quæ adolescentuli in unum pro rata conferunt causa pran-
 dij, uel cœnæ, uel ientaculi. Vnde hodieq; in usu est, colla-
 tionem facere, pro ientaculum sumere, quoniam scilicet
 id ex collata pecunia plerunq; fieri solet. in Decretis ca-
 nonicis distm. 43. sic scriptum legitur: Non oportet cle-

ricos ex symbolis (quæ uulgus comessalia appellat) conuiuia celebrare. Eadem conferta dicuntur. A symbolo dicitur eleganti uocabulo asymbolos, qui est immunis & liber à symbolo conferendo: sicut saepe in conuiujs, quæ fiunt ex symbolis collationibusq; complusculorum, erit unus & alter, qui nihil conferent: hi eleganter dicuntur asymboli. A. Gellius: Ne omnino (ut dicitur) immunes & asymboli ueniremus, conuectabamus ad cœnulam, non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. ubi annotandum, cupedias poni pro lautioribus eduljs, sicut suo loco copiosissime perscripsimus. Nec rota.] De rota Græcensi, quæ inter dira tormentorū genera annumeratur, supra dictū est: cuius et Plutarch. commemorat. scribens fuisse quosdam inhumana crudelitate præditos, ut iuberent rotam induci, & carnifices cum securib. expediri ad Phœcionem lacerandum. Eculeus quoque tormenti genus est, cuius Seneca, Valerius, Cicero, & ceteri meminere. Quidam ardentem laminam esse tradunt, qua homines cruciabiliter torquentur. Equuleus dicitur pusillus equus, ab equo diminuto uocabulo. M. Tullius in Verrinis: His equitabit equuleis. Plin. in 7. Quapropter surreptis statim pullis in tenebris equarum uberi, asinarum uel equuleos admouent. Nec succubuit ignis.] Inter crudelia barbaricq; genera cruciatus est ignis, cui tormento qui non succubuit, nulli succumbet. Sæuitia (ut scribit Seneca lib. 2. epistolarum moralium) commenta est eculeos, cruces, uncum, & tunicam illam alimentis ignium illam & intexam. Hæc tunica optimo epicheto molestā à Iuuenale & Martiale nominatur. Inueniuntur autem plebique patientia siue duritia tormentorum tanta præditi,
ut tor-

ut tormenta contemnant, ut exprimi ab eis ueritas ullo modo non possit. Ideoq; quæstioni nõ semper fidem habendã esse, uerè & prudenter monet Vlpianus. Hercules.] Iusiurandum est. Circa fas.] Legendum est, contra fas. Venenum peremptorium.] mortiferum: à perimendo peremptorium dictum. Sic apud iuriconsultos Tit. de iudicijs: peremptorium edictum dicitur, ex eo quod perimat disceptationem inter litigatores: hoc est, ultra non patitur aduersarium tergiuersari. Prisci peremptalia fulgura appellauere, quæ superiora portenta perimunt, id est tollunt. Gestiret.] cuperet. Meæ seclæ conuenire.] Medicina ad salutẽ hominũ, non perniciẽ reperta est. proinde medicorũ seclæ nõ conuenit uenena propinare, quorũ ars omnis studiũ ac uigilãtia est in salutarib. remedijs dandis sic Hippocrates discipulos adiurat, ne dolo malo scientes cuiusã mortaliũ noxia medicamẽta propinent. Legimus apud iuriscõsultos ad legẽ Corneliã de ueneficijs: Qui malum uenenũ necandi hominis causa fecerit, uel uõdiderit, uel habuerit, plectendum esse, & eiusdem legis Corneliæ pœna afficiendũ, præterea senatuscõsulto effectũ est, ut pignoriarij pœna huius legis teneantur, si cui temerè uenena dederint. Nec exitio, sed salutĩ.] Omnibus mortalibus medicinam utilissimã esse, celeberrimi auctores prædiderunt: tanquam nullum hominum genus, nullus sexus, nulla aet. is sit, quæ non utilitatem ex medicina petat. cuius artis auctores accepimus deos, siue ut hæc infirmitas hominum haberet adiumenta aliqua, uel solatia: siue, tantum huic arti tribuere maiores, ut eam uix crederent humanis potuisse ingenijs inueniri: siue ipsa medicina per se sacra res est. Græce iã leges dicitur medicorũ: unde archiateros

prin-

princeps medicorum, quo nomine Æsculapium insigniter
 appellauere, tanquam præsidem deumq; medicorum: ut
 ostendit August. in tertio de Ciuitate dei. Verius & me-
 lius à diuo Hieronymo archiater dictus est seruator noster,
 qui medicus est Christianorum, & languentium anima-
 rum præsentissimus opitulatur. In Codice imperatorio
 archiatros legimus priuilegijs imperatorijs decorari, ubi
 ridiculè commentatores exponunt archiatros pro militan-
 tes inermi militia. Castiodorus ait, archiatros esse salutis
 magistros. Veteres.] Corrige, uerens, id est timens.
 Ab alio quopiam.] Id est, à medico alio insincero, et minus
 probo, quales multi hodieq; reperiuntur, qui potionē mor-
 tiferam pro salutifera dare nihil uerebuntur, accepta mer-
 cedula. uide fit, ut medicus saepe capitalis existat. & cum so-
 li medico hominem occidisse summa impunitas sit, expe-
 rimenta per mortes agunt, & uenena pro medicamentis
 uel inscitia uel improbitate propinant. Somniferum
 mandragoræ.] Duo sunt genera mandragoræ, mas & fe-
 mina: candidus mas, nigra femina existimatur. Ferūt ma-
 la. auellanarum nuncum magnitudine, & effossuri ca-
 uent contrarium uentum, & tribus circulis ante gladio cō-
 scribunt. Succus fit & ex malis, & ex caule deciso cacu-
 mine, & radice. odor ei grauis, sed radicis & mali gra-
 uior: mala maturata in umbra siccantur, succus ex his so-
 le densatur: uis mandragoræ somnifica est pro uiribus bi-
 bentium: media potio cyathi unius, potu largiore etiam mo-
 riuntur. Bibitur ante sectiones uestionesq;, ne sentiantur.
 Quidam solo odore & olfactu somnum quærent. Scribit
 Auicenna in Simplicibus, mandragora somnum concilia-
 ri, & subetiam fieri, esseq; medicamentum cōtra uigilias,
 quæ

quæ & ipsæ inter morborum genera numerantur. Apud
 Græcos celebre est, *ὑπὲρ μανδραγόρων λιανὸς δένδρον*: id est,
 ultra mandragoram dormis. Mandragora, ut inquit Sui-
 das, *ὑπνωτικὸς καρπὸς ἔχει δίδυμὸν περιεττοῖς*: id est, fructus
 est somnificus, & obliuionis effector. Columella in libro
 de cultu hortorum, semihominem mandragoram scite ap-
 pellat, propterea quod radix eius simillima est homini, ut
 docet Auicenna, & uulgo proditur. Caterum quamuis iu-
 risconsulti interdiciant, ne pigmentarius mandragoram, ci-
 cutam, aconitū, aliaq; uenenata temere det: tamen hic me-
 dicus pro ueneno succum illum mandragoræ habentem
 uim somnificam dedit, cuius etsi noxiæ sunt uires, non ta-
 men mortiferæ: ut ita obuiam iret improbitati serui, ge-
 stientis comparare mortiferum uenenū. Non ab re est hoc
 in loco commemorare exemplum proditum à Frontino,
 in libris Strategematicon. Hannibal missus à Carthaginen-
 sibus aduersus Afros rebellantes, cum sciret gentem aui-
 dam esse uini, magnum eius modum mandragora permi-
 scuit, cuius inter uenenum & soporem media uis est. tunc
 prælio leui commisso, ex industria cessit: nocte deinde
 intempesta relicto intra castra uino infecto, fugam simu-
 lauit: cumq; barbari occupatis castris in gaudium effusa
 si medicatum merum auidè hausissent, & in modum de-
 functorum strati iacerent, reuersus cepit eos, ac trucida-
 uit. Grauedinis compertæ famosum.] Consimiliter
 Plinius de mandragora loquens inquit: Sic quoque no-
 xiæ uires grauedinem afferunt, etiam olfactu. Utrobique
 grauedo ponitur pro torpore marcido, & capitis gra-
 uitate somnolenta. Aliàs grauedo significat distillatio-
 nem humoris ex capite, quæ teste Cor. Celso nares clau-
 dit,

dit, uocem obtundit, tuſſim ſiccā mouet. Hippocrates
Græciq; coryzas nominant. Vnde grauedinoſi dicti, huic
morbo obnoxij: ut in commentarijs Tuſculanarum quæ-
ſtionum uberius ſcripſi. Certum extremæ pœnæ.] Sic
ueteres loquuntur: ut certus fugæ, certus ſpei. Extrema pœ-
na ponitur pro ultimo ſupplicio. Vltimum autem ſuppli-
cium mortem ſolam interpretamur, ut docent iuriſcon-
ſulti titulo de pœnis. Puer meus temperatam manib.]
Lego, meis: ut ſit, meis manibus temperatam. Quæra-
tis cauſis alius.] Cum ego potionem mandragoræ ſom-
nificam tantum dederim, ſi mortuus eſt, mortis cauſa aliū
de eſt, quam ego neſcio.

Adorante.]

orante, cauſam a-
gente. adorare e-
nim apud antiquos
ſignificat agere:
unde & agi orato-
res dicuntur, qui
mādata populi a-
gūt: auctor Feſtus
Pompeius. M. Var-
ro ab ore orare, et
aratores, & ora-
tionē dici ſcribit.
itur.] Scilicet ab
omnibus, ſic Virg.
itur in antiquam
ſiliam. Cooper-
culo capuli.] tegu-

Ad iſtum modum ſeniore
adorante, placuit & itur confe-
ſtim magna cum feſtinatione
ad illud ſepulchrum, quo cor-
pus pueri deſiſitum iacebat:
nemo de curia, de optimatib.
nemo, ac ne de ipſo quidē po-
pulo quiſquam, qui non illuc
curioſe confluerit. Ecce pater
ſuis ipſe manibus, cooperculo
capuli remoto, commodum di-
ſcuſſo mortifero ſopore, ſur-
gentem poſtliminio mortis de-
prehendit filium: eumq; com-
plexus arctiſſimē, uerbis im-
par, præſente gaudio producit
ad populū, atq; ut erat adhu-
ſera-

feralibus amiculis instrictus atque obditus, deportatur ad iudicium puer. Iamque liquidò serui nequissimi, atque mulieris nequioris patefactis sceleribus, procedit in medium nuda ueritas; & nouerca quidem perpetuum indicitur exilium, seruus uerò patibulo suffigitur, & omnium consensu, bono medico finiuntur aurei opportuni somni precium: & illius quidem senis famosa atque fabulosa fortuna, prouidentiae diuinæ condignum accepit exitum: qui momento modico, immò puncto exiguo, post orbitatis periculum, adolescentium duorum pater repente factus est.

memento orificioque: seopulchri. De capulo, & capularifene, & capularireo, iam dictum est. Commodum.] tunc, iam, illo momento, illo tempore: ut saepe apud hunc scriptorem. Postliminio mortis.] Sic & in Floridis, Velut ab inferis postliminio domum retulit. de postliminio supra satis multa. Verbum impar.] id est, qui uerbis explicare non poterat, nec dicendo

aequare gaudium intimum, quo afficiebatur senex ex improvisa salute filij. Feralibus amiculis.] Amicula feralia sunt uestimenta, quibus cadauera defunctorum uestita in sepulchro conduntur. scribit Plutarch. in problematibus, quòd mortui corpus albis uestibus induebatur ob puritatem: quippe color albus, solus sincerus ac purus, minimeque infectus est: sic et defunctus uidetur esse factus quiddam simplex & purum, omnique mixtione secretum: unde et in luctu mulieres albis uestibus amiciebantur. Amiculus dicitur à Sosino, indutus amiculo & ueste. Instrictus.] fasciatus, & quasi

quasi uinculatus. Obditus.] septus, opertusq; obdere est operire. In medium nuda ueritas.] Tanta uis ueritatis est, ut improbitate malorum depressa tamen emergat, ut interclusa respiret: ut oppugnari possit, non possit expugnari, nec diu delitescere. Meritoq; uetus poeta Veritatem Temporis filiam esse dixit. Veritatis oratio simplex est, ut inquit Seneca. In tabula Cebetis scriptum l. gimus, quod ἀληθεια, id est ueritas, καὶ δία, hoc est disciplinae est comes. in consilio Darij regis pronunciatum est, ueritatem omnibus antistare: eam fortissimam iudicari, quia nihil contra eam iniquitas ualeat: & cum cetera quae fortia uidentur mortalia, citoq; deficientia probentur: ueritas & immortalis est, & sempiterna: auctores Esdras & Iosephus. Patibulo suffigitur.] in crucem tollitur. Antiqui gaballū dixere crucem & patibulum. M. Varro: Nos barbari innocentes in gaballum suffigimus. Alias patibulum dicitur fera, qua ostia occluduntur, à patendo, quod hac remota ualua pateant. Supplicium autem patibuli infame esse & seruale, docet Lactan. in quarto. Patibulatu pro crucifixum dixit antiquitas. Fabulosa fortuna.] Quales in tragedijs spectari solet, & tragici stili materia est. Post orbitatis periculum.] Periclitatus est senex, ne duobus filijs in eodem tempore orbaretur: nam si ille sepultus, uere mortuus fuisset, alteri quoq; erat pereundum, sententia iudicum condemnatoria & capitali.

Nulla uendente comparauerat.] Fecit ueriter dictum de eo qui asinum abduxerat, et suū

At ego tunc temporis talibus factorum fluctibus uolutabar. Miles ille, qui me nullo uendente comparauerat, & sine precio

pretio suum fecerat, tribuni sui precepto debitam sustinens obsequium, literas ad magnū scriptas principem Romā uersus perlaturus, uicinis me quibusdam duobus seruis fratrib. undecim denarijs uēdidit. His erat diues admodū dominus. At illorum alter pistor dulcarius, qui panes & mellita concinnabat edulia: alter coquus, qui sapidissimis nutrimentis succuū, pulmenta condita uapore molliabat: unico illi contubernio communem uitam sustinebant, meq; ad uasa illa cōplura gestanda præstinarant, quæ domini regiones plusculas pererrantis uarijs usibus erant necessaria. Adsciscor itaq; inter duos illos fratres tertius contubernalis, haud ullo tempore tam beniuolam fortunā expertus. Nam uespera post oppiparas cœnas, earūq; splendidissimos apparatus, multas numero partes in cellulam suam mei solebant reportare domini: ille porcorum, pullorum, piscium, & eiuscemodi pulmen-

fecerat sine emptione. Hortulano enim in publico cum carcerens ducto, miles asini possessor factus est, acquisitq; rei inemptæ dominium, militari scilicet potentia exiit. Undecim denarijs.] Lucianus scribit militem uēdidisse asinum πέντε ἡξιαί ἀκούσι, id est uigintiquinque drachmis Atticis. Diues dominus.] Lucianus: ὁ δὲ ὠνομάμην ἐπιπέπων ἦν ἀνδρὸς σφοδρα πλοσσις, πόλις ἰσ τῶν ἐν μακεδονίᾳ ἦν μεγίστης ἐπὶ σαλονίῳ. id est, Emptor asini seruus erat uiri ualde opulenti, ex Thessalonica, maxima ciuitatū in Macedo-
 LL nia:

nia. Pistor dulciarius.] Lucianus
 ἔχει ἀδελφὸν ἢ σὺν
 ἀδελφῷ, ἄφ' ὧν πῖστον
 τὸν, ἢ μιλίτην καὶ
 κίρην ἐπιστάμην
 τον. id est, Habebat
 hic fratrem cōser-
 uum, qui panes cō-
 ficere & cibaria
 ex melle concin-
 nare sciebat. Pi-
 stor dulciarius is
 dicitur, qui dulcia
 cōficit, & mellita
 cibaria, quæ græ-
 cè dicuntur μιλίτη
 ντα, qualia sunt
 et bellaria, de qui-
 bus M. Varro, Gel-
 lius et Macrobius
 sic scripserunt: Ba-
 maxime sunt mel-
 lita, quæ mellita
 nō sunt: dulcib. e-
 ntm cū pepsi socie-
 tis infida. Quibus
 uerbis inest hic in-
 tellectus: ea maxi-
 mē mellita, id est,

torū largissimas reliquias: hic
 panes, crustula, iucūculos, ha-
 mos, lacertulos, plura scitamē-
 tamellita. qui cum se refecturi,
 clausa cellula balneas petissēs,
 oblati ego diuinitus dapib. af-
 fatim saginabar. nec enim tam
 stultus erā, tamq̄ uerē asinus,
 ut dulcissimis illis relictis ci-
 bis, cœnarem asperrimum for-
 num. & diu quidem pulcherri-
 mæ mihi furatrinę procedebat
 artificium: quippe adhuc timis-
 de & satis parcē subripiēti, de
 tam multis pauciora, nec illis
 fraudes ullas in asino suspican-
 tibus. At ubi fiducia latēdi ple-
 niore capta, partes opimas
 quasq̄ deuorabam, & iucun-
 diora eligens abliguriebā dul-
 cia, suspicio non exilis fratrum
 pupugit animos: & quāquam
 de me nihil etiam tum tale cre-
 derent, tamen quotidiani dam-
 ni studiose uestigabant reum:
 illi uerō postremō etiam mu-
 tuo sese rapinæ turpissimæ cri-
 minabantur. Iamq̄ curam dili-
 gentiorem, & acriorem custo-
 delam, & dinumerationem ad
 hibe-

hibebant partium. tandem de iucunda haberi,
 niq̄ rupta uerecundia, sic alter quæ nō sint melli
 alterum compellat. ta, id est melle cō
 cinnata: quoniā dulcia, & ex melle cōposita, nō faciūt ad
 pepsim, id est cōcoctionē. sicut aut̄ dulciarius à dulcib. edu
 lys dicitur, sic & lactarius, q̄ ex lacte facit lacticia, quæ
 etiā lactaria uocātur. Lampridius Heliogabalū scribit ha
 buisse dulciarios et lactarios, qui omnia coquorū edulia ex
 hiberent ex dulcib. & lactarijs. ubi lactaria significātur
 lacticia, ut uulgus appellat, quæ Cornelius Celsus lactari
 tia uocat. sic scribens: Aluū mouent mel crudū, lac, lactaria
 omnia. Pistorēs uerō dicitur, qui panē faciunt. Antiquitus
 hoc uocabulo nominabātur, qui far pinsēbant. Pistorēs nō
 fuisse Romæ ad Persicum usq; bellū, testis est Plinius, scri
 bens, ipsos Quirites panē fecisse, idq; mulierū opus fuisse.
 Libro tertio Digestorū scriptū legimus, fuisse Romæ colle
 gium pistorum: Græcè ἀρτοποιός dicitur pistor. Alter co
 quus.] τὰ ἰψα τῶ ἀρτοποιῶ ἰονόνασι. id est, obsonia domino
 cōcinnabat. Veteres Romani coquos nō habuerunt in serui
 tijs, eosq; ex macello cōducebāt: quod ex Plantina lectio
 sat notum est. mox coquos inter seruos habere cœperunt,
 quos singulos pluris q̄ equos emebāt: idq; in conquestione
 luxus, auctores graues censoria oratione castigabāt: à qui
 bus proditur, coquum illum plurimi solitum aestimari, qui
 peritissimè censum domini mersisset. Coquum & pistorem
 apud antiquos eundem fuisse accipimus, græcè dicitur ἀρ
 ποιός. De coquo Liuius hæc: Tunc coquus uilissimum anti
 quis mancipium, & aestimatione & usu in precio esset
 & quod ministerium fuerit, ars haberi cœpta. Plato in
 Gorgia, coquinariam uocat adulationem medicinæ.

Succuum.] Pro succorū: multa enim apud priscos reperit̃
 tur secundi & quarti ordinis indifferenter usurpata: ut se
 nati & senatus, ornati & ornatus, lecti & lectus. sic suc
 ci & succus: unde pluraliter succuum pro succorum. Græ
 ci *ῥυζα* uocant, *ἠγὰ καὶ ῥυζα*, cibaria boni succi, &
 mali succi. Cor. Cels. inter res euehylis numerat triti
 cum, siliginem omnē, uenationem, uinum dulce uel lene. in
 ter cacoehylas uerò, legumina ponit, et salsamenta, & ue
 terem caseum. Hic nutrimenta succorū accipi uidentur pro
 embammate & intinctu. nam græco uocabulo embamma
 ta, latino intinctus uocant, liquores sapidissimos, quib. pul
 menta condiuntur, quibus buccellæ panis & obsonia in
 tinguntur: uulgus sapes appellat, gula prorsus irrita
 menta, quorum Columella, Plinius & cæteri meminere.
 Quidam legunt intrimentis, ab eo uerbo de quo est il
 lud prouerbiale, Quod intristi, tibi exedendum est. hinc in
 trita Catonis. & (ut inquit Donatus) intrita dicitur cibus
 in mortario factus. Condita.] Media producta pronun
 ciandum: à condio condita deriuantur, unde & condi
 menta, & conditiones, & condituræ inclinantur. Apicius
 conditi paradoxii compositionem celebrat: quo uoca
 bulo significatur genus cibi siue potionis, condimentis
 uarijs concinnatum. Idem conditum melixomum uo
 cat, iusculū ex mellis despumati mixtura confectum. Quod
 & ipse docet, & nomen ostēdit. uīdū enim græcè mel, &
ῥομῆς ius. Annotandum, dici ab Apicio conditum neutra
 liter, nomine secundi ordinis substantiuo. Vasa complu
 ria.] M. Cato, P. Nigidius, M. Varro, cæteriq; scriptores ue
 rustissimi plura & compluria dicitabant, quæ nos plura
 & complura dicimus: quin etiam Asinius Capito uir do
 A. S. i.

Etissimus, epistola quadam rationes grammaticas posuit,
 per quas docet plaria latinum esse, plura barbarum: idq;
 nomen simplex esse, non comparatiuū. Ab eo quod est com-
 pluria, aduerbium factum est compluries, ut docet Gel. in
 s. M. Cato: Cōpluries (inquit) multi simul ad hostis trans-
 fugere, compluries in imperatorem impetum fecere. Præ-
 stinarant.] emerant. Adsciscor.] assumor. Tertius
 contu.] Festiuiter dictum de asino, adscito in contu-
 bernium duorum fratrum, ut perinde quasi tertius contu-
 bernalis haberetur. Multas partes.] Lucian. reliquias
 dixit, sic scribens: *μὲν τὸ δειπνῶν τὸ δεσπίζε πολλὰς ἀψα-
 ρα ἄμφω ἐνέμισον*, id est, post cœnam deinde multas reli-
 quias ambo reportabant. De partibus cœnæ & edulio-
 rum superius copiosè sciteq; disserui. Mei domini.] pi-
 stor dulciarius, & coquus. Ille porcorum.] Coquum
 significat. Lucian. *ὁ μὲν κρεῶν ἡγεὶ ἰχθύνων*, id est, hic quidē
 carniū & piscium, *ὁ δὲ ἄρτων ἡγεὶ πλακύντων*, alter au-
 tem panis & placentarum. Hic panes.] pistor dulcia-
 rius. Crustula.] A Lucio nostro crustula dici uidentur,
 quæ à Luciano græcè *πλακύντις*, id est placentæ, Sunt e-
 nim crustula, edulia mellita, operisq; pistorij: quorū Hora-
 tius & Iuuenal. cōmeminerūt, de quibus Lucilius: Gustau-
 i crustula solus. Obiter corrigendus est publicus error
 grammaticorum, qui crustū à crusta ita distinguūt, ut cru-
 stum neutro genere dicatur edulium, sitq; pars eorum quæ
 comedi possunt: feminino uerò crusta sit eorum quæ non
 comedantur, ut ligni & lapidis & gelu. sicut apud Virgii-
 lium: Concresecunt subitæ currenti in flumine crustæ. Nos
 uerò obseruauimus apud eruditos, crustas non minus dici
 de edulyjs, quàm de his quæ non manduntur: quod cum

aly, tū maxime Plinius noster ostendit, longē opinor quādam grammatici omnes doctior, elegantiorq̄: cuius in presenti exemplum unum suppetit, qui in 19, de papauere scribens sic inquit: Hoc & panis rustici crusta inspergitur, ad usum ouo inhaerens, ubi inferiorem crustam apio, gut, certaliqui sapore condiunt. Hadrianus imperator inter cibos unice probabat tetrapharmacum, quod erat de phasiano, summe, perna, & crustulo: unde & nomen. Est enim tetrapharmacum cibi genus, ex eo dicti, quod ex quatuor preciosis obsonijs constabat: sicut pentapharmacum edulij genus est, ex quinque confectum, quod reperisse dicitur Helius: Verus Romanus imperator: auctore Spartiano. hoc est, summen, phasianus, pauo, crustulata & apruna. Vbi annotandum, crustulata feminino genere dici, quod & crustulum, indifferenter. Iucunculos.] Cibus signatur ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum (ut opinor) figuratus, inde nomen mutuatur: quales hodieq̄ in opere pistorio uenales conspiciuntur. proinde iuculos legendum est. Vel intellige opus lactarium, siue lac coagulatum instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ metæ lacta dicitur Epigrammatistæ: uulgo iuncata, à iuncis nominatur. Hamos.] lacertulos. Nomina sunt operis pistoriij, à similitudine nuncupata. Apud nos ex saccharo & ouis & farina purissima sunt huiusmodi hami, figura incurua & orbiculata, quorum opificina proprie peculiariter sunt sanctimoniales. Lacerti sunt pisces, quorum mentio apud Pliniū & reliquos frequens: ad quorum effigiem dulciarij panes formati appellantur lacerti, & diminutiue lacertuli. Nil prohibet hoc nomen deduci posse à lacertis rusticis, qui omnibus noti sunt, de quibus & poe-

& poeta: Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos,
 nam sicut illi inter eundem sinuantur atque fluctuantur:
 ita & mellita panificia tortuosa finguntur, quæ uulgus
 à similitudine incurui brachij brachialia nominant: un-
 de & lacertulos, à lacerti nostri similitudine nominatos
 esse crediderim. Hæc tantum arbitraria sint, & pro cu-
 iuslibet animo accipiantur. Scitamenta mellita.] Edu-
 lia sunt, ex eo dicta, quod sciti saporis sint, hoc est egre-
 gij & præcellentis. Macrobius in ultimo Saturnalium:
 Apud popinatores (inquit) pleraque scitamentorum cerni-
 mus proposita ampliora specie quam corpore: ubi scitas
 menta significantur iucundiora pulmenta, & sic mendo-
 se legitur in codicibus Macrobij hæc dictio. apud A. Gel.
 per translationem posita legis scitamenta, decenter, pro
 exornationibus & uenustatibus orationis: quæ in collo-
 candis uerbis, si immodicè usurpentur, non carent uene-
 no reprehensionis. Refecturi.] corpora refocillaturi, res
 creaturiq; primò balneo, mox cibo. Assatim sagina-
 bar, &c.] largè & abundanter saturabar. Furatrinx
 artificium.] furacitatis ac rapinx solertia. Furatrinx di-
 xit nomine substantiuo, ea forma qua moletrina, ferratri-
 na, scetutrina dicitur: à ueterib. Furatrinus dictus est Men-
 curius. Timidè & parcè subripiendi.] Lucianus ναῦς
 ἐπι φόβῳ καὶ φοβῶν καὶ κλίπτοντος: id est, me cum timore
 & parcitate prandium furrupiente. Partes opimas.]
 Lucianus, κάλλιστα τῶν μεγίστων κατ' ἐπιρωγῶν, id est, pul-
 cherrima partium deuorabam. Abliguriebam dul-
 cia.] Ligurire, unde abligurire, significat suauiora quæ-
 que degustare: ἀπὸ τοῦ λιγυρῆ, sic enim Græci suauis
 appellant: auctor Donatus. Unde & liguritores dicti

gulosi, quos antiqui catilones appellant, propterea quod
 catilinam carnem in epulis lauioribus celebrem fuisse, &
 in cœnis deorum poni solitam, Plautus Pliniusq; notificat.
 hinc à Lucilio satyrico piscis lupus catillo dictus, quasi li-
 guritor, quia scilicet steruus proxime ripas Tyberinus in-
 seclaretur. Fratrem.] *Lege, fratrum.* Mutuo crimis
 nabantur.] *ἑκατέρωθεν ἢ ἑκάστος τῶν ἑτέρων ἡδὲ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἑ-
 ἑτέρων ἡδὲ ἀπ' αὐτῶν ἑκάστος ἑαυτοῦ :* id est, alter alterum furacem
 esse, & raptorem eorum quæ communia forent, & inue-
 recundum criminabantur. Anticategoriam uocant mu-
 tuam criminationem rhetorici doctores. Custodiebã.]
 Corrige, custodelam: id est, custodiam, ut supra. Dinu-
 merationem partium.] *electiorum scilicet, ex edulyis. Lu-
 cianus, ἀριθμῶν ἀπὸ μὲν ἐπιπέτο :* id est, numerus partium
 habebatur.

Ad istud.] *Le-
 go, At istud: est es
 nim particulabæc
 inceptiua, & (ut
 inquit Donatus)
 principium incre-
 pationi aptū : pro-
 inde frater fratrem
 furti criminatus
 rus, scite' exordi-
 tur à particula ob-
 iurgatoria, & in-
 crepationi accom-
 modata. Pec-
 lium augere.] Si-*

Ad istud iam neq; æquum,
 ac ne humanum, fidem minue-
 re quidē quotidie, ac partes ele-
 ctiores surripere: atq; his diuē-
 ditis, peculium latentē auge-
 re, de reliquijs æquam uindica-
 re diuisionem. si tibi deniq; so-
 cietas ista displicet, possumus
 omnia quidem cætera fratres
 manere: ab isto tamen nexu cō-
 munionis discedere, nam ui-
 deo in immensum damni pro-
 cedentem querelā, nutrire no-
 bis immanem discordiam.
 Subijcit alius: Laudo istā tuam
 meheret

mehercules & ipse constantiã, quòd furatis clanculo partib. prauenisti querimoniã: quam diutissimè sustinēs, tacitus ingemiscebam, ne uiderer rapinę sordidæ meum fratrem arguere. sed bene, quòd utrinque secus sermone prolato, iacturæ remedium quæritur: ne silentio procedens, similtas Eteocleas nobis contentiones pariat. His & similibus altercati conuicijs, deierant utriq; nullam se prorsus fraudē, nullam deniq; surreptionem factitasse: sed planè debere cunctis artibus cõmunis dispēdij latronē inquiri. nam neq; asinum, qui solus interesset, talibus cibus affici posse: & tamen quotidie pastus electiles comparere nullam. nec utiq; cellam suam tam immanes inuolare mures uel muscas, ut olim Harpyiæ fuere, quæ diripiebant Phineias dapes.

gnatè locutus est: cum peculium propriè seruorum dicatur, effectq; pistor & coquus in famulatio domini opulenti. Peculiosos uocant seruos, habentes peculium copiosum: peculiares res dicuntur à iurecõsultis, ad peculium seruile pertinentes. Aequam uindicare diuisionem.] Criminatio fraterna, qua frater accusat fratrem, quòd clam augeat peculium ex partibus edulium surreptis: dein ex reliquis quoq; existentibus uendicat dimidium lucri prorata. Omnia cetera fratres mane

re.] Figurata elocutio, & uetus, quòd in omnibus ceteris rebus possumus seruare fraternitatem. Nexu communiõnis.] Possumus (inquit) agere de communi diuidendo

& hunc nexum, uinculumq; societatis dissoluere, ne ex
 fraterna concordia exoriatur immanis, pestiferaq; di-
 scordia. Subijcit alius.] Anticategoria est, & mu-
 tua accusatio, qua se uicissim fratres incessunt, dum al-
 ter alterum credit habere furificas manus. Praeueni-
 sti querimoniam.] Quasi dicat, nisi tu prior conqueri
 expisses, ego iam hoc ipsum facere destinaueram, &
 querimonijs exostulare tuas sordidas rapinas. Argue-
 re rapina.] accusare de rapina. Cum genitiuo iungitur.
 sic apud Plautum ait Alcmena: Probri, stupri, dedecoris
 à uiro argutam meo. Vtrinque secus.] & abs te, & à
 me. Iactere medium quaeritur.] Ego sic emendo, Iac-
 turae remedium quaeritur: alioqui nullus sensus, nulla la-
 tinitatis elegantia. Nec.] Lego, ne. ista interdum
 minutia remorantur lectores, atque perturbant, quo mi-
 nus uerum sincerumq; intellectum assequantur. Proin-
 de haec nostra etiam in minimis curiositas, minime uideri
 debet reprehensibilis, cum non solum eruditulis & inge-
 niosis, sed etiam hebetioribus & brutis ista scribantur,
 quorum titubantia adminiculis omnibus est erigenda, ful-
 ciendaq;. Eteocleas contentiones.] capitales & acer-
 bas: ab Eteocle, qui fratrem Polynicem odio exitiali inse-
 ctatus est, cui struxit insidias, quem uita priuare & re-
 gno uiribus omnibus neruisq; contendit: cum quo post dira
 bella & nefanda depugnans confligit, amboq; pari fato
 occubere: quorum odium nec quidem post obitum restin-
 ctum est, cum ignis quoque rogi, quo cremabantur, scissus
 fit, flamma diuisa atq; resiliente: ut canit Papinius in 12.
 Thebaidos. hinc Lucani illud: Scinditur in partes, gemi-
 noq; cacumine surgit, Thebanos imitata rogos. Ob hoc
 inimici-

inimicitia, contentionesq; fratrum exitiales ac pestifera, dicuntur Eteoclea. Scribit Aristoteles in 6 Polit. prouerbium esse, quod fratrum contentiones & iræ sunt acerbissima: & qui se nimium amant, hi se nimium oderunt. Quod uerum esse, demonstrat Eteocles Thebanus. Plato quoq; lib. 11. de Legibus refert, nihil perniciosius esse filijs, parentum imprecationibus: easq; aduersus filios à dijs exaudiri. ideoq; Eteoclem & Polynicem dissidio & contentionibus capitalibus inter se dissedisse, quoniam pater Oedipus contemptus à filijs, ea illis imprecatus est, quæ exaudita à dijs, effectaq; apud omnes feruntur. Græcè dicitur per prouerbium *ειδινείδ' & ἀπα*, id est Oedipodis imprecatio. Meminit huius diræ deuotionis paternæ in filios, & Statius in primo Thebaidos, ubi Oedipus talia imprecatur: I, media in fratres generis consortia ferro Dissiliant, da tartarei regina barathri, Quod cupiant uidisse nefas. Deierant utrique.] ualde iurant. Deurium dicitur iusurandum. Communis dispendij.] damni, quod utrique fratrum commune erat. Pastus electiles.] escas preciosiores. Harpyia Phineias dapes.] Ex lectione poetarum, & maxime Virgilij, notum est, quemadmodum harpyia mensas Phinei Arcadiæ regis contactu immundo & uentris illuue fœdauerunt, cibosq; ei obcæcato tantisper inuolantes diripuerunt, donec expulsa ab Argonautis ad insulas Strophadas confugere. quarum formam poeta graphice scienterq; describit illius uersibus: Virginei uolucrum uultus, fœdissima uentris Prouluies, unca que manus, & pallida semper Ora fame. Græcè dicuntur *ἀρπυιάς, ἀρπυιῶν* rapinae uis. Harpyia Græcè rapina dicitur, unde & à rapacitate

indituna

inditum nomen. ideo uolatiles figurantur, quod omnis rapina (teste Fulgentio) ad uolandum sit celerrima. Tres uero traduntur: quia primum sit, aliena concupiscere: secundum, concupita inuadere: tertium, celare quod inuadit. Apollonius duas tantum esse tradit. Easdem Iouis canes, nec non & furias esse tradunt: unde etiam epulas abripere dicitur, quod est furiarum. Hinc eleganter Horatius dixit, gulam dignam rapacibus harpyis: intelligi uolens, gulones esse dignos quibus harpyiæ furtim inuolantes edulia subriperent, in ipso edendi desiderio, & epularum apparatus, sicut Phineias dapes diripiebant. ἀπράξω Græcè est rapio, ἀπράξω rapina, ἀπράξω rapax. hinc Plauto dictum, aurum harpagatum, pro furto subductum. Item harpax amor, pro rapax. Homerus harpyiarum uocabulo pro cellas scite nuncupat. harpagones ex eadem origine dicuntur manus ferræ, siue instrumenta uncinum habentia, quibus naues capiuntur & continentur.

Liberalib. cœnis.] largioribus, & homine libero dignis. Affatim.] large, abundè, copiose: aduerbium est, quod auctore Gellio prima acuta pronunciatur. iungitur cum genitiuo: ut, affatim lignorum est, apud Linium: & apud

Interea liberalibus cœnis inescatus, & humanis affatim cibus saginatus, corpus obcæsa pinguitie compleuerã, corium aruina succulenta molliuerã, pilum liberali nitore nutriuerã. Sed iste corporis mei decus, pudori peperit grande decus, insolita namq; tergoris uastitate cōmoti, scœnum prorsus intactum quotidie remanere cernentes, iam totos dirigunt

gunt ad me omnes animos: & hora consueta, uelut balnea petituri, clausis ex more foribus, per quādam modicam cauernam rimantur me, passim expositis epulis inherentem. nec ulla cura iam damni sui habita, mirati mōstruosas afini delicias, risu maximo dirumpuntur. uocatoq; & altero, ac dein pluribus cōseruis, demonstrāt infandam memoratu hebetis iumentum gulam. Tantus deniq; ac tam liberalis cachinnus cunctos inuaserat, ut ad aures quoq; prateruentis perueniret domini. Scisciratus deniq; quid bonum rideret familia: cognito quod res erat, ipse quoq; per idem prospiciens foramen, delectatur eximie: ac dein risu ipse quoq; latissimo adusq; intestinorum dolorem redactus, iam patefacto cubiculo proximè cōsistens, coram arbitratur. Nam & ego tādē ex aliqua parte mollius mihi renidentis fortunæ cōtemplatus faciem, gaudio praesentiū fiduciam mihi subministrante,

Plautū, Aliorum est affatim qui faciunt. Obesa pinguitie.] pinguis pinguitudine: pingue, pinguedo, pinguitudo, pinguities, in eodē significatu indifferenter à doctis usurpantur. Errorē Seruianum euidenter resellimus in notis Seruij, tradētis, neq; pinguedinem neq; pinguitudinem esse latina uocabula. De obeso iam diximus, quod Neuius pro gracilento posuit, cū in usu quotidiano sit pro uerberi & pingui. Dicitur enim obesus, quasi ob edendam pinguis factus. Aruina succulenta.] succosa pinguedine: aruina

na est pinguitudo,
 & proprie est id
 durū pingue quod
 est inter cutē &
 uiscus: ut ex aucto-
 ritate Suetonij do-
 cet Seruius, enar-
 rans illud Maro-
 nianum: Aruina
 pingui subigunt in-
 cote secures. Ar-
 billa à priscis di-
 cta est aruina, id
 est pinguedo cor-
 poris. apud Liuiū
 memoratur Cor-
 nelius cognomena-
 to Aruina opinor,
 credo à corporis
 succulenta pingui-
 tudine. Lucian. de
 hoc scribens in-

quit: σῶμα καλὸν

ἰσχυρὸν, καὶ τὸ δίκυον ἰπποδρόμῳ τῆ τεχνῆ ἀπείτετον. id est,
 Corpus pulchrum mihi factum est, corium florenti pilo re-
 lucēs. [Vastitate tergoris.] Obæsitate dorsī. Lucianus. ἡ
 γὰρ με καὶ πικρὰ ἐπιώρτα: id est, magnum me pinguemq;
 eernentes. Mollueram.] molle, læuigatum, lucidum red-
 dideram: qualis fieri solet ex pinguitudine. Fœnum.]
 Lucianus dixit bordea, hoc est τὰ κριδίδια. Velut balnea
 petiuri

petituri.] Ex græco, ὡς εἰς τὸ βαλάνιον ἀπιόντι. hora au-
 tem balnei erat pomeridiana. Per cauernam.] Lu-
 cianus: προσβαλόντις ὄπη τινὶ τὸ ἕμματ' αὐτῆς ὄβρας: id est,
 apponentes oculos ad ostij cauernam. Græcè ὄπην dicitur
 cauerna. Vnde opobalsamum dici autumat Egesippus in
 quarto: quoniam per ὄπας, id est cauernas distillat pau-
 latim humor balsami incisus uirgulis. nam & Plin. quo-
 que refert, incidi uitro, lapide, offeis'ue cultellis ramos
 balsami, succumq; e' plaga manantem colligi lanis, quem
 opobalsamum uocant. proinde uel à cauerna que Græcè
 ὄπην, uel à succo qui ὄπης dicitur, opobalsami nomen dedu-
 ctum est. Hebetis iumentii.] tardi asini. Liberalis
 cachinnus.] solutior risus. Est autem cachinnus uerbum
 secundum onomatopœiam fictum, à sono risus: quod &
 Porphyrio interpres Horatianus tradit. Cognito.] cum
 cognouisset, quam ob rem tam effuse rideret. Adusque
 intestinorum dolorem.] Expressit rem naturalem, & pe-
 ne quotidianā: ut scilicet homini ex nimio risu, liberalio-
 riq; cachinno doleāt intestina, cogaturq; impositis ad fini-
 strum latus manibus coercere exultantem dolorem. etenim
 lien, qui & splen dicitur, domicilium risus est in sinistro
 latere: & (ut auctor est Plinius noster) intemperātia iocū
 & risus constat lienis magnitudine. Hinc illud Persianū
 Sed sum petulanti splene cachinno. Sunt qui putent, exem-
 pro liene adimi simul & risum. In eodē est peculiare cur-
 sus impedimentum: quamobrē inuritur cursoribus laboran-
 tibus. Coram arbitratur.] præsens spectat. nam (inquit
 Plautus miles) pluris est oculatus testis unus, q̄ auriti decē.
 Renidētis.] Modò aridentis, aliàs splendentis. Gaudia
 præsentium.] Cum præsentes gaudibundos uiderem, ob
 id ipa

id ipsum alacrius, securiusq; humanis dapes esitabã. Dũ
 ci me iussit.] Lucian. *ἡλθε με δὴν ἄγροδαι εἰς τὸ ἰναυρὸν οὐκ
 ἄσπιον, ἐνταυτὰ τράνις ἄρ μοι παραδίδου.* id est, iubet me duci
 in conuiuium, & mensam apponi. *Ulibata.*] Signat
 neq; semesa edulia, neq; reliquias ciborum sibi apposita
 fuisse: sed fercula integra, intacta, ingustata, qualia scilicet
 ipsi domino apponuntur. *Bellule suffra.*] Bene fartus
 ac distentus largitate escarum bellissimarum. Sic enim Te
 ren. ex persona serui, Vnumquodq; quod quidem erit bel
 lissimum carpani: quod exponens Donatus, proprie bel
 lissimum dici ait, unde & huiusmodi ad irritandam gu
 lam cibi bellaria dicuntur: bellule autem diminutiuum ad
 uerbium est à bene, quod facit belle & bellule. *Esurien
 ter.*] famelicè, auide: aduerbium est, ab esurio: ut à sitio, sit
 tienter. *Abhorreret asinus.*] Cuiq; animanti (ut docet
 Aristoteles in 10 Ethicorum) est propria uoluptas, & suat
 quod intuenti facile liquet. uidimus enim aliam esse uoluo
 ptatem equi, aliam asini, aliam hominis. proinde scite ino
 quit Heraclytus: *ἴνυς οὐματὰ ἀνελίδαι μᾶλλον ἢ χρυσόν. ἢ
 δεινὸν γὰρ χρυσὸν ποφὴ ἔνυς.* id est, asinos magis fœnum optã
 re quàm aurum, & asinis pabulum esse auro dulcius. *Vec
 rùm huic nostro asino non fœnum & ordeaceum pabu
 lum tam cordi erat, quàm humanæ dapes, & ganeata ci
 baria, quibus naturaliter abhorret palatum asininum.*
*Crassum illum, qui Agelastus est cognominatus, ob frons
 tem seueriores, & mores austeriores, risisse semel in
 uita Lucil. ait, cum asinum uidisset carduos comedens
 tem: de quo dictum est festiuiter, Similem habent labra
 lactucam. Lasere infectas.*] precioso succo cons
 ditas. *laserpitium uirgultum est clarissimum, quod Græci
 cilphion*

ei silphion uocant, in Cyrenaica provincia repertum. hinc Catullus Cyrenas laserpiceras cognominat. huius succum uocant laser magnificum, in usu ciborum, medicamentis que, & ad pondus argenti denarij pensum: de quo multa Plinius noster uolumine uideuigesimo. Apud auctores Græciæ euidentissimos inuenitur, Cæsarem dictatore initio belli ciuili inter aurum argentumq; protulisse ex ærario laserpitij pondus c. x. Est radice multa, crassaq; caule ferulaceo. quo homines uescebantur decocto, asso, elixoq;. Laser, hoc est succus, duobus modis capiebatur, radice & caule. Vnde indita nomina rhizias atq; caulias. Laseris in condituris meminit frequenter Apicius: à quo pullus laseratus dicitur, lasere perfusus. idem laseratum absolute appellat obsonij genus, quo laser Cyrenaicum cum aceto & liquamine dissoluendum esse præcipit. Inde laserpitiatum acetum dictum, quo quidam lentem respergunt causa diuturnitatis. Palladius in tertio, laser appellat opan cyrenaicum, quasi succum laserpitij, à Cyrenaica provincia dictum: & ita sanè Græci uocant. noster Plinius in 22. dixit laser esse inter eximia naturæ dona numeratum, quod pluribus compositionibus inscribitur. Concoctioni plurimum conferre senibus foeminis. raditur, hyeme quam æstate utilius, ab ægritudine recreationi efficax in cibo. Laserpitij meminit & Plautus in Pseudolo, bis uerbis: Eo laserpitij libram pondus diluunt. De lasere mentio quoq; est apud Columellam, qui id à Græcis silphion uocari tradit. Altilia] Hoc nomine significantur, quæcunq; in saginario alimus, causa pinguitudinis: ab alendo dicta. Est autē saginarium, locus saginæ accommodatus. lege Caij Fannij sumptuaria interdictum est, ne quid uolucrum proponeretur

præter unam gallinam, quæ non esset altilis: ut refert Plinius in x. qui alilem gallinã uocat, quam Tertullianus saginatam. Cochleas altiles instruxisse ganeam, testantur autem Stoics. Altilem sanguinem, ut altilia dixit Macrobius: non qui alitur, sed qui alii, quasi alentem corpora. Seneca in epistolis moralibus, carpit in famulitio lautorum haberi seruum, ad hoc tantum, ut alilia decenter se et, & ut circumferens eruditam manum, preciosas aues in frustra excutiat. Altile non solum pingue, ab alendo, uerum etiam pro opulento dixit antiquitas: sicut à Plauto dicitur. dos altilis & opima. Piperem autem inspergi esculentata, præfecti popinæ ganeæq; docuerunt. Placet autem piper in obsonijs sola amaritudine, quæ & in Indos petitur. Quis ille (ut Plinij uerbis utar) qui primus cibus experiri uoluit: aut cui in appetenda auiditate esurire non fuit satius? Genera piperis plura, longum, candidum, nigrum & rotundum. facillimè adulteratur piper longum Alexandrino sinapi. Piper appositum cuti forinsecus, exulcerat: deuoratum uerò, nullam uentri infert lesionem. Inter hortensia est, herba reddens piperis saporem: ob id piperitidis nomine accepto, quam & filiquastrum uocant. Piper rotundum & longum urinam mouet. Verum (ut inquit Aristoteles in problematis encyclis) piper uesticam quidem soluet, si largè sumatur: sed si parcè, aluum. ediuerso scamonea largè sumpta, aluum soluet: modicè, uesticam. Vina fiunt pipere & melle addito, quæ alij condita, alij piperata appellant: nostri municipes inter embammata & liquamina sciti saporis habent id quod piperatum uulgo uocant, compositum ex sapa & melle, atque aromatibus unà decoctis. Exotico iure perusos. I peregrino

peregrino liquamine madentes. In usu mortalium primò
 assa, secundò elixa, tertio iurulenta fuerunt. ut docet M.
 Varro, assum dictum, quòd ab igni assudescit. sudando
 enim assum distillat calore. Quidam assum dici ex eo in-
 terpretantur, quòd sine pigmento saporis alieni in obs-
 onis inferebatur. assum enim solum ueteres dixerunt: unde
 & assa uox nominatur, ore prolata, non admixtis alijs
 muscis uocibus. M. Cato refert melos esse bipartitum:
 unum, quòd est in assa uoce: alterum, quòd uocant or-
 ganicon. Elixum uerò nuncupamus, quòd ex aqua deco-
 ctum est. nam lixam aquam ueteres dixerunt: unde &
 lixa dicti ministri militares, qui aquam ad tentorium so-
 lent ferre. iurulentum hanc à iure dici, nomine ipso si-
 gnificatur: quòd & iussulentum appellari posse, tes-
 tis est Lucius noster, qui in Apologia scripsit: Hac o-
 stendit, qualiter assus aut iussulentus piscis optimè sa-
 piat. Iuuenalis iurulenta periphrastricòs denotat illo uer-
 su: Et eodem iure natantes Mergere ficedulas didicit ne-
 bulone parente. Res iurulenta magis alit quàm assa. om-
 nia iurulenta aliena sunt stomacho, ut memorat Cor. Cel-
 sus in 2. qui iurulentum quòdque facile intus corrumpi tra-
 dit. à quo id quoque scribitur, quòd calefaciunt piper, sal,
 caro omnis iurulenta. Quòd ex iure decoctum est, ut in-
 quit Varro. iucundum magis est conditione succi. Iura A-
 pitij & Paxamij inter irritamenta gulae & instrumenta
 luxuria, popinarum que delicias numerat diuus Hiero-
 nymus lib. 1. contra Iouinianum. Ius autem & cum præ-
 torium sit, & coquinum, hinc amphibolon illud exit à
 M. Tullio: Ego quoque iure fauebo. & illud, ius Verrinum
 nequã, à M. Varrone in 3. de re Rustica decenter dictum.

Sic hosce pisces nemo coquus in ius uocare audeat. Græcè *σωμὸν* dicitur ius, unde *σωμωπιὸν* dicitur coquus, nomine aut iuris exotici, id est externi, uidetur significari liquamē gari & olei. sic enim scribit Lucianus, *σωμὸν, ἰχθυὸν τὸν αὐτὸ τοῦ μὲν γὰρ ὡς ἡδὴ ἰλίω κατὰ τὰ μὲν ἑλόντος*: id est, iura, pisces gario oleoq; perfusos. Oxygarum quoq; inter liquamina celeberrimum est, ex aceto garioq; commixtum. Plautus: Male hercle agit, cum una multa iura cōfundit coquus. De iure nigro Lacedæmoniorum, quod illi uocant *σωμὸν μίλαρον*, copiose scripsi in Commentarijs Tusculanarum: quod cum olim Dionysius gustasset, aspernatusq; esset: tum coquum scitè dixisse ferunt, Minimè mirū, si Dionysius illo iure delectatus non esset: condimenta enim defuisse. & cum ille quasi sciret, quæ tum coquus: Labor, inquit, in uenatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim cōdimētis lacedæmoniorū epula cōdiuntur. Scurrula.] Diminutiū scurræ est scurrula. Græci *βουκωτόξυς* uocant, q̄ à nostris scurræ dicitur: de qb. multa Suidas, est aut scurra à sequēdo dicitur. hinc scurrilitas, & scurriles ioci, & scurrilis: quæ aliena sunt personæ oratoris, ut M. Tul. & Quintil. docent. Antiqui qui planos dixere scurras, quasi seductores: qua dictione M. Tul. Gel. Horat. Laberius usitati sunt. Risu personabat.] Græcè, τὸ δὲ *σκιρτῶν* ἰσχυρὸν τὸ γέλωτι.

Sodali.] *ἄσινω*, quem meritò sodalem uocat, quia si mul estitantiē, nam sodales ex eo dicitur, quòd una sederent & essent,

Quidā deniq; præsens scurrula, Date (inquit) sodali huic quippiā meri. quod dictū dominus secutus: Non adeò, respondit, absurdè locutus es furcifer. ualde enim fieri potest, ut
contu-

cōtubernalis noster poculum
 quoq; mulsi libenter appetat.
 & Heus (ait) puer, lautum dili-
 genter ecce illum aureum can-
 tharū mulso contēpera, & affer
 parasito meo: simul, quòd ei
 præbiberim, cōmoneto. ingēs
 exin oborta est epulonū expe-
 ctatio. nec ulla tamen ego ra-
 tione conterritus, ociose, ac sa-
 tis genialiter, contorta in mo-
 dum linguæ extrema labia,
 grandissimum illum çalicem
 uno haustu perhausi. & cla-
 mor exurgit, cōsona uoce cun-
 ctorum salute me prosequen-
 tium. Magno deniq; delibutus
 gaudio dominus, uocatis ser-
 uis suis, emptorib. meis iubet
 quadruplum restitui precium:
 meq; cuidam acceptissimo li-
 berto suo, & satis peculiato,
 magna præfatus diligentia tra-
 didit, qui me satis humanè, sa-
 tisq; comiter nutriebat. & quo-
 se patrono commendatiorem
 faceret, studiosissimè uolu-
 prates eius per meas argutias
 instruebat. & primùm me qui-
 dem mensam accumbere suf-

id est, uescerentur. Græcè *σώριος* dicitur. De sodalitatib. & sodalitijs, quæ Græci *σώριος* uocāt, affatim scripsimus in Traquilli commentarijs. Sodalitij crimen in lege ambitus fuisse plebibile, docet M. Tul. in oratione pro Plancio.

Contubernalis.] Modò sodalis, modò contubernalis, eleganter & scitè asinus ex domini mensa uescens appellatur. Mulsi.] Potio generosa est, ex uino melleq; confecta, de quo sunt scriptorū omniū plena uolumina: semper mulsum ex utere uino utilisimum; facillimeq;

cum melle corpo-
ratur: ex austero
factum, nō implet
Stomachum: al-
uum molliit frigi-
do potu, calido si-
titi: corpora au-
get. multi senectā
longam mulsi tan-
tum nutritatu to-
lerauerunt, neq; ullo
alio cibo: celebri
Pollionis Romuli
exemplo. quem c.
annum excedens
tem, cum diuus Au-
gust^o hospes inter-
rogaret, qua nam
ratione maxime
uigorem illum ani-

mi corporisq; custodisset: ille respondit, intus mulso, foris
oleo. Dicimus et per adiectiuum lac mulsum, acetum mul-
sum, quod melle concinnatū est. Aceti mulsi crebra mentio
apud Plin. Hinc promulsi, obsonij genus, de quo M. Tul.
Promulside non me conficies. hinc promulsidaria uasa di-
cta, mulso, promulsiq; accommodata. Iuriscons. innue-
re uidentur promulsidaria fuisse uasa, non tã ad continen-
dum, q̄ ad sustinendū. Vlpianus auctor est, mulsum appella-
tione uini nō contineri: Græcè, uixinparot. Hemus.] Le-
go, heus: ut fiat sensus illustrior, sitq; aduerbiū uocandi.

Parasito

Parasito mso.] Scitè asinum parasitū suum appellat, qui in conuiuio obibat munia parasitica. sunt auctores, qui parasitos Apollinis mimos appellant. quod et Epigrammatista sentire uidetur, qui ex persona latini histronis sic inquit: Et me laurigeri parasitū dicite Phœbi. A' Plin. inter uolucres asio siue otus auis parasita dicta est, cum sit imitatrix, & quodam genere saltatrix. Propriè parasitus dicitur, qui cibi causa ridicula & dicit & facit, uiuūq; ad alienū nutum: unde & nomen à parasito parasitatio dicta: & sup-parasitari Plautinū uerbum est, quod significat subseruire & subassentari: quod propriè officium est parasitorū, qui in comœdijs edaces describuntur: quorū deus ueter est, quorū uoratrīnā & mores & dicta ridicularia unus omnium scitissimè Plaut. expressit. Lucian. libellū cōdidit festiuissimū de parasito, ubi docet artē esse parasiticā, eāq; iucūdisimā, cuius finis sit αὐδαμορία, id est foelicitas. Prisci parasitos dixere δατύμονας, quasi cōuiuas. idē Lucian. refert, Patroclū fuisse Achillis parasitū, & Merionē Idomenei: quos Homerus uocat δῆρᾶνοις, quasi cultores & ministros. Parasitū & rex sunt relatiua. ut enim libertus patroni, sic parasitū regis: et ē cōtrario, ut patronus liberti, sic rex dicitur parasiti. parasitus (ut docet Suidas) alijs quoq; nominib. Græcè uocatur κλάξ, ἱραπιστολῆχος, ἡγοαὶσπᾶτισος, διαγοπᾶλις. Ex qb. illud est scitissimū ἱραπιστολῆχος, quasi mēsarū liquoritor. Sūt enim parasiti affecclæ mēsarū lautiorū, & quasi mures semper edūt alienū cibū, cœnipetæ, prädipetæ, flagricibæ. Præbiberim.] Præbiberē est, quod Græco uerbo dicitur πρῆβις. siquidē ex ritu cōuiuiali solet archisymposiota uel dominus c̄ uiuij ante bibere, & mox alij subsequuntur, quasi ille describat conuiuii bibendi legē. Dido Virgiliana cum

præbibisset, & summo tenus ore poculum attigisset: Tum
 Bitia dedit increpitans, ille impiger hausit Spumantem
 pateram, & pleno se proluit auro. Phormio tamen Te-
 rentianus ex procacitate parasitica inquit: Prior bibas,
 prior decumbas. Curgulio Plautinus: Propino, inquit, mi-
 lui magnum poculum, ille ebibit. Epulonum.] conui-
 uarū, qui sint epulones, suo loco docuimus. Genialiter.]
 uoluptariè. De genio & genialibus supra satis ac super.
 Contorta labia.] Septimus casus est, numeri singularis.
 nam fœminino genere labia declinatur. itidem in illo uer-
 su uetusto, Anima ægra & saucia cucurrit ad labia mihi.
 Donatus ita distinguit, ut labra sint superiora, labia infe-
 riora, labiæ propriè asinorum dicantur. uerùm hæc indi-
 scriminatim usurpantur. Perhausi.] ebibi. Salute
 me prose.] Ex more coniuuali dictum, quo salutem & in-
 colympitatem precari solemus potioribus, qui uno potu plu-
 rimum hausierunt. Delibutus gaudio.] perfusus, ad æ-
 nimum transtulit, quod est corporis: nam propriè perfu-
 sus, delibutus (auctore Donato) unctus dicitur. unde deli-
 butum unguento, sæpissimè dici leges apud cruditos. Te-
 rent. in Phormione: Satin est tibi, si te delibutum gaudio
 reddo. Emptoribus meis.] pistore scilicet, & coquo.
 Quadruplum precium.] Plus hic noster dixit quàm Lue-
 cianus: qui ait, dominū ἄλλο τοῦ ἑτοῦ, id est alterū tantum,
 quantum erat precium emptoris, iussisse persolui emptoribus
 asini. Peculiato.] Signatè locutus est: nam peculium
 propriè seruorum est, unde & peculiatos dicimus ser-
 uos, habentes peculium opulentum, quos Plautus pecu-
 liosos appellat. sic enim scribit in Rudentes. Peculio-
 sum esse decet seruum, & probum, quem herò præse-
 te præ-

se prætereat oratio. Peculium quoque dicimus patrimonio filij familias, ut docent iurisperiti, & annotatum apud Tranquillum. Lucian. *παρὰ δὲ τῶν ἀντιοχιδῶν τῶν ἰαυτῶν νῦν ἰδὲ ἐστὶν*, tradidit me cuidam iuveni liberto suo. Paterno.] Corrige, patrono. Acceptissimo liberto.] Idonei auctores tradunt, libertos fuisse interdum tam gratiosos, tamque favorabiles, ut domini patronique fierent, ut rerum potirentur, ut ornamentis prætorij insignirentur. tales fuerunt, sub Claudio Pallas, Callistus, Narcissus: quorum imperio Claudius obsequabatur, qui in liberto Statio gratioso nimis male audiebat. Verum, ut scite & salubriter præcipit M. Tul. in epistolis ad Q. fratrem, seruos & libertos regere debemus: species gratiosi liberti dignitatem habere nullam potest. libertus sit quidem acceptus, dilectusque patrono, ita tamen, ut se libertum, non dominum esse meminerit. Suffixo cubito.] Apud Græcos in delicijs fuerunt *κυνάρια κυνάρια*, id est catuli Melitei, ab insula Melite ita nuncupati, quales erudiuntur in omnes motus saltatorios: iamque ex hac re aucupij genus quasi quoddam & lucri factum est, ut circumforanei nebulones non solum canes, sed & equos & ursos ita bellule erudiant, & omnes motus & stituculos edoceant, ut spectatores uisendi studio spectatum cateruatim eant, nummo persoluto. Cæsarem ferunt, cum peregrinos quosdam Romæ uidisset canum & simiarum catulos circumferentes, eorumque docilitati & saltationibus ludibundis deditos, interrogasse: nunquid apud illos mulieres filios parerent? quo dicto sapienter arguit illos, qui eam indulgentiam quæ maxime debetur hominibus, in bestias impenderent. Heliogabalus imperator (teste Lampridio) habuit leones & leopardos ex

armatos in delicijs, quos edoctos per mansuetarios subito ad secundā & tertiam mensam iubebat accumbere, ignorantibus cunctis quod exarmati essent, ad pauorem & ridiculū excitandū. Dicuntur autē a Lampridio leones exarmati, mansuesacti & cicures, quasi armis feritatis exuti. Mansuetarij uerò sunt, domitores beluarum, qui cicurant, id est mansuesaciūt feras. Firmicus Maternus in 7. Oriente septentrione erunt mansuetarij ferarum: id est, qui ursos uel tauros depasita ferocitate humanis conuersationibus sociant. Augustinus lib. 1. de libero arbitrio: Ridiculum est (inquit) sapientes uocare istos, quos uulgo mansuetarios nuncupant. hoc ex Luciano ad uerbum, καὶ πρῶτον μὲν καὶ τακτικῶσαι μὲν ἀπὸ κλίνας, ὡς περ αὐθροπον, ἢ ἀγκυρας ἢ ποταμῶν. ἔτα καὶ προσπαλαίειν αὐτῶν, καὶ μὲν καὶ ἰσχυρῶσαι, ἢ ἰσχυρῶσαι ἢ παλαιῶσαι μὲν ἰσχυρῶσαι ἢ ἰσχυρῶσαι. ideo autem suffixo cubito dixit se recubuisse, ut scilicet exprimeret conuiuarium morem, qui sibi facti sunt, ciboq; distenti, consueuerunt in cubitum se reponere. Horat. Languidus in cubitum iam se conuiuia reponit. idē alibi quoq; inquit: Et cubito remanēte presso. de illo qui cubito suffixo mentum fulciebat, ut moris est, dixit festiuissime Plaut. Ecce enim aedificat, colūnā, mēto suffulsi suo. Verbis nutum.] Græcè dixit Lucian. κατανοῶν καὶ ἀνασώων περὶ τὰς φωνὰς. id est, annuere & renuere ad uerba docuit. Relato.] Quādo aliquid renuimus & nolimus, id relato, hoc est retro lato, & in diuersā reducto capite significamus: quādo uerò quippiā annuimus & uolumus, id capite in anteriorem partem proiecto ostendimus. Hac cū ab asino fieret, mira uidebatur, cū asinus naturaliter sit brutus et tardus: unde prouerbiū inoleuit ἵππος λόγος: id est, asinus ad lyrā. Pocillatore.] poculorū ministratore & pin-

& pincerna, quem Græci uocant *σινερναιος*. Cilijs con-
 uens.] modò dextrum, modò sinistrum supercilium mo-
 uens, & oculis quasi innuens pincernæ. Connuere est, ocu-
 los claudere. de his qui connuent, scribit Plinius 11. inde
 translatum uerbum ad alia quoq; est, ut dicamus, Dij con-
 nuent in delictis mortalium: quando scilicet non puniunt,
 & quasi oculis clausis sese non uidere simulant. Cæsar di-
 ctator in peccatis militaribus connuiebat. Hic connuens
 refertur ad nutum, quo pocillator ab asino admonebatur
 præbendæ potionis. Lucian. *τοῖς ἐφ' ἄλλοις τῶν σινερνῶν νινῶν*
καὶ αὐτὸν ἐστὶν ὀφθαλμοῖς ἐπινοῶν. Velut mon-
 strum obruncatum.] Apud historicos legimus, quemad-
 modum prodigiosi fixus in mare proieciabantur: ex aru-
 spicū responso, Liius lib. 27. Vt uerò aruspices ex Bibrue-
 ria acciti fœdum ac turpe prodigium dixere, extorrem a-
 gyro Romano, procul terræ contactu alto immergendum ui-
 uum, in arcam condidere, prouectumq; in mare proiece-
 runt. pleriq; asinum dicebant tanquam prodigiosum, ex eo
 quòd ritus humanos effingeret, esse morte mulctandū, &
 uolucris pro pabulo tradendum.

Iamq; rumor publicè cre-
 buerat, quo conspectum atq;
 famigerabilem meis miris arti-
 bus effeceram dominum: Hic
 est, qui sodalem conuiuamq;
 possidet luctantem asinum, sal-
 tantem asinum, uoces huma-
 nas intelligentem, sensum nuti-
 bus exprimentem. Sed prius

Famigerabi-
 lem.] illustrè, ac
 fama celebratum,
 & (ut græci dic-
 cunt) epiphanem.
 sic olim Antiochæ
 cognominatus est
 Epiphanes, hoc
 est, præclarus: cuius
 meminuit Iose-
 phus

phus lib. 10. Antiquitatum. Saltantem a sinum.] tripudia agentem, & motibus corporis gesticulantem: hoc enim proprie saltare significat: unde saltatores & saltatrices dicuntur, qui quæue in tripudijs stitulisq; dâdis sunt elegantiores. hinc ludum quoq; saltatorium nominant, in quo saltare doceantur. Macrobius in tertio Saturnalium: Filij senatorum in ludum saltatorium commebant, & illic crocotala gestantes saltare discebant. M. Cato spaciatorem et Fescennium uocat Cecilium senatorem, ex eo quod elegatius saltaret,

APVLEII

est, ut uobis, quod initio facere debueram, uel nunc saltem referam, quis iste, uel unde fuerit Thyasus (hoc enim nomine meus nūcupabatur dominus) oriūd' patria Corintho, quod caput est totius Achaię prouinciæ, ut eius prosapia atq; dignitas postulabat, gradatim per mensis honoribus, quinquenniali magistratui fuerat destinatus: & ut splendori capescendorum responderet fascium, munus gladiatorium triduanis spectaculis pollicitus, latius munificentiam suam porrigebat: deniq; gloriæ publicæ studio, tunc Thessaliam etiam accesserat, nobilissimas feras & famosos inde gladiatores comparaturus. Iamq; ex arbitrio dispositis coemptisq; omnibus, domuitionem parabat, spretis luculentis illis suis uehiculis, ac posthabitis decoris prædarum carpentis, quæ partim contacta, partim reuelata, frustra nouissimis trahebantur consequijs: equis etiam Thessalicis, & alijs iumentis Gallicanis,

his, quibus generosa soboles
perhibet preciosam dignitatē,
me phaleris aureis, & fucatis
ephippijs, & purpureis tape-
tis, & frenis argenteis, & picti
lib. balntheis, & tintinnabulis
perargutis exornatum, ipse re-
sidens amantissimè, nonnun-
quam comisissimis affantur ser-
monibus. atq; inter alia plera-
que summè se delectari profite-
batur, quòd haberet in me si-
mul & cōuiuam & uectorem.

& staticulos da-
ret, quàm deceret
uirum probū. Sūt
autē staticuli, mo-
tus ex arte saltato-
ria, & gesticuli,
in quibus ad nume-
ros modulosq; mu-
sicos consistūt. M.
Tul. in oratione
pro Murena, do-
cet appellationem
saltatoris esse ma-
ledictum, ex tri-

uio aut ex scurrarum conuicio: Nemo, inquit, ferè saltat so-
brius, nisi forte insanit. intempestiui conuiuij, amēni loci,
multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Idem in
oratione pro Deiotaro, saltatoris nomen probrosū esse si-
gnificat: Primi Iones saltationem mollem & membrorum
gestibus infractam inuenerunt, quā carpit Horat. in Ro-
manis uirginibus, sic scribens: Motus doceri gaudet Ionicos
Matura uirgo, & fingitur artibus. Plato 2 de Legib. uolu-
mine auctor est, unumquodq; animal natura saltare con-
sueuisse: hominem uerò, cum numeri sensum acceperit, sal-
tationem peperisse. Quòd autem res noua sit & mirā, uide-
re asinum saltantem, quis nescit? cum nullum animal mi-
nus aptum sit saltationibus: cum asini peculiaris sit uo-
ciferus, id est tarditas: unde prouerb. unum natum ἐν πῶς
κόλον, id est, asinus ad tibiam: & illud, ὄνος τὰ ὠτα κινῆσθαι,
id est, asinus aures mouens, uicitur de hominibus brutis &
infern

insensatis: quoniam, ut Græci dicunt, τὸ σῶμα ἐστὶ νωχιδέσ, ani-
mal est tardum. Nutibus experimentem.] Sicut mutis ho-
minibus nutus sunt & membrorum gestulationes pro uer-
bis ad sensum exprimendum: ita in asino nostro nutus cor-
poris & motus sensum exprimebant, uerborumque uicem im-
plebant. Vel unum.] Corrige, uel unde. Thyasus.]
Hic nomen proprium est, cum alias thyasus saltationem
tripudiumque significet. Quod ex Virgiliano carmine satis
notum est: Daphnis thyasos inducere Baccho. Thya-
sos, ut græci tradunt, & docet Suidas, est ἱερός χορός, id
est, sacer chorus, ἀπὸ τοῦ δᾶμ, ὃ ἐστὶ τῆς χορεύ, quod significat
currere. διασώτραι dicuntur saltatores, & proprie in sa-
ceris Bacchi: dicitur & thyasus multitudo congregata. ¶
Caput Achaiae.] M. Tul. Corinthum totius Græciæ lu-
men appellat, de quo Lucius Florus hæc: Carthaginiæ
ruinam statim Corinthos excepit, Achaiae caput, Græciæ
decus: inter duo maria, Ionium & Aegeum, quasi spectaculo
exposita. L. Mummius Corinthum diripuit, deinde tuba
præcinente deleuit: unde Achaici cognomen inuenit. De
ære Corinthio, quod est preciosissimum, candelabrisque Co-
rinthijs, non parum multa Plinius in 34. Veteres Romani
(teste M. Tul. in oratione contra Rullum) tres solam ur-
bes in terris omnibus metuerunt, Carthagem, Corin-
thum, & Capuam, tanquam possent imperij grauitatem
ac nomen sustinere. Itaque deletæ sunt omnes: Corinthi ues-
tigium uix relictum, quæ erat posita in angustijs atque fau-
cibus Græciæ. unde non contumeliosius quam uerius Phi-
lippus Macedoniae rex Corinthum in Achaia, Chalcidens
in Bubæia, compedes Græciæ appellare solebat. De Co-
rintho & Acro corintho, id est, Corinthi arce, ubi Pyrene-
fons

fons uisebatur, praenonio poetarū celeberrimus, scribit co-
 piosissime Strabo uolumine 2. alio nomine Ephyre dicta:
 unde Ephyreia aera, poetis cantatissima. Achaia uerò pro-
 uincia nomen ab Isthmo incipit, ut docet Plin. in 4. ante
 Aegialos uocabatur, propter urbes in litore per ordinem
 dispositas. graece enim ἀγιάλις dicitur litus. Gradatim
 permensis honoribus.] Id est, cū omnes honores & magi-
 stratus per gradus & ordines esset consequutus. Apud Ro-
 manos gradus honorū sunt, quaestura, aedilitas, praetura, et
 consulatus. Auct. est Liuius. T. Faminium non gradatim
 petisse consulatū, sed ex quaestura transcensit medys hono-
 ribus, aedilitate scilicet atq; praetura, continuasse summa-
 imis. De gradibus ecclesiae sacerdotalibus scribit Hierony-
 mus: & in decretis canon. di. 48. scriptum legimus, ordi-
 nate ad ordines ascendendum esse: nam casum appetit, qui
 ad summi loci fastigia postpositis gradib. per abrupta quae-
 rit ascensum: ideoq; salubriter prohibentur neophyti in-
 episcopos ordinari. Neophytos autem ecclesiastici scri-
 ptores appellant, nouitios in religione, quasi nouellus in
 ecclesia plantas. Capessendorum fascium.] Nomine fa-
 scium dignitas, magistratus & honos significatur: ut a-
 pud Propertiu abunde explicauimus, super eo uersu: Cyn-
 thia non curat fascis, non curat honores. Consuli erant 12
 fascis, Proconsuli sex: quod & Vlpianus docet, scribens,
 proconsules non amplius quam sex fascibus uti. Acur-
 sius inscitissime, ut multa, exponit, sex fascibus pro sex
 mensibus: tanquam proconsulatus esset semestris magi-
 stratus. quod quā ridiculū sit, omnes bene literati intel-
 ligunt: quibus magistra lectione compertum est, proconsu-
 lare imperium fuisse annuum: quod interdum in secundum

& tertium annum prorogabatur, sicut proconsultatus Aes-
 sia Quinto Ciceroni est prorogatus. Triduanis spectaculis.] ut per triduum exhiberetur, praebereturq;. Primus Iu-
 nius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti pa-
 tris edidit: L. Iunio & Valerio auctoribus. Pingi autem cœ-
 pta sunt gladiatoria munera, atq; in publico exponi, à Ca-
 io Terentio Lucano: qui (ut refert Plin.) iauo suo, à quo ado-
 ptatus fuerat, 30 paria in foro per triduum dedit, tabu-
 lamq; pictam in nemore Dianæ posuit. Nobilissimas fe-
 ras.] Mos fuit munerariorum (sic enim appellantur edito-
 res spectaculorum) ut ferae ferarumq; consectorum exhibe-
 rent in ludis. Legimus Pompeium exhibuisse elephantos
 uiginti, qui in circo depugnauere, Getulis ex aduerso iacu-
 lantibus. Adem, nec non & Sylla, pugnam leonum iubato-
 rum dedere in spectaculis. Præterea solebāt principes Ro-
 mani ferae nouitate formaq; monstrabiles populo Roma-
 no ostendere: sic olim Augustus tigrim mansuefactum o-
 stendit in cauea: sic & Pompeiani ludi ostenderunt chaū
 maculis insignem, & cephos pedibus humanis spectabiles.
 Famosos gladiatores.] Inter gladiatores famosos nu-
 merantur Bithus & Bacchius, qui cum multis interemis-
 sent, commissi inter se mutuis uulneribus conciderunt: un-
 de prouerbiale illud factū est, Cum Bitho Bacchius: quan-
 do pares inter se depugnant. Celebratus quoq; est Paci-
 deianus ille gladiator, qui apud Lucilium ait: Occidam il-
 lum equidem, & uincāsi id quæritis, inquit, vsq; adeo stū-
 dio atq; odio illius effero ira. Eiusdem meminit Horatius
 in Sermonib. Aut Pacideiani contentio polite mirer. in 17
 parte uirginis nascetur gladiator, publicis uoluptatib. de-
 putatus: ut tradit Firmicus Maternus. Obiter annotādū,
 quod

quod inter genera gladiatorum sunt & Andabatæ, qui oculis clausis digladiantur: quorum meminit Hieron. & à M. Tul. scriptum est in epistolis ad Trebatium: Quem ante ne Andabatæ quidem defraudare poteramus. M. Varro condidit librum titulo Andabatarum, sicut indicat Nonius: apud quem sæpe aduocatur M. Varro in Andabatis. Domuitionem.] itio in domū, & iter in patriā. Posthabitis.] postpositis, neglectisq;. Reuelata.] aperta. M. Varro auctor est, plaustrum ab eo dici, quod ex omni parte palam est, & quæ in eo uehuntur reuelata perlucet: ut lapides, asseres, tignum. & diuerso arceræ uehiculum est ex tabulis utrimbusq; contactum, & undiq; munitum. de quo A. Gel. hæc: Arceræ uocabatur plaustrum tectum undiq; & munitum, quasi arca quædam magna uestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant. Arceræ meminit lex decemuiralis his uerbis: Si morbus æuitasue uitium exiit, qui in ius uocabit iumentum dato: si nolet, arceram ne sternito. ubi æuitas significatur senium, & longa ætas. Consequijs.] appendicibus, & quasi sequelis: sic supra: Penduli comitatus extrema consequia. à consequendo enim consequiæ dicuntur, ut ab exequendo exequiæ. Equis Thessalicis.] Plinius equos Thessalos probat, scribens inuentum esse Thessalorum, ex eo quis depugnare aduersus tauros, eosq; necare: quod spectaculum primus dedit Romæ Caesar dictator. M. Varro in secundo de re Rustica, tradit equos bonos & nobiles dici à regionibus: Ut in Græcia dicuntur (inquit) Thessalici equi: à terra Apuli, ab rosea Rosciani. Strabo auctor est, Thessaliam pascendis equis esse commodissimam: qui equorum genus Arcadicū & Argolicum & Epidauricū maxi-

mō excellere, prodidit in oclauo. Iumentis Gallicanis.]
 Plautus in Aulularia, damnans equos Gallicos inquit :
 Viliores fient Gallicis canterijs. Hic uerò laudantur à
 sobolis generositate . Hodie quoque ex Gallia genero-
 si equi bonitate probantur. Phaleris aureis exornaa-
 tum.] Lucianus: σρώματα περφυρά ἐπιβάλλομαι, ἢ ἐὶ χα-
 λιδὸς ἀσίδι, χρῆμα ἀργύρω ἢ χρυσῷ πεποιημένους. id est,
 purpureis stratis insternebar, & frenos ore continebant
 argento & auro uariegatos. Phaleris dici ornamenta eo-
 quorum, equitumq̄, testes sunt scriptores omnes. Plinius in
 ter dona militaria phaleris numerat, qui scribit in septie-
 mo, Siclium Dentatum donatum esse phaleris 25. idem
 in 33. refert, olim equestrem ordinem indignatione exar-
 descentem phaleris abiicisse : inde phalerata dicta, pro
 honestis atque ornatis, ut exponit Donatus apud Te-
 rentium, sic scribentem in Phormione : Ut phaleratis di-
 ctis seducas me, & meam ductes gratis. Græci (aucto-
 re Suida) uocant φαλαρά ὑποπιπίλους ἢ ἐὶ σῆμοις
 τῶν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. id est, frontalia, & eo-
 quorum in frontibus ornamentum. Fucatis ephip-
 pijs.] Strata sunt equorum, unde & nomen : hinc equi
 ephippiati dicuntur, ephippijs instrati. Casar de mori-
 bus Sueuorum sic refert : Neque eorum moribus tur-
 pius quicquam, aut inertius habetur, quàm ephip-
 pijs uti : itaque ad quemuis numerum ephippiato-
 rum equitum, quamuis pauci adire audent. Frenos &
 strata equorum, hoc est ephippia, primi Pelethronij
 inuenerunt. Fucata uerò accipimus pro depicta, & fu-
 co pigmentorum exornata. Tapetis & frenis argen-
 teis.] Sic apud Virgilium, equi tapetibus insternuntur,
 ita scribit

ita scribentem: Instratos ostro alipedes, pictis que tapetis.
 Dicitur autem tapetum, ut templum: Item hoc rapete, ut
 hoc sedile: & hic tapes tapetis ex græca declinatio-
 ne, ἡ τῶν τῶν τῶν τῶν. Pictilibus balibeis.] Cingu-
 la iumentoria nomine balibeorum signare uidentur. A
 Calpurnio lateralis cingula fœminino genere decenter
 ponitur pro balibeo, quo latera iumentu ambiuntur, sic
 enim ait: Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Alias
 balibea militaria sicut cingula, quasi bullata dicta: qui-
 bus etiam equi exornantur in pectoralibus. Tintin-
 nabilis perargutis exornatum.] Lucianus appellat *νω-
 δῶν*, quæ Lucius noster tintinnabula. *λωδῶν* ἢ *ἰστῶν*
τῶν μιλῶν ἢ *μυοῖν ὠτάρον* ἢ *ἰσφῶν ὠδῶν*, id est, tintinnabu-
 la appendebantur, canticum ualde musicum resonantia.
 Apud Silium codon accipitur non pro tintinnabulo, sed
 pro tegumento pelliceo: græcè enim *νωδῶν* pellis uillo-
 sa est, & ut inquit Suidas, *πρὸς ἄλλο δῖγμα*. Carmen Siliij
 ex catalogo subscripsi: Spicula bina gerunt, caput his
 codone ferino stat cautum. Perarguta bono epitheto tin-
 tinnabula dicuntur, quasi sonora, obstreperatq; atq; uo-
 calia: sicut græcè *ἰσφῶν ὠδῶν* ἢ *νωδῶν*. Argutari uerbuni
 uetus est, quod significat loquaciter proloqui. Neuius: To-
 tum diem arguatur quasi cicada. Comissimis affatur
 sermonibus.] suauissimis. Et uectorem.] Annotant
 grammatici, uectorem bisariam dici: & eum qui uehit,
 & eum qui uehitur. hic pro iumento quod uehit, positum
 est. Apud iuriconsultos uectores dicuntur, hi qui nauigio
 uehuntur. hic & apud Lucanum inquit Cæsar, Sola est
 hæc causa timori Vectorem non nosse suum.

Conspectus cupientes.] Ut supra diximus, sunt quædam nomina in forma participiorum posita, quæ genitiuo casui iunguntur: ut fugitans lutium, appetēs pecuniæ, cupiens conspectus siue conspectio-nis. Salustius per superlatiuum dixit, cupientissimus legio. Proposito modo.] Lege, praposito meo: hoc est, illi qui prapositus præfectusq; erat meæ custodiæ. Græcè dicitur ἐπιστάτης, epistates: qua dictione usi sunt nostri scriptores. N. Cato uillicam epistatam appellat, quasi uillæ prapositam atque

At ubi partim terrestri, partim maritimo itinere confecto, Corinthū accessimus, magnæ ciuium turbæ confluebāt, ut mihi uidebatur, non tantū thyasi dantes honori, quam mei conspectus cupientes. nā tanta etiam ibidem de me fama peruaserat, ut non mediocri quæstui præposito illi meo fuerim, qui cum multos uideret nimio fauore lusus meos spectare gestientes, obserata fore, atq; singulis eorū seorsus admisis, stipes acceptans, non paruas summulas diurnas corradere consueuerat. Fuit in illo cōuenticulo matrona quædam pollens, & opulens, quæ more cæterorum uisum meum mercata, ac dehinc multiformibus ludicris delectata, per admirationem assiduam paulatim in admirabilē mei cupiditatem incidit: nec ullam uesanz libidini medelam capiens, ad instar asinariæ Pasiphaes, complexus meos ardentem expectabat: grandi deniq; præmio cū altore meo depecta est noctis
 unius

unius concubitus. At ille ne
quã, ut posset de me suaue pro
uenire, lucro suo tantum con
tentus annuit. Iam deniq; cœ
nati è triclinio domini decesse
ramus, & iam dudum præsto
lantem cubiculo meo matro
nã offendimus. Dij boni, qua
lis ille, quamq; præclarus appa
ratus? quatuor eunuchi confe
stim puluillis complurib. mem
tosè tumentibus, pluma deli
cata terrestrè nobis cubitū præ
struunt: sed & stragula ueste, au
ro ac muricè tyrio depicta pro
bè consternunt. ac desuper bre
uib. admodum, sed satis co
piofis puluillis alijs nimis mo
dicis, quib. maxillas & ceruices
delicatæ mulieres suffulcire cõ
sueuerunt, superstruunt: nec do
minæ uoluptates diutina sua
præsentia morati, clausis cubi
culi forib. faceffunt. At intus ce
rei præclara micantes, luce no
cturnas nobis tenebras inal
babant.

præfectam. Ge
stientes.] cu
pientes. Lusus
meos spectare ge
stientes.] Lucian.
appellat *παρὰδο
ξὰ ἰσχυρὰ*. id est, in
credibilia atq; in
opinabilia ope
ra. Obserata
fore.] *κλειόμενος*, clau
sis foribus. Hora
tius: Exclusus fo
re. Plautus: Aperi
tur foris. Scop
sus.] *σέπτερος*,
Stipes.] *στέμματα*.
Summulas corra
dere.] collige
re in unum, con
trahere aceruos
nummorum quo
tidianos. Summu
la ad nummos re
feruntur. Iuue. Sū
mula ne percat.

Opulens.] *ὀψιμαχία*,
Opuliscere uer

bum uetus est, quod significat opulentum fieri. opulentiis
quoq; pro opulentiâ dicitur à ueteribus. Plautus in Milite:

Quasi eius opulētatē reuerearis. De hac matrona sic La
 eia. γυνὴ ξὺν ἰσχυρίᾳ κινηκίσει, τὴν ἔψιν ἰκάρου, παρὰ δόξα
 δὲ οὐδὲν ἐμὲ ἀπὸ τῶν τοῦ, eis ἑρωτᾶ μου ἑσπεύον ἐμινίτα. id est,
 mulier quaedam peregrina, opulēta, uisum meū mercata in
 trogrediens, ut me praudentem uidit, in amorem mei ser
 uentiozem incidit. Ad inſtar asinariae Pasiphaes.] Op
 pidō quā decenter Pasiphae asinaria mulier dicta, quae
 ita expetebat asini concubitus, sicut illa Pasiphae poeti
 ca tauro supposita ferinos coitus adamabat. res est testi
 monio poetarum notissima, & historicorum monumen
 tis celebrata: quemadmodum Pasiphae Solis filia, Minois
 uxor, tauri amore flagrans: & opificio Dædali intra uac
 cam ligneam inclusa, septam corio iuuencae, cum tauro
 concubuit: ex quo concubitu natus est Minotaurus, can
 tatissimus. Virgilianum carmen in ore omnium est: Hic
 crudelis amor tauri, suppositaq; furto Pasiphae, mislunq;
 genus, prolesq; biformis, Minotaurus inest, Veneris me
 numenta nefanda. Neronis principatu inter caetera lu
 dicra spectacula, taurus Pasiphaen in lignae iuuencae si
 mulachro abditam inijt, ut multi spectantium credide
 runt: hoc idem spectaculi genus celebrat & Marialis. hic
 uersibus: Iunctam Pasiphaen Diætao credite tauro, Vis
 dimus, accepit fabula prisca fidem. Apud Silium in 8. Pu
 nicorum sic passim legitur: Hinc genus orditur Minos, in
 uisaq; tauro Pasiphae. Diætio illa inuisa, parum quadrare
 uidetur cum fabula: unde legere potes immissa, uel immis
 staq; tauro. ut conueniat cum archetypo Virgiliano, Sup
 positaq; tauro Pasiphae. Expectabat.] Lego, expetes
 bat: hoc est, cupiebat, desiderabat. Lucian. ἡ ἐπιθυμία
 ἐπιθυμία, id est, in desiderium concubitus pro
 uocata.

noluta. Cum altore.] educatore atq; nutritio: ab alendo do altor dictus. Altū quoq; ueteres dixere ab alendo, quasi alitum, enutritumq;: namq; (ut docet Prisc.) ab alo tam altus quam alitus dicitur. Altellum Romulum dici autumant, quasi altum in tellure, uel quòd telis alcretur. Inter nomina pietatis apud Auson. est altor, id est, nutritor.

Depacta est.] Lucian. *μῆδιν ἀδρῖν ἰπιστάρι ὑπόχρησι*, id est, mercedem opulentam Epistatæ promisit. Nequaquam.] Potest legi nequam, id est, improbus & ueterator. potest & nequaquam, ex Luciano, qui ait, *καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο φροντιστάς, ἢ τὴν ἑαυτοῦ τι ἰσάσθαι ἕξιμόν, ἢ τὴν μὴ λαμβάνου τὴν μῆδιν*, id est, & ille nihil curans, siue ex me aliquid utile expediret, siue non, capit mercedem. Præstolantem.] paratam, expectantē. Lucian. *ἡγεῖ τὸν γυναικῶς ἰσχυρῶς πάλαι ἀφικελεύου ἰσὶ τὸν ἰμῶν ἀνδρῶν*. Præstolari, quod & supra annotaui, significat præsto esse, et apparere; hoc est, obsequi: et tūc iungitur cū datiuo. Tul. Qui tibi ad forū Aureliū præstolarētur. Dicim⁹ et præstolorte, pro expecto te. cū Terēt. dixerit, Quē præstolare Parmeno hic ante hostiū Thaidis: exposuit Donatus nouē dictū esse Quē præstolare, cum dicendū fuerit Cui præstolare. Puluillis.] Lucian. *ἰκινέμετρος δὲ αὐτῶν πρῶτον φάλαρα μαλακὰ, ἡγεῖ τρωάτα ἕλω κατῖδοντο, ἡγεῖ χαμῶντιον ἕμιν ἀπὸ γαίης ἔμ*, id est, illata sunt cerui calia mollia et stragula, quib. terrestris lectus decēter cōsternitur. Puluilli.] Diminutiuo uocabulo puluilli sunt, quasi plumini, à pluma dicti, ut quidā interpretātur. ex pluma enim mollissima cōficiūtur, ut molliter quiescatur: quos nō tā capiti quam cubito subieiebāt. hinc illud Ezechielis prophetae, *Ueb his qui cōsuūt puluillos sub omni cubito manus, et faciūt ceruicalia sub capite*. Ad hoc

quippe sub cubito puluillus, uel cervical sub capite iacentis ponitur, ut molliter quiescatur. Quisquis ergo (ut Gregorius in Moralibus interpretatur) male agentibus adulatur, puluillum cubito, uel cervical sub capite iacentis ponit; ut qui corripitur ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. Eunuchi.] Hos intelligimus fuisse in famulatio matronæ, ut enim aliubi annotatum, reginæ & summates scemine eunuchis & spadonibus ministris maxime oblectabantur. Ventose tumentibus.] Instar folium turgentibus; quales hodieq; in usu sunt delicatiorum matronarum. Heliogabalus (auctore Lampridio) non cubuit in accubitis facile, nisi his quæ pilum leporinum haberent, aut plumas perdici subalares. Idem multis uulioribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis, ita ut plerunq; * cubito sub mensis prandentes inuenirentur. Dedicata.] Lege, delicata. Delicatior autem & mollior pluma est olorina, & anserina, & perdicum subalaris. Ouid, Mollior & cygni plumis, & lacte coacta. Apud Martialem in Apophoreis lemma est Pluma, cui subscribitur hoc distichon: Lassus Amyclea poteris requiescere pluma, Interior cygni quam tibi lana dedit. Plinius in 10, anserum candidorum uectigal in pluma esse scribit, cuius precium in libras sint denarij quinque. mollior est pluma, quæ corpori quàm proxima est. Stragula ueste.] ueste legata continetur stragula, sicut in supellectile sunt thoralia; auctor Paulus iuriconsultus. Thoralia autem dicimus, quibus thori inferuntur. Heliogabalus (auctore Lampridio) primus omnium priuatorum thoros aureis thoralibus textit. Stragula uero à sternendo dicta; sicut & instratum quoque nominant, id omne

id omne quod insternitur. Tibullus: Nam neque tunc plume, nec stragula picta soporem, Nec sonitus placide ducere posset aqua. M. Tullius in oratione pro Roscio Amerino: Quid stragula uestis apud illum putatis esse? Græco uocabulo *stromata* & *peristromata* dicuntur, quæ & nostri decenter usurpant. Idem M. Tullius in secunda Antoniana: Conchiliatis Cn. Pompeij *peristromatis* seruatorum in cellis lectos stratos uideres. De *instrato* & *stragula* ueste Vlpianus hæc: *Instratum* omne uestimentum continet, quod iniiciatur. Labeo ait: Neq; enim dubiū est, quin *stragula* uestis sit omne pallium. in uictu ergo, uestem accipimus *stragulam*: *instratum*, omnem *stragulam* uestem.

Murice Tyrio.] Murices conchæ sunt, quales purpura: ex quorum sanguine tinguntur uestes, insectu precioso: auctor Plinius. Apud Epigrammatistam sic loquuntur murices: Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas Induist & non est hoc satis, esca sumus. Tyrius autem color inter purpureos preciosissimus est: cui laus summa, si in colore sanguinis concreti nigricans aspectu sit, suspetusque refulgens, de quo multa multi, plurima Plinius in nono. à Tyro quondam insula dictus, cuius omnis nobilitas conchilio atq; purpura constat. Antiquitus *sarra* nominabatur, unde *Sarranum ostrum* à poetis dictum, pro Tyria purpura. Quis.] quibus. *Ceruices suffulcire.*] In hanc sententiam Plinius: Eò deliciae processere, ut sine plume instrumento durare iam ne uirorū quidē ceruices possint. Facebit.] Legendū est, facebunt; hoc est, abeunt, absceduntq; mancipia, post *instratum* matronæ accubitum. Lucianus: ἄτα εἰ μὴ τὸς γυναικὸς δόρυλοντος αὐτῶν πρὸς πλεῖστον πρὸ τῶ ἀμαρτίων ἐκείνου. id est, serui matronæ

ne eunt dormitum, non procul à cubiculo matronali.

Cerei.] Lucianus: ἡ δὲ λύχνου ἰνδίου ἰνδία μέγαν τῶν πυρῶν λαμπρότητα. id est, intus incendit lychnum magnum flamma splendentem. Funalia cereos uocant, à funiculis cereis. In Saturnalijs priscorum cereos misitabant, propterea quòd sub Saturno à tenebrosa uita quasi ad lucem & bonarum artium scientiam sumus euocati. Lege Publica cautum erat, ut solis ditiorib. cerei misitarentur. Cereos in penu esse, placuit iureconsultis. Inalabant.] illuminabant, illustrabantq̃.

Tenia quoq̃.]

Strophium ἄστρ. -
gnat: id est, fasciam pectoralẽ.
Strophium enim (ut auctores tradunt) fascia est, qua uirginales papillæ cobibentur. Turpilius: Inter uias epistola excidit mihi, inter tunicam ac strophium collocata. de hoc Catullus: Non tereti strophio lætantis uineta papillas. Hinc strophiarj dieli, Strophiorum atq̃

Tunc ipsa cuncto prorsus spoliata tegmine, tenia quoque, qua decoras deuinxerat papillas, lumen propter adstans, de stanneo uasculo multo sese perungit oleo balsamo, meq̃ indidem largissimè perfricat: sed multo tanta impensius cura etiam nares perfundit meas. Tunc exosculata pressulè, non qualia in lupanari solent basiola iactari, uel meretricum poscinummia, uel aduentorum negocinummia, sed pura atque sincera: instruit & blandissimos affectus, Amo & cupio, & te solum diligo, & sine te iam uiuere nequeo, & cætera, quib. mulieres

heres & alios inducunt, & suas testantur affectiones: castroque me deprehensum, more quo didiceram, reclinat facile. quippe cum nil noui, nihilque difficile facturus mihi uiderer, præsertim post tantum temporis, tam formosæ mulieris cupientis amplexus obiturus. nam & uino pulcherrimo atque copioso memet madefeceram, & unguento fragrantissimo proluuium libidinis suscitaram. Sed angebar planè, non exili metu reputans, quemadmodum tantis tamque magnis cruribus possem delicatam matronam inscendere: uel tam lucida, tamque tenera, & lacte ac melle confecta membra, duris unguis complecti, labiasque modicas ambrosio rore purpurantes, tam amplo ore, tamque enormi, & saxeis dentibus deformis sauari: nouissimè, quo pacto, quam ex unguiculis perpruriscens mulier, tam uastum

tifices, quorum me minit Plautus in *Aulularia*. *Martialis fasciam pectoralem appellat, sic scribens in Apophoreis: Fascia crescentes domine compece papillas, Ut sit quod capiat nostra, tegatq; manus. Eidem mammillare est indumentum pelliceu, ad mammillas cõpescendas, illo disticho: Taurino poterat pectus cõstringere tergo, Nam pellis mammas non capit ista tuas. Alias strophium, diminutiue stropholum, dicitur corona. Plinius in 21. Tenuioribus coronis utebantur antiqui, strophia*
appel

appellantes: unde
nata strophiola.
Strophus quoque,
quod Græcè stros-
phion appellatur,
pro insigni pone-
batur in capitibus
sacerdotum, pro
corona. apud Pha-
liscos festum uoca-
tur *Stropearia*,
quasi stropharia,
quia coronati am-
bularent. Tuscula-
ni quoque, quod in
pulvinari ponitur
Castoris, *Stropum*
uocant. hinc ho-
dieque uocabulo ru-
stico ex latinitate
ducto, *Stropi* di-
cuntur uincula cor-
ticia et rurestria,
ad Strophiorum,
id est coronarum

similitudinem confecta. Lumen propter assistens.]
iuxta cereum adstans. Propter significat propè & iuxta.
Lucianus, *πρὸς τὴν ἀσπίδα*: id est, assistit ad lucernam.
Stanneo.] Plumbi qui primus fluit in fornacibus liquor,
Stannum appellatur: qui secundus, argentarium: qui reman-
sit in

genitale susciperet: Heu me,
qui dirupta nobili scemina, be-
stius obiectus, munus instru-
cturus sim mei domini, molles
interdum uoculas, & assidua
savia, & dulces gannitus, cum
morsicantibus oculis iteraue-
rat illa, & in summa: Teneo te,
inquit, teneo meum palumbu-
lum, meum passerem. & cum
dicto, uanas fuisse cogitatio-
nes meas, ineptumque monstrat
metum. arctissimè namque com-
plexa, tum me profus, sed to-
tum recipit. Illa uerò, quotiens
ei parcens nates recellebam,
accedens totiens nisi rabido,
& spinamprehendens meam,
appliciore nexu inhærebat, ut
Hercules etiam deesse mihi ali-
quid ad supplendam eius libi-
dinem crederem, nec Minorau-
ri matrem frustra delectatam
putarem adultero mugiente.

sit in fornacibus, galena. Hoc ideo annotavi, ut intelligeres
 quid sit Galena apud Plinium, Aristotelem, & ceteros.
 Galenam uocari tradit Plinius, uenam plumbi argentiq;
 communem, quam & molybdenam nuncupant. Stannum
 illitum aereis uasis, saporem gratiorem facit, & compe-
 scit aeruginis uirus. Oleo balsamo.] Inter unguenta bo-
 nitatis palmã dant balsamo, quod omnibus odoribus præ-
 fertur. Præcipua gratia est lachrymã, secunda semini, ter-
 tia cortici, minima ligno. Summa balsami probatio est, ut
 lac coagulet, & in ueste maculas non efficiat. liquor balsa-
 mi uitiatur oleo rosæ, lentisci, & terrebinthi. sincerũ den-
 satur, in tepida aqua sidens: adulteratum, olei modo inna-
 tat. Milibus denariorum sestarius balsami uenditur. Lucia-
 nus in hanc sententiam: *μύσσο ἐν τῆν ἀλαβάστρην προσχέ-
 ρειν, τὸ τῶν ἀλάστρην*. id est, unguentum ex alabastris pro-
 mens, eo perungitur. Unguenta optimè seruari in alaba-
 stris, odores in oleo, auctor est Plinius. hinc illud Cicero-
 nis ex Academicis: Quibus etiam alabastris plenus un-
 guenti putere uidetur. Idem Plinius, hanc materiam luxu-
 esse maxime superuacui tradit, cum illico unguenta expi-
 rent, & suis moriantur horis. Commendatio eorum, ut
 transeuntem fœminam odor inuitet, etiam aliud agentem.
 Indidem.] ex eo uasculi unguento. Nares meas.] Lucia-
 nus: *ἐν τῶν μάλιστα τῶν ῥίνας μου μύσσο ἐρίπλητος*. id est, india-
 dem nares meas ualde unguento repleuit. Exosculata.]
ναρικήλοις. Pressule.] Martialis: *Basia da nobis Diadu-
 mene pressa: quot? inquis. Poscinummia.* Decenter fi-
 elum uocabulum, ex posco & nummis. nam profectò ba-
 sia meretricia nihil aliud q̄ nummos poscunt. apud Plautũ
 in Bacchidibus, suauis suauiatio inter deos amatori dāno-
 sissimos

sissimos enumeratur. Aduectorium.] Legi potest Ada-
 uentorum: ut supra in primo uolumine, Aduentores pristi-
 nos raucus appellat. horum basia scite graphiceq; cōfecto
 uocabulo negocinummia nominantur: quoniam scilicet
 nummos negociantur, & illa illecebræ atq; osculationes
 negociatorum nummos quærunt. Affatus.] allocutio-
 nes. Amo & cupio.] Hæc sunt blandissima matronæ
 ad asinum, perinde ac amatorem, alloquia & affatus:
 quibus affectus quidã uehementior explicatur. Quis.]
 quibus. Capistro prensum.] Lucianus: *νεῖ μὲν ἐν τῆς
 πορναίας ἀδελφείῳ τῷ τῷ χαριστικῷ ἵππῳ* id est, me capis-
 tro captum traxit ad lectum. Obiturus.] adi-
 turus, accessurus. Vino madesacerem.] Vinum libidinis
 est incentiuum, & sine Libero friget Venus. ideo uino se
 proluerat Lucius, ut in palastram cupidineam foret ala-
 crior atq; propensior. Accesserat & unguentum, calcar
 alterum Veneris, & suscitabulum. Lucianus: *οὐκ ἔστι
 ἀνεπιβλητὸν ἰατρῆς, ἢ τῷ χρωτὶ τοῦ σώματος ἐπιπέσει* id est, uis-
 no uetusto irrigatus, & unguento extimulatus. Prolu-
 uium libidinis.] cupiditatem, desiderium, promptitudi-
 nem coeundi. Proluuium enim dici uidetur, quasi prolu-
 biũ, à lubendo. A. Gellius in 4. in hanc sententiam: Idcirco
 Empedoclem uersu isto non à fabulo edendo, sed à rei ue-
 neris proluuio uoluisse homines deducere. Dixit Teren-
 tius in Adelphis, Quod proluuium, quæ est ista subita la-
 gitas: ubi proluuium à Donato exponitur, promptus ani-
 mus ad largiendum. Neuius in Colace inquit, Facere in
 proluuio est: quasi dicat, in promptu & desiderio. La-
 berius: Me à matronali pudore proluuium meretricis
 progredi coegit. Veteres & proluuium & proluuiens
 & pro-

& pro libidine dixerunt, ab eo quod lubeat: unde etiã Ve-
 nus Lubentina dicitur. Prolubium audiendi dixit A. Gel.
 pro desiderio & libidine. Tanquam.] Scribo tamq̃,
 ut sint duæ particulae. Labias.] Suprà diximus, fœmi-
 nino genere labias dici à scriptoribus idoneis, quæ nũc neu-
 traliter labra dicuntur. Purpurantes.] labra rubentia,
 & rosis pumicantibus æmula fœminã uenustant. Epigrã-
 matista optat in puero, Pestanis æmula labra rosis. E-
 normi.] immodico, prægrandi. Enormitas stipendiorum
 dicitur à Spartiano, pro nimia largitate. Saxeis denti-
 bus.] Tales nimirũ sunt asinini dentes. asinorũ genus 30
 mense dentes emittit, deinde senis mensibm: quod si non
 prius pepererint quã decidant postremi, sterilitas certa
 portenditur. Plin. auctor. Saurari.] bastare, osculari.
 Ex unguiculis perpruriscēs.] Perpruriscere ex unguiculis
 dicitur mulier, quãdo toto corpore prurit, quãdo prurigi-
 ne & Veneris appetentia concitatur: quãdo uel exremis
 corporis partibus, & rigentibus unguibus extimulatur in
 coitum. Græci tam ardentem Veneris cõcitationem saty-
 rion appellant. Theophrastus auctor est, septuageno coitu
 durare libidinẽ contactu herbæ cuiusdã, cuius nomen spe-
 ciemq̃ non posuit. Tam uastum genitale.] Asinus pro
 portione genitalia habet maxima, ut nemo non uidet: sicut
 contrario minima esse homini, auctor est Albertus Ma-
 gnus. Dirupta fœmina.] Metuebat, ne enormitate
 uirilitatis dirumperet matronam. Lucianus: ηὐτὸ τοῦ-
 τὸ μὲν εἶναι τῆς οὐχὲν μέτριον ἄνθρωπον, μὲν εὖ χερσὶν ἄρα ἰσχυρῶς
 διασπαράσσον: Metus me non mediocris incessit, ne lepida
 fœmina dirumperetur. Minus.] Emenda minus, id
 est, spectaculum gladiatorium, quod dominus fuerat polli-

citus. Sauiā.] *Basia.* Gannitus.] *usurrosi*: quales idem
 tidem inter amatores summissa uoce usurpantur. *Mora*
fioantibus oculis.] *Expressit* nimium cupidinei amoris affe-
 ctum: quo scilicet efficitur, ut amatores oculis inconuenien-
 tibus & exertis, quasi morsicare ac deuorare rem amatā
 uideantur. *Teneo te, inquit.*] *Blandimenta* matronæ ad
 asinum, quem palumbum & passerem suum uocabulis a-
 matorij blanditer compellat. *Apud Plautum* in asinaria
 inquit *Leonidas*: Dic me tuum passerculum, gallinam, co-
 turnicem. item in *Casina*: *Meus pullus, passer, mea columba,*
mi lepus. *Apud eundem* blandimenta hoc genus uene-
 ria sapissime usurpantur. *Sed totum recipit.*] *Ex hoc*
matronæ Venerem beluinam appetentis exemplo commo-
 nemur, feminas natura in coitum adeo esse præcipites,
 & tam prurigine concitatas, ut concumberc uel cum iu-
 mentis uelint. *Nimirum* ob hanc infandam insanamq; libi-
 dinem scribitur in *Leuitico*, ut mulier quæ succubuerit cui
 libet iumento, simul interficiatur cum eo. *Illud quoq; saty-*
rographi non de nihilo in monstrificam feminarum *Ve-*
nerem scriptum uidetur: *Mora* nulla per ipsam, *Quo* mi-
 nus *imposito* clunem submittat asello. *Iuba auctor est*, eo
 quum à *Semiramide* adamatum usq; ad coitum. *Hæc* facie-
 rit, ut *deformis tauri amor* in *Pasiphæ* non fabulosus,
 sed *historicus* esse credatur. *Astruit* his omnibus fidem e-
 xemplum dignum memoratu, quod *Græci scriptores* celes-
 brant: à quibus traditur, *Aristonē* *Ephesium* genus semi-
 neum perosum, cum asina concubuisse: ex eoq; concubitu
 progenitam puellam, cui à *cruribus* asininis nomen indi-
 tum sit *Onosceli*. item *Fuluius* equam inuuisse proditus est,
 quæ puellam admodum famosam peperit, quam ab equa
 matre

matre Hipponam appellauerunt. Lucianus (ut ad institutum opus reuertamur) sic inquit: *μεβάλματα μὲ, καὶ ἀπαρὰ δὲ αὐτῶν ἐπέπληξατο*, id est, me complexa est, & extollens intro totum recipit. Nates recellebam.] retro trabebam, abducebam, reclinabam, ne uasto genitali foeminam dirumperem. Recellere reclinare est, sicut excellere in altum extollere, super quo uerbo satis ac super in superioribus. Lucianus dixit, *ἐπίσω ἀπαγωγῆς καὶ ἀρπύγης*, id est, Retro me abducebam submisse. Nisa.] conatu & complexu ardentiore. Nexu appliciore.] magis ad corpus applicito atq; adglutinato. Deesse aliquid.] Scribit Albertus magnus uolumine de animalibus duodeuigesimo, genitalia mulieris inter omnes fœminas animantes proportionem corporis maximam esse: cum e contrario uir sit minoribus genitalibus præditus, quam cætera mascula animalia, proportionem corporis habita. puella pubescens uulnam quandoq; habet, quam aut uacca aut equa, capaciorem, laxioremq;. Minotauri matrem.] Pasiphaen signat, quæ tauri amore flagrauit: cuius beluina libido carminibus poeticis inuulgata est. Lucianus in lib. de Astrologia, ideo fingi autumat Pasiphaen amore tauri captam esse, quia audiens ex Dædalo de tauro cœlesti, in amorem astrologiæ deuoluta est.

Iamq; operosa & peruigili nocte transacta, uitata lucis cōscientia, facessit mulier, condicto pari noctis futuræ precio. nec grauatè magister meus uoluptates ex eius arbitrio lar

Operosa nocte.] plena operarum ueneriarum, quæ multijugis luctationibus cupidineis transacta est in peruigilio. Lucianus

*cianus: ἔλλω τλίω νό
 πτα ἢ ἢ μὲν ἰδανὰ
 πνοα. id est, totam
 noctem in comple
 xu meo consump
 sit. Vitata lu
 cis conscientia.]
 Honestè facta, te
 ste M. Tullio, in
 luce atq; in propa
 tulo sese collocari
 uolunt: cōtrā, tur
 pitudo omnis que
 rit tenebras atq;
 latibulum. unde
 & lucifugi ele
 ganter dicti, qui
 ob conscientia fla
 gitiorū lucē fugi
 unt, in tenebris de
 litescētes: quos an
 tiqui elegāti uoca
 bulo tenebriones
 appellāt. quāquā
 & interdū tene
 briones dicantur
 pro his q; mēdacijs
 et astucijs quasquā
 quasi tenebras ob
 iiciāt. sic & hæc*

giebatur, partim mercedes atq;
 plissimas acceptando, partim
 nouum spectaculum domino
 præparando: incōtanter ei de
 nieq; libidinis meæ totam dete
 git scenam. At ille liberto ma
 gnificè munerato, destinat me
 spectaculo publico. & quoniā
 neq; egregia illa uxor mea pro
 gter dignitatem, neq; profus
 ulla alia inueniri poterat, gran
 di præmio uilis acquiritur ali
 qua, sententia præsidis bestijs
 addicta, quæ mecum in coram
 publicā populi caueam frequē
 taret. eius penè talem cogno
 ueram fabulā. Maritū habuit,
 cuius pater peregrè proficiscēs
 mandauit uxori suæ, matri e
 iusdem iuuenis, quod enim sar
 cina prægnationis oneratam
 eam relinquebat, ut si sexus se
 quioris edidisset fœtus, protin
 us quod esset editum, neca
 retur. At illa per absentiam ma
 riti, natam puellam, insita ma
 tribus pietate præuenta descia
 uit ab obsequio mariti, eamq;
 prodidit uicinis alumnādam.
 regresso que iam marito, na
 ram

puella coeuntem.
Publico spectaculo.] *ἡ δὲ ἀμειβία.*
Vxor mea.] ma-
tronam denotat,
quæ uxoris vicem
et locum apud a-
sinū impleuerat.
Bestijs addicta.]
ad bestias damna-

ta. Lucianus: *ἡ γυνὴ κατανύκτις δυνίσις ἀνοδονῆν.* id est,
mulier damnata est bestijs ad mortem. Iurisperiti tit. de
pœnis, inter genera pœnarum quibus præfides afficere
quenquam possint, enumerant damnationem ad bestias:
& (ut inquit Paulus) ad bestias damnatos favore populæ
præfides dimittere non debent. Publicâ caueam.] thea-
tri caueam intelligit, de qua Plautus: Ut conquisitores sino-
guli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Lu-
cianus dixit, *εἰς τὸ θέατρον.* In coram.] in conspectu pu-
blico. & ut inquit Lucianus, *παύρων ὀφθαλμοῖς.* id est, o-
culis omnium. Maritum habuit.] Inseritur tempe-
stiuiter hæc fabula, ad malas mulierum artes & scele-
ra demonstranda: cuius nulla apud Lucianum men-
tio, quæ narratione lepida & speciosa demulceat au-
res animosq; lectorum: & sicut pictoribus datum est
excurre in parerga, idem quoque ius plausibiliter con-
ceditur luculentis auctoribus, ut in parecbases, in egresso-
nibus, fauorabiliter exspacientur: qua in re propè exi-
mius est Lucius noster, qui fabellis intextis, & id genus
parergis reficit lectorem, nauseamq; discutiens omne ta-
dium

dium leuat. Sexus sequioris.] Id est, muliebris. Se-
 quior dicitur sexus, alius quam masculus, & deterior
 qualis in foeminis. nam & philosophi foeminam homi-
 nem imperfectam appellant. Necaretur.] olim Lyg-
 dus quoque Cretensis idem praecepit uxori, ut si foeminam
 pareret, eam necaret. sic enim inquit apud Ouidium: E-
 dita forte tuo si foemina pariu, uuitus mando, pietas te
 gnosce, necetur. Prae abstinencia.] Purior lectio est, &
 sincerior, per abstinenciam. Desciuit ab obsequio.] id
 est, supersedit facere quod iusserat maritus. Inrita pie-
 tate.] Matres fere omnes erga liberos sunt indulgentio-
 res quam patres, & maternus affectus in filios potentis-
 simus iudicatur. Prodidit.] tradidit. Alumnadam.]
 nutriendam, educandam, alendam. Flos aetatis.] iam,
 inquit, appetebat tempus nubendi, cum uiro thoris matu-
 ra esset, & annis nubilibus posceret maritum. Aristot. lib.
 7 Politicorum tradit, puellis anno aetatis octauodecimo
 nubere deberet, tanquam ea aetas matura uiro, & tempe-
 stiua sit. Mares uero circiter annos sex & triginta uxo-
 rem ducere debere censet: hoc enim tempore uigentibus
 corporibus iungentur. namq; adolescentulorum fictus im-
 perfecti sunt, & puella in puerperio difficulter anguntur,
 periclitanturq;. Auctor est Albertus Magnus, sperma, hoc
 est genitura ad sobolem progignendam tertio septenario,
 hoc est 21 anno, esse robustum atq; idoneum: antea inualidum
 & imbecillum. idem sic scribit in 9. de Animalibus: Matura
 est (inquit) ad concipiendum mulier 21 anno perfecto: quae
 prius concipit, immature concipit: ante tempus scilicet ma-
 turi seminis. Hesiodus uero maturitatem connubij esse dicit
 in uiro 30 annum, in puella 15. Pro natalibus.] pro digni-

tate familiae, pro facultatibus, et pro nobilitate claritateque natalium. Apud iurifconsultos titulus est de iure dotium, ubi scribitur. Vlpianus: Profecticia dos est, quae à patre uel parente profecta est de bonis eius. Lege Voconia antiquitus cautum est, ne quis census, hoc est pecuniosus haereditate relinqueret filiam. Eadem quoque lex sanxit, ne liceat mulieri plusquam dimidia parte bonorum suorum relinquere. unde quaestiones natae, et declamationes excogitatae subtiliter sunt. cum quidam duas mulieres dimidijs partibus instituisset haereditates, idque testamentum arguerent cognati apud germanos, non marito dotem, sed uxori maritus offerri. Graece dos dicitur *πρόξενον*. unde et iurifconsulti parapherna Graeco uocabulo appellat, quaecumque praeter dotem sponsae dantur: et paraphernica instrumenta dixit Sidenius, à matre puella tradita. Mar. Varro dotem à dando dici tradit, uel quia Graece dicitur *δοτήνη*, et ab Atticis *δοσις*. Quatuor in sponsis quaeruntur: forma probitas, nobilitas, et dos. Oppidò. Iualde. Caloris iuuenilis.] Diuus Hieronymus: Non Aethiopi, inquit, ignes, non Vulcania tellus, non Vesuuus, et Olympus tantis ardoribus aestuant, ut iuueniles medullae uis non plena, et dapibus inflammatae. Galenus quoque nobilissimus medicorum, refert puerorum, et iuuenum corpora infesto calore feruere. ideoque noxios illis esse cibos et atibus, qui calorem augeant: sanitatique conducere, frigida quaeque esu et potu sumere. sicut e contrario senibus, qui pituita laborant, et frigore, calidos cibos et uetera uinia prodesse. Portius Licinius festiuiter et uere hominem dixit esse ignem, illo uersu: Quæritis ignem, item huc quæritis: ignis homo est. Igitur merito timebat mater, ne filius ardore iuuenili concitatus, concumberet cum sorore per imprudentiam.

tiam: utpote quam sororem esse nesciret. Nescius nesciam.] ignarus ignaram. Plebeia facie tenuis.] id est, fronte & exteriore uultu humanitate quandam uiliorem uulgatioremq; ostendebat: cum mente & intra præcordia illam diligeret, ut sorore. ideo finxit se uelle domi recipere illam, tanquam uicinam destitutam uiduamq; opo, præsidioq; parentum, & indigam receptaculi: ut eam mox desponjaret contubernali & dilectissimam & ne soror indotata nuberet, ipse frater de suo peculio dotem dare destinauerat. De proprio.] de peculio suo. est enim peculium tam proprium filijfamilias, quam seruorum. Quod apud iurisperitos & oratores sæpe inuenies. Scribit Plin. simulachrum Cereris ex ære factum, ex peculio Spurius Cassij: quem regnum affectantem, pater ipse interemerat. Feralem fortunæ nutum.] Fortuna (inquit) nutu suo exitiali atq; pestifero hæc bene disposita respiciens, perturbauit omnia, & funditus euertit: cum suspicionem pellicatus immisisset in uxorem huiusce iuuenis, quem illa sororem molliter indulgenterq; nimis tractantem suspicata esse amatorem puellæ, ignara quòd soror esset. Riuallitas.] ægritudo est similis zelotypiæ, & æmulatio quædam, ex eo quòd altera quoq; potiatur eo quem ipsa solum habere concupiuerit. De riuallibus suo loco diximus. Propter hæc ipsa.] scilicet scelera, quæ mox enarrantur. Addicta.] damnata, adiudicataq; præsidis sententia. Amulam.] pellicem & concubinam. Succubam.] Antè dictum est, succubas incubasq; dici concubinas & pellices, quæ succumbunt & succubant in alienam uicem & iborum. Detestari.] execrari & maledicere. Coniuriscitur.] excogitat scelus.

Annulo mariti surrepto.] Annulis plurima scelera fiunt, ut scribit Plin. & plus annulis quàm nobis creditur. Rus profecto.] Legendum uidetur profecta: ut ad uxorem referatur, quæ profecta in agrum, illuc tanquàm in locum solitariū & sceleri accommodatiorem euocauerit sororem mariti, misso per seruulum annulo coniugali, cui tanquam certissimo testī illata crederet. Pessimè merētē.] Qui seruat fidem in flagitio & scelere, is de ipsa Fide pessimè meretur, quāuis alioqui fidelis semper extiterit: quā inter

Tale deniq; cōminiscitur facinor. Annulo mariti surrepto, rus profecta, mittit quendam seruulum, sibi quidē fidelem, sed de ipsa fide pessimè merentem, qui puellæ nūciaret, quòd eam iuuenis profectus ad uilulā uocaret ad sese: addito, ut sola & sine ullo comite, quàm maturissimè perueniret. & ne qua forrè nasceretur ueniendi contatio, tradit annulum marito subtractum, qui monstratus, fidem uerbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hæc enim nomen sola sciebat) respecto etiā signo eius quod osterebatur, gnauius ut præceptum fuerat incommirata festinat. Sed ubi fraudis extreme lapsa decipulo, laqueos insidiarum accessit: tunc illa uxor egregia, sororem mariti, libidinosæ furiaë stimulis efferata, primùm quidem nudam flagris ultimè uerberat. dehinc, quod res erat, clamantem quoque, quòd frustra pellicatus indignatione bulliret, fratrisq; nomen sapius iterantem,

rantem, uelut mentitam, atque cuncta fingentem, ritione candenti inter media foemina detruso, crudelissimè necauit. Tunc acerbae mortis exciti nuncijs frater & maritus, accurrunt, uarijsq; lamentationibus defletam puellam tradunt sepulturae. Nec iuuenis sororis suae mortem tam miseram, & quae minimè ut par erat illata est, quo tolerare quiuit animo: sed medullitis dolore comotus, acerrimaeq; bilis noxio furore perfusus, ex in flagrantissimis febribus ardebat, ut ipsi quoque iam medela uideretur esse necessaria. Sed uxor, quae iam pridem nomen uxoris cum fide perdiderat, medicum conuenit quendam notae perfidiae, qui iam multarum palmarum spectatus praetors, magna dextrae sua trophaea numerabat, eiq; protinus L. promittit festertia, ut ille quidem momentarium uenenum uenderet, illa autem emeret mariti sui mortem. quo conspectu, simulatur necessaria praecor.

○○

deas prisca coluerunt. scribit L. u. Numã Fidei sacra rã solene instituisse: cui flamines manu ad digitos usq; inuoluta, rem diuinam facerent: significantes fidẽ tuãdam, sedemq; eius in dextris sacratã esse. praeterea (ut in Catonis oratione est, & à M. Tul. proditur) fidẽ in Capitolio uicinam Iouis optimi maximi maiores nostri esse uoluerunt. de Iano Fidei mentio est apud Plautũ in *Aulularia*. Apud Silium inuocatio est Fidei his uersibus: Ante Iouem generata decus diuinãq; hominumq; iustitiae consors, tacitumq; in pectore numen.

5

numen.

numē. Iuuenis pro
fectus.] ita finge-
bat pfidiosissima
fœmina, maritū sci-
licet suū profectū
ad illā, solū euo-
care puellā, ut so-
la cū solo operare-
tur palastræ uene-
riæ. Cōclatio.]
bæsitatio & mo-
ra. Qui monstra-
tus.] Hodie quoq̃
annulum mittere
solemus, quotiens
eūque uolumus
nuncio nostro cre-
di, & fidē adhibe-
ri. Nomen.] id
est, sola sciebat eū
esse fratrem, & se
eius sororem.
Gnauiter.] sedu-
lō, strenuē, festi-
nanter. Inco-
mitata.] sola, si-
ne comitibus, de-
ductoribusq̃. La-
psa decipulo.] pe-
dica, laqueo, &

dijs leniendis, biling̃ subtrā-
hendæ illa prænobilis potio,
quam sacram doctiores nomi-
nant: sed in eius uice subditur
alia Proserpinę sacra saluti. Iāq̃
præsente familia, & inde non-
nullis amicis & affinibus, æ-
groto medicus poculum pro-
bè temperatum manu sua por-
rigebat. Sed audax illa mu-
lier, ut simul & consciū scele-
ris amoliretur, & quam de-
sponderat pecuniam lucrare-
tur, coram detento calice, Non
prius (inquit) medicorum opti-
me, non prius carissimo mihi
marito trades istam potionē,
quā de ea bonam partē hau-
seris ipse. Vnde enim scio, an
noxium in ea lateat uenenum?
quæ res utiq̃ te, tam pruden-
tem, tamq̃ doctum uirum, ne-
quaquam offendit, si religiosa
uxor, circa salutem mariti soli-
cita, necessariam affero pieta-
tem. Qua mira desperatione
truculentæ fœminæ repente
perturbatus medicus, excusa-
susq̃ toto consilio, & ob angu-
stiā temporis spacio cogitandi
priua-

priuatius, antequam trepidatione aliqua uel contatione ipsa daret malae conscientiae suspicionem, indidē de portione gustat ampliter, quam fidem securus adolescens, etiā sumpto calice, quod offerebatur hausit.

castibus. translatio à feris, quae decidunt in laqueos, et decipulis capiuntur. De excipulis & decipulis satis ac super in anterioribus. Egregia.]

ironicōs. Vlimē.] Quasi dicat, ad ulimum usq; cruciatum & lassitudinem. Quod frustra pellicatus.] Clamabat infelix puella, & inter clamandum asseuerabat se sororem esse, non concubinam illius mariti: & quod frustra ipsa ardesceret ob pellicatus suspicionem, quippe cum pellicatus nullus foret metuendus inter fratrem & sororem. Dicitur autē pellicatus, ut concubinarius: de quo iam diximus: & ait M. Tul. in 2 de Officijs: Ab ea est enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. Pellicationem Cato à pelliciendo dixit, quasi inuitationem quandam & illicium. Pellicator quoq; & pellax, qui inducit in fraudem, nominatur. Bulliret.] tumeret, ardesceret, & in flar bullientis aquae ferueret. In fermēto est, dixit Plaut. de focmina, quā intelligi uult tumescere, bullireq; ex indignatione & iracundia. Fratris nomē.] Hac cōmemoratione fraterni nominis, omnē iniuriā et atrocitatē à corpore suo propulsare sese posse confidebat: uidelicet sperās, quod cū ille audiisset eam esse sororem, quam pellicem suspicabatur, repente exueret omnem feritatem, & flagris depositis ad humanitatem reuocaretur. sic apud M. Tullium in Yerrinis: Cuius Romanus delegatus à Verre, & uirgis caesus, inter dolorē crepituq; plagarū hoc solū iterabat, Cuius

ROMANUS

Romanus sum: hac enim cōmemoratione ciuitatis, omnia se uerbera depulsurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur. Titione candente.] torre & stipite ignito ardescende. Inter fœmina.] inter fœmora & coxas: Aliubi annotauimus, fœmina propriè dici fœmora interiora, quæ equitatu atteruntur. Vnde elegans uocabulū Apuleianum, interfœmineum tegit: pro genitalibus muliebribus, quæ inter fœmina sunt collata, quod fœminal munditer quoq; nuncupatur. Bilis noxiō furore.] Græci choleram nominant, nostri bilem: notiore uocabulo græcō quàm latīno. Commune id stomachi atque intestinorum uitium est, ut auctor est Cor. Cel. in quarto: bilis supra infraq; rumpit, interdum alba, nonnunquam nigra uel uaria: & ut scribunt medici philosophiq;, multiplex est bilis siue cholera: nam & citrina, & uitellina, & rubra, & adusta memoratur. est & prasina, à uiridi colore dicta: cuius uiror prasij, hoc est marubij simillimus est: melancholica uerò, id est atra bilis in homine exuberans, gignit mentis alienationem, & ulcerum eruptionem, & alia pleraque generis eiusdem. Quidam atra bile erumpente, in morbum comitalem excidunt; alij attoniti fiunt. super qua re nobile extat Aristotelis problema. Plato in Timæo bilem morborum causam esse refert, malusq; ex noxia eius intemperantia gigni ualetudines plurimas: quæ cum expirat, extrinsecus uarios tumores producit: intrinsecus uerò cohibita, urentes edacesq; morbos plurimos procreat nomine bilis, crimen in mores quoq; transfertur: ut scribit Plinius. & pro excandescencia usurpatur, cum id uirus se fundit in animum. Nomen uxoris cum fide perdit.] Vxor, quæ in maritum perfidiosa est & in

& infida, atq; pestifera, nomen uxoris (quod sacrosanctū
 est) amittit, nec digna est ut uxor & coniunx nominetur.
 Palmarum prælijs.] Palma & trophæa perfidi medici
 sunt neces hominum: quas multi sub prætextu & nomine
 medicinae sanctissimi exercēt, pro salutifera potione mor-
 tiferam propinantes: qui uitæ nostræ, necisq; imperatores
 fiunt, quibus solis hominem occidisse summa impunitas
 est: cum nulla sit lex (ut Plinius uerbis utar) quæ puniat in-
 scitiam capitalem. A palma, quæ arbor uictoriæ dicata
 est, palmarium dictum: quod significat palma dignum.
 Quinquaginta sestertia.] Nulla ars fructuosior medicinā
 est. Celeberrimis medicorū ducta quinquaginta sestertia
 fuisse annua mercede apud principes, accepimus. hinc ait
 Plinius noster, quod antiqui medicinam damnabant ob
 quantum enormem, & precium immane. Momenta-
 rium.] præsentarium: quod subitariam mortem afferret,
 momentoq; necaret, cura cunctationem. Biliq; subtra-
 hendæ.] Simulat nequissima coniunx, uenenatam potio-
 nem esse medicamentum nobile, & saluberrimum ad bilem
 subtrahendam, qua maritus uexabatur, ita ut sub spe
 eie medelæ uenenum propinaret. Quam sacram nomio-
 nant.] Apud priscos potio hellebori principalis habebatur,
 & sacra, quæ trahit aluum, & bilem pituitasq;: cla-
 rum est Erophili præconium, qui helleborum fortissimi du-
 cis fortitudini æquabat. concitatis enim intus omnibus, ip-
 sum in primis exire. Aptissime datur in pulce, aut lacte:
 reddi post quatuor ferè horis incipit: totum opus septenis
 peragitur horis: medetur melancholicis, insaniētibus, lym-
 phaticis: item si exulcerata sint præcordia, uel tumeant
 alijsq; prope innumeris morbis. Duo hellebori genera: ni-
 grum,

grum, quod purgat per inferna: candidum, quod uomitione causis morborum extrahit. Latini ueratrum uocant. Sacram potionem uocant medici, sacram & diuinam, ab effectu, quæ cæteris præstantior est, & excellentior. Plinius tradit aureum poculum à medicis uocari potionem quandam ex fruce, & remediorum excellentiam. Hoc tempore petio ex rheupontico siue barbaro concinnata, dici potest sacra, qua nullam præstantiorem medici nouere: cuius meminit Ammianus Marcellinus. Græci φαρμακὸν θεῶν, pharmacon diuinum uocant: item alexipharmacon, ἀλεξίφάρμακον ἢ ἀλεξίφάρμακον, id est, purgatorium & medica ut præpollens. Suidas ait Alexipharmaca esse ἀλεξίφάρμακα, id est, medicamenta auxilioria. Est medicamentum nobile nomine Panchrestos, cuius M. Tul. & Plinius meminerunt: si uocabulum interpretaris, dici potest omnibus conducibile & bonum. Est inter medicamenta illud quoque celebre, quod Oporiscen uocant: quoniam ex pomis fit, quæ à Græcis ὀπωρίσκον appellantur. Alia Proserpinæ sacra saluti.] Potio ueneno perniciosa Proserpinæ merito sacra dicitur, propterea quod ad Proserpinam & Plutonem homines demittit. Poculum probe temperatum.] in quo scilicet uenenum præsentarium temperauerat medicus, non ad salutem ægroti, sed ad necem: prout cum uxore conuenerat. Ut conscium sceleris amoliretur.] ut de medio tolleret, & unâ cum marito perimeret medicum, qui sceleris huiusce conscius erat. Quam despoderat.] Quinquaginta scilicet sestertia, quæ medico promiserat. De tento calice.] Mulier iniecit manum poculo, in quo uenenum erat temperatum, ne prius à marito ebiberetur, quam medicus

medicus ipse prægustasset, ut ita una opera uterq; pariter tolleretur. *Hauferis ipse.*] ebiberis. Attende mulieris calidissimam astutiam, infandumq; commentum: quæ uno tempore maritum, medicumq; morte mulctat, sub prætextu affectionis conjugalis. *Excussus toto consilio.*] *Vetus proverbium est, gladiatorem in arena capere consilium.* & quod sub manu consilium nasci debet, sed frequenter, hoc accidit, ut homines repentinæ rei nouitate perturbati, impotes mentis fiant, & toto consilio excutiantur, ut sibi ipsis nequeant consulere: nec quæ conducibilia sunt, satis ualeant cogitare. iuxta illud: *Pauca omnem sapientiam exanimato expectorat.* Vel contatione ipsa.] Si contabundus medicus supersedisset gustare de potione, potuisset marito haberi suspectus, tanquam uenenum in ea noxium miscuisset, sicut reuera miscuerat. Sed ne uideretur tanti facinoris conscius, largè gustauit de potione mortifera: imitatus matronas illas Romanas, quæ uenena coquentes inuenta, cum ea medicamenta salubria esse contenderent, iussæ bibere, indidem largiter hauserunt, & ita epoto medicamento suamet ipsæ fraude omnes interierunt. *Gustant.*] *Lege gustat, scilicet medicum.* *Adolescens.*] *maritus ægrotus.*

Ad istum modum præsentis transacto negotio, medicus quæ celerrimè domum remeabat, salutifera potione pestem præcedentis ueneni festinàs extinguere: nec eum obstinatione sacrilega, qua semel cœperat, truculenta

Salutifera potione.] Antidotum significat, quod ad pestem ueneni extinguendum est potentissimū, idq; multiplex. Vinum aduersus cicutæ uenenum

nenum est efficax
remedium, cuius
natura excalescens
etoria, uim cicutæ
refrigeratoriã ex
pugnat: sed si in ui
no cicutã potã sit,
irremediabilis exi
stimatur. Medi
cus ergo festinat
domum, ut epoto
antidoto, salutife
raq; potione, ex
tinguat uim uenæ
in noxiã atq; pesti
ferã. Nec ungue
latius. J digitus
transuersus & un
guis latus usurpan
tur deceter ab au
etoribus, pro mi
nimo interuallo
& spacio. Plautus
in Aulularia, digi
tum transuersum
aut ungem latum
exceſſeris. M. Tul.
in Epistolis ad At
licum: A recta sen
ſentia ne digitum

mulier ungue latius à se disces
dere passa est: priusquam, in
quit, digesta potione, medici
næ euentus probatus appare
at. Sed ægrè, precibus & obsti
nationibus eius multū ac diu
fatigata, tandem abire concessit.
Interim perniciem cæcam
totis uisceribus furentem: me
dullæ penitus attraxerant: mul
tum deniq; saucius, & grauedi
tie somnolenta iam demersus,
domum peruadit ægerrimè.
uixq; enarratis cunctis ad uxo
rem, mandat saltè promissam
mercedem mortis geminatæ
deposceret. Sicq; elifus uiolen
ter spectatissimus medicus, es
fudit spiritum. nec ille tamen
iūuenis diutius uitam tene
rat: sed inter fictas menti
tastq; lachrymas uxoris, pari ca
su mortis fuerat extinctus. iãq;
eo sepulto, paucis intereclis
dieb. quibus feralia mortuis litan
tur obsequia, medici uxor pre
ciū geminæ mortis petens ade
rat. Sed mulier usq; quaq; sui si
milis, fidei supprimens faciem,
prætendens imaginem blandi
culæ

eulè respōdit, & omnia prolixè
 accumulateq; pollicetur, & sta-
 tutam præmium sine mora se
 redditurā cōstituit, modo pau-
 xillū de ea potione largiri sibi
 uellet ad incœpti negotij perse-
 cutionem, quod pluribus la-
 queis fraudium pessimarū
 uxor inducta medici facile con-
 sensit: & quo se gratiorem lo-
 cupletū forminæ faceret, propè-
 riter domo petita, totam pror-
 sus ueneni pyxidem mulieri
 tradidit: quæ grandem scelerū
 nacta materiā, longè lateq; cru-
 entas suas manus porrigit.

quidem transfusa
 sum. Item in Hor-
 tensio: Ab hac mi-
 hi nō licet trans-
 uersum, ut aiunt,
 digium discede-
 re, ne confundam
 omnia. Digesta
 potione.] Cupe-
 re se dicit trucu-
 lenta fœmina, ut
 tā diu maneat me-
 dicus, donec potio
 digeri incipiat, et
 effectu medico ue-
 ni atque uitalia
 permeant uentū

ostendat. Potio autem medicamenti dicitur digeri, quando
 diuiditur resoluiturq; per uenas & purgatiuā alioqui me-
 dicamenta non digeruntur: id est, non coquuntur. Scribit
 Aristoteles in Problematis, ideo medicamēta uim purgans
 di obtinere, quia concoqui nequeūt: etenim quæ ob exupe-
 rantiam frigiditatis aut caliditatis digeri non possunt, a-
 ptaq; sunt uincere, non uinci, ab animantium seruore hæc
 medicamenta habentur. ubi enim uentrem adierunt, reso-
 lutaq; sunt, statim ad uenas per easdem feruntur semitas,
 quibus permeat cibus: mox cum minimè concoqui potue-
 rint, sed uictrix persliterint potentia, relabuntur, quæ
 obstiterint secum detrahentia: quæ res *ladaptatio*: id est,
 purgatio nominatur. De resolutiuis medicinis scribit Gal-

lenus copiose. Aegra.] Legendum est ægrè: id est, uix,
 difficulter: ut sit aduerbium, non nomen. Obstinati-
 bus eius.] obsecrationibus: & ita uidetur legendum.
 Interdum.] Corrige, interim. Perniciem cæcam.] uim
 ueneni pernicialè signat, quæ occultè intra uiscera grassa
 batur, iamq; ad medullas uitaliaq; peruenerat: quod si-
 gnum est mortis intra corpus adactæ. Qui cicutæ ueneno
 enecantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis:
 sic Socrates (Platone teste) cum hausisset in calice tris-
 tum uenenum, cepit deambulare: mox cum interambu-
 landum crura iam grauari sentiret, iacuit resupinus,
 coeperuntq; pedes & crura sensim frigescere: cum uerò
 uis ueneni ad præcordia & uitalia peruenisset, decessit
 in hac uoce deficiens: Æsculapio gallum debemus, quem
 reddite, neque negligatis. Tertul. causam refert huiusce
 Socratici uoti ioculatoriam, sic scribens in Apologeticor
 Æsculapio gallinaceum profecari in fine iubebat, credo
 ob honorem patris eius, quia Socratem Apollo sapientis-
 mum omnium cecinit, O Apollinem, inconsideratum sa-
 pientiæ testimonium reddidit ei uiro, qui negabat deos es-
 se. Promissam mercedem.] Quinquaginta sestertia,
 quæ pro ueneno momentario audax mulier illa promise-
 rat. Mortis geminatæ.] ipsius scilicet medici, & mariti
 ti. Elisus.] cruciatus, tortus, suffocatusq;. Inter fictas
 lachrymas.] Flebat nequissima foeminarum, ut ita per la-
 chrymas uideretur ægro animo ferre mariti obitū, cuius in-
 ipsa causa extiterat: Lacrymæ aut uberrimæ sunt foemio-
 nis, & semper paratæ in statione: & cum frons, oculi, uul-
 tus persæpe mentiuntur, lachrymæ uerò sapissimè mentiū-
 tur, idq; in foemina potissimum. Quis.] quibus. Feras
 lia litan-

lia litantur obsequia.] Elocutio est ex Virgiliana imitatio-
 ne: Sacrisq; litatis Indulge hospitio. Proprie nõ sacra litan-
 tur, sed dij. Litare aut est, deos propitiare. De feralib. et no-
 uendialibus & parentalibus sacrificijs, quæ mortuis exhibe-
 bentur, relege quæ suis locis annotauimus. Vsq; quaque
 similis sui.] In omnibus actionibus, ubiq; locorum, ubique
 hominum perfidiosa, truculenta, scelerata, sibi constans
 in flagitijs, nec usquam desciscens à moribus suis nequis-
 simis scilicet, improbaq; natura. M. Tullius de Verre: Re-
 dyt ad se & mores suos: & cum laudabile sit in omni ui-
 ta seruare constantiam, hæc fœmina in flagitijs erat con-
 stantissima. Fidei imaginem.] ostentans se uelle pro-
 missam pecuniam cum fide persolucere. Blandiculè.]
 comiter, & blandè: aduerbium diminutionis. Prolis
 xè.] largiter & copiose. De ea potione.] ueneni scilicet
 presentanei, qua maritus medicusq; corruerant. Pro-
 periter.] citò, festinanter, properè. Veneni pyxidem.]
 Medicorum tituli (ut inquit Lactantius) remedia ha-
 bent, pyxides uenena. pyxis illa Cæliana notissima est ex o-
 ratione M. Tul. Cruentis manus.] Irritata semel im-
 probitus modum non habet, finis unius sceleris gradus est
 futuri. Stare loco nescit mens mala, mulier truculenta ma-
 nus sanguinarias porrigit ad alios quoq; neces infandis, à
 ueneficio ad ueneficium profiliens.

Habebat filiã paruulã de ma-
 rito quẽ nuper necauerat, huic
 infantule & leges necessariã pa-
 tris successione deferrent, su-
 stinebat ægerrimè; inhiansq;

Quod leges suo
 cessionem patris
 necessariã.] Hæ-
 redes aut necessa-
 ry dicuntur, aut sui
 & necessarij; aut

extranei. *Hæredes necessary* sui sunt, ueluti filius filiaue, nepos neptis uel ex filio, et deinceps cæteri.

Liberi, qui in potestate morientis modò fuerunt, sui hæredes ideo appellantur, quia domestici hæredes sunt. *Necessary* uerò ideo dicuntur, quia omnino, siue uelint, siue nolint, tam ab intestato quam ex testamento, ex lege 12 Tabularum hæredes fiunt. *Cæteri*, qui testatoris iure subiecti non sunt, extranei hæredes appellantur: ut copiosissime scribunt iuris consulti. Proinde successio necessaria intelligitur eorum hæredum, qui

toto filia patrimonio imminet, & capiti. Ergo certa, defunctorum liberorum matres sceleratas hæreditates excipere, talem parentem præbuit, quam exhibuerat uxorem: prandioque commento pro tempore, etiam uxorem medici simul & suam filiam ueneno eodem percutit. Sed paruulæ quidem tenuem spiritum, & delicata ac tenera præcordia conficit protinus uirus infestum. at uxor medici, dum noxijs ambagibus pulmones eius pererrat, tempestas derestabilis potionis, primum suspicata quod res erat, mox urgente spiritu iam certo certior, contendit ad ipsam præsidis domum, magnaque fidem eius protestata clamore, & populi concitato tumultu, utpote tam immania detectura flagitia, efficit statim sibi simul & domus & aures præsidis patresferent. Iamque ab ipso exordio, crudelissimæ mulieris cunctis atrocitatibus diligenter expositis, repente mentis nubilo turbine correpta, semihiantes adhuc

huc compressit labias, & attritu dentium longo stridore red dito, ante ipsos præsidis pedes exanimis corruit. Nec ille, uir alioquin exercitus, multiforme facinus execrata ueneficæ dilatione languida passus marcescere, confestim cubicularijs mulieris attractis, ui tormentorū ueritatē eruit: atq; illā minus quidē quā m merebat, sed quōd dignus cruciat⁹ alius excogitari non poterat, certē bestijs obijciendā pronūciauit.

necessarij sunt: ut filius & filia, lex tamen Voconia, quā Voconius tulit, cuius suprà meminimus, statuit, ne quis census, hoc est pecuniosus hæredem relinqueret filiam. Lex quoq; 12 Tabularū ad cōstricto iure utebatur, proponēs masculorum progeniem, ut femini

ni sexus necessitudinem expelleret: quod postea emendatum est. Sustinebat ægerrimē.] ægro animo, molestoq; ferebat, quōd leges deferrent filia patriam hæreditatem. Inbians.] auidē cupiens, desideransq;. Dicimus inbicio hanc rem, et huic rei. Statius: Fraternos inbiantem obitus. Cor. Tacitus: Pariter hortis inbians. Captu.] Legi potest capitū: ut exponas, imminebat uitæ capitiq; puellæ. Hæreditates accipere.] Diuus Claudius matri ad solatium liberorum amissorum legitimam eorum detulit hæreditatem. Postea autem senatuscon. Tertul. cautum est, ut mater ingenua trium liberorum ius habens, ad bona filiorum filiarumq; admittatur intestatorum mortuorum. Talent parentem præbuit.] Qualis uxor fuerat in maritum, perniciosa scilicet & perniciosa: talis quoque parens, id est, mater in filiam, parricida exhibetur, & uenefica.

Prandio cōmento.] cum prandiū sese parare simulasset,
 ex temporis occasione. Paruulæ tenuē spiritum.] Infan-
 tula statim ueneno succubuit, cuius corpus delicatū & uita-
 lia inualida erāt, & mollicula aduersus uim ueneni gras-
 santis, seuiētisq; circa præcordia: quæ à Græcis phrenes
 dicuntur, quæ & exta nuncupant; de quibus suo loco plu-
 ra. Galenus quinto de Interioribus uolumine docet, Dia-
 phragma dici phrenas, ex eo quod propter apostema dia-
 phragmatis gignatur phrenesis. Aristoteles præcordia di-
 ci autumat phrenas, à mente & prudentia, quæ græcè di-
 citur φρήν. subtilitas enim mentis (ut inquit Plin.) præ-
 cordijs accepta fertur. Ambagibus.] Ambages noxias
 appellat, discursus ueneni exitiales, meantis per interue-
 nia, & uitalia populantis: quod dum per uiscera digerit-
 tur, circuitu quasi quodam pestifero implicat hominem.
 Pulmones eius, &c.] pluraliter ueteres dici pulmones
 uoluerunt. Plaut. in Curgulione: Pulmones distrahuntur,
 cruciatur iecur. M. Tul. in 2 de Natura deorum; In pul-
 monibus inest rarietas quædam, & assiduis spongijis mol-
 litudo ad hauriendum spiritum aptissima. Libro Rbetori-
 corum ad Herennium quarto, ubi agitur de exornatio-
 nibus, inducitur hoc exemplum; Anhelans ex imis pul-
 monib. præ cura spiritus ducebatur; Hic, inquit, unus pul-
 mo intelligitur. Græcè πνεύμων dicitur pulmo, πνεύματι
 uitium pulmonis: unde pneumonici à Plinio, Celso & cæ-
 teris dicti, qui uitio pulmonis afficiuntur: quos latino uo-
 cabulo pulmonarios dici posse, testis est Columella: à quo
 ouis pulmonaria scitè & decenter appellatur, pulmonis
 morbo cōsuetat a. Officina spiradi est pulmo: ideoq; dixit
 poeta, Spiramenta animæ. Philosophi pulmonem flabel-
 lino

lum cordis nominant, & uenilabrum, quo calorem cordis refrigerari necesse est. Omnia quæ spirant (auctore Aristotele) habent pulmonem: ideoq; piscium nulli pulmo inest, quoniam non spirant, sed pro eo branchias obtinent. Quæ in re Plinius noster ab Aristotele alacriter dissentit, asserens uice pulmonis inesse posse alia spirabilia uiscera. Suidas refert, neque entoma, id est insecta: neq; ostracoderma, id est, testacea: neq; malacostraca, id est, mollia respirare. Urgente spiritu.] anhelitu & respiratu, cuius officina & domicilium est pulmo. Præsidis.] Præsidis nomen generale. & omnes prouincias regentes, præsides appellantur. Proconsulis appellatio specialis est, auctor Marcianus iuriconsultus. Protestata fidem.] pro testimonio palam implorans præsidis auxilium. fidem enim pro auxilio poni, notissimum est. Aures patefierent.] Quando dira & infanda nunciantur, solent domus principum auresq; patefieri. Præterea præsidi obseruandum est, ut in adeundo se facilem præbeat, ne potentiores uiri humiliores iniurijs afficiant. Cunctis expositis.] Pro uerbiu græcum est, *λεπὰ ὑβὴ δὲ δάσκατος*: id est, brassica bis repetita in cænam mors est. quo significatur, iterationem eiusdem rei esse odiosam. unde Lucius noster fastidio parcens, ne iterum ante dicta renarret, scitissime dixit: Cuncta diligenter fuisse exposita ab uxore medici moribunda. Homerus tamē frequenter repetit uersus eosdem, & narrationes. Turbine correpta.] Turbinis in tempestate motum uertiginosum esse, & in orbem circumactum, sciunt omnes: & docet Seneca libro septimo quæst. naturalium. Ab hoc turbine, qui colunæ modo circumagentis se uoluitur, uertigo capitis haud absurde turbo appellatur. Græco uerbo

medicis usitatissimo scotomias appellant obtenebrationes,
 ac nubila mentis, capitisq; uertigines. Semibiantes la-
 bias, inter loquendum semiapertas. Indicat enim, medio
 sermone sceminam exanimem corruisse, ore semipatulo.
 Stridore reddito.] Expressit habitū expirantiū, ex crucia-
 tu tabifici ueneni. Stridor dentium ex iracundia fit, &
 ex dolore. Hinc Seneca inter irascentiū signa posuit, strī-
 dorem dentium inter se arietatorum. I. iuius quoque indi-
 gnantem, dolentemq; Hannibalem intelligi uolens, sic scri-
 psit: Fremens, fremens, gemensq;, ac uix lachrymis tempe-
 rans, dicitur legatorum uerba audisse. à Virgilio quoque
 dictum est, dentibus infrendens, Infrendere proprie est,
 dentes irascendo quaterere: unde infrendes dicuntur pue-
 ri, sine Dentibus, qui frendere non possunt. Exanimis.]
 mortua, extincta: interdum ponitur exanimis pro exani-
 mato, & perturbato, ut ante dictum. Exercitus.] ex-
 citatus; diutina scilicet exercitatione, quæ præsidēs fa-
 cit experientissimos, gnarissimosq; rerum humanarum.
 Contra inexercitus ponitur pro inexercitato & torpen-
 te. Epicurei (ut inquit Tertullianus) deum ociosum esse &
 inexercitum asseuerant. Multiforme facinus.] quo
 maritum, medicum, filiam, medici uxorem, multos deniq;
 necauerat. Dilatione marcescere.] Sæpe ex dilatione, pro
 crastinationeq; negocia refrixerunt: ideoq; in manifestis
 maleficijs omnis dilatio tollenda est, confestimq; in sono-
 tes animaduertendum, quorum scelera moram non patien-
 turi alioqui nihil per impetum faciendum esse, præcipiunt
 auctores. Vnde & illud poeticum memoratu dignum: Da
 spacium requiemq; moræ, male cuncta minidirat impe-
 tus. Scitu annotatuq; digna est Theodosij imperatoris
 historia,

historia, qui ob militem impetu populi Thessalonicensis fa-
rentis extinctum, repentini nuncij atrocitate succensus,
obtruncari passim prout quisq; occurrisset gladio iussit. Ob
hoc cum à sacerdotibus argueretur, agnouit delictum, cul-
pamq; cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam e-
git. Quinetiam legem sanxit in posterum, ut sententiæ prin-
cipum super animaduersionem prolatae, in diem trigesima-
mum ab executoribus differrentur, quo locus misericordiae,
uel (si res tulisset) pœnitentiæ non periret. In tormen-
torum.] Minuulus error, qui tamen lectorem posuit offen-
dere. est enim legendum, ut tormentorum: id est, uiolentia
& cruciatu. Diuus Augustus, in criminibus uestigandis nõ
esse à tormentis incipiendum constituit. Epistola quoq; di-
ui Hadriani ita se habet: Ad tormenta seruatorum ita demum
uenire oportet, cum suspectus est reus, & alijs argumentis
ita probationi admouetur, ut sola cõfessio seruatorum deesse
uideatur. Rescripto quoq; eodẽ Hadriani illud expressum
est, à suspectissimo incipiendum esse, & à quo facillime
posse uerum sciri iudex crediderit. Cruciatu alius excogi-
tari.] Draco Atheniẽsis nomothetes, hoc est legum condi-
tor, pœna capitis puniendos esse sanxit fontes, ex quacunq;
uel leuicula noxa: adeo ut qui holera aut poma surripuis-
sent, eos capite mulctauerit. Quin olim rogatus, quamob-
rem plurimas iniuriarum supplicio capitali plectendas sta-
tuisset: respondisse dicitur, se parua quidem delicta morte
digna censere, magnis autem maiorem pœnam inuenire
non posse. Vnde Demades sciẽte dixit, Draconis leges non
atramento, sed sanguine scriptas esse: quæ paulo mox ob-
acerbitatem tacito illiteratoq; Atheniensium consensu ob-
literatae sunt.

Publicitūs.] pu-
blice: aduerbium
est. Matrimo-
nium confarratu-
rus.] Tribus mo-
dis apud antiquos
uxor habebatur,
ut ait Boethius in
commentarijs To-
picorum: usu, far-
re, coëptione. sed
confarreatio solis
pontificibus con-
ueniebat. erat autē
solennitas quaedā
uinculi maritalis,
qua nouæ nuptiæ
farreum præfere-
bant: sic enim cibi
genus ex farre fa-
ctum nuncupant.
Plin. in 18. Quin-
tē in sacris nihil
religiosius cōsara-
tionis uinculo e-
rat, nouæq; nuptiæ
farreum præfere-
bant: auctor est
Dionys. alicarnas-
sens lib. antiqui-

Talis mulieris publicitūs ma-
trimonium confarraturus, in-
gentiq; angore oppidō suspen-
sus, expectabā diem muneris,
sæpius quidem metu mortem
mili uolens consciscere, prius-
quā scelerosę mulieris cōragio
macularer, uel infamia publici
spectaculi depudescerem. Sed
priuatus humana manu, priua-
tus digitis, ungula rotūda atq;
mutila gladiū fringere nequā
quā poterā. Planē tenui specu-
la solabar clades ultimas, quōd
uer in ipso ortu iam gemmu-
lis floridis cuncta depingeret,
& iam purpureo nitore prata
uestiret, & commodū diru-
pto spineo tegmine spirantes
cinnameos odores promica-
rent rosę, quæ me priori meo
Lucio redderent. Dies ecce
muneri destinatus aderat, ad
conseptum caueę prosequen-
te populo pompatico fauore
deducor. Ac dum ludicris sce-
nicorum choreis, primitiæ
spectaculi dedicantur, tantis-
per ante portam constitutus,
pabulum latissimi graminis,
quod

quod in ipso germinabat aditu, libens affectabam, subinde curiosos oculos, patente porta spectaculi, prospectu gratisimo reficiens. nam puelli puellæq; uirenti florentes ætatula, forma conspicui, ueste nitidi, incessu gestuosi, Græcanicam saltantes pyrrhicam, dispositis ordinatibus decoros ambitus inerabant, nunc in orbe rotarum flexuosi, nunc in obliquam seriem connexi, & in quadratum patorem cuneati, & in cæteræ dissidium separati. At ubi discursus reciproci multinodes ambages tubæ terminalis cantus explicuit, alueo subducto & complicitis siparijs scena disponitur.

tatum 2. legitima matrimonia in priscis Romanis nominata esse farreacea, à communicatione uidelicet farris, qui cibus Latii primus fuit, & sicut Græci hordei primitias in sacris dabant, ita Romani uetustissimum farputantes, ex eo sacra prisca potissimum conficiebāt. Vxores quoq; coniunctione farris alimenti uiris sociari uoluerunt. Ex hoc uetustissimo ritu sciēter die

xit Lucius noster, matrimonium confarraturus pro copulaturus, uinculo quasi confarrationis. & ita alludens ad priscorum uerba & doctrinam, simpliciter intelligi uult, sieminam publicè destinatam quasi uxorem asino, quæ publico spectaculo cum asino perinde ac uxor cū marito concumberet. Econtrario dicitur diffarratio, cōnubij inter uirum & uxorem dissolutio, à diffarratione, quod genus sacrificij adhibito libo farreo fit in dissolutione
matrimo

matrimonij. & sicut confarraturus matrimonij dicitur, pro facturus, copulaturusq;: ita e contrario dici potest eleganter diffarraturus, pro dissoluturus connubium. *Opipidò suspensus.*] ualde suspensus, anxiusq;. *Diem muneris.*] diem publici spectaculi. *Scelerosæ mulieris.*] Scelerosus est multorum scelerum, sceleratus unus. Scelerosus proprie auctor est sceleris: sceleratus, in quo scelus sit constitutum. scelerosus accusatio personæ est, prout docet Donatus, exponens illud Terentianum: Vbi ego illum scelerosum, miserum, atq; impium inueniam? Nigidius Figulus, homo (iuxta M. Varronem) doctissimus, hoc inquit: inclinamentum in osus significat copiam quãdam immodicam rei super qua dicitur: idcirco in culpam cadit, ut scelerosus meritiò dicatur, qui immodicis multisq; sceleribus est cooperatus. *Depudescerem.*] erubescerem, uel pudorem deponerẽ. Hieronymus: Nõ depudescio infelicitatis meæ, quin potius plango me non esse quod fuerim. Depudescere est exuere pudorem, ut apud Ouid. Depudui, profugusq; pudor sua signa reliquit, Hic enim particula De, modò intentionem significat, modò diminutionẽ. *Ungula rotus.*] talis est asinorum unguia. Sunt asini ex illo animalium genere, quæ Græci monycha uocãt: hoc est, solidipeda. *Mutila.*] trunca, sine digitis. *Tenui spe.*] pusilla specula est enim specula diminutiuum, ex spe factum. ueteres dixerunt speseres pluraliter, quod liquet illo uersu Binniano: *Speserosi speseres quicquam prodesse potis sunt.* *Gemmulis floriri.*] Gemmas, & diminutiue gemmulas, dicimus oculos uitis. Inde apud Columellam malleoli & palmites uitiginei bigemmes & trigemmes, à numero gemmarum appellatur. Quintil. in 3. de translatione scribẽs: *Necessitate* (inquit)

(inquit) rustici dicunt gemmam in uitibus. quid enim dicerent aliud? & sitire segetes. Plin. quoq; in 17. Hæc uocatur in uite gemma, cum illi cesspitum facit. Idem auctor est, densitatem gemmarum fertilitatis indicium esse. Hinc uerbum est gemmare, & gemascere, quod significat gemmas parere. Huiusce gemmæ uitigineæ meminit & Ouid. illo uersu: Et noua de grauido palmitæ gemma tumet. præterea nomine gemmularum flores significantur, quibus tanquam gemmis uerno tempore cuncta pinguntur, & præta uestiuntur. Flos enim (ut Plinij uerbis utar) est pleni ueris indicium, & anni renascentis: flos gaudium arborum. tunc se nouas, aliasq; quàm sunt ostendunt: tunc uarijs colorum picturis in certamen usq; luxuriant. Commodum.] tunc tunc, iam iam, ipso eodemq; tempore: aduerbium, ut sæpe dictum. Dirupto spineo tegmine.] Rosa nascitur. spina germinat: omnis primo inclusa granoso cortice, quo mox intumescente paulatim rubescens debiscit, ac sese pandit. celeberrimas rosas Prænestinam & Campanam antiqui dixerunt: addidere alij Miliesiam, cuius sit ardentissimus color. una est quam centifoliam uocant, à numero foliorum: præcox Campana est, sera Milesia: odoratissima sunt rosæ, & (ut inquit Aristoteles in problematis) ὁ δὲ μὲν ῥόδου ἀπὸ τῆς ἰσθμίου. id est, rosæ odor semper suauis est. Unguenta diuulgata (Plinio teste) maxime constant rosæ: à quo unguentū quoq; rhodinon appellat: Græcè enim ῥόδου dicitur rosa. Promicarent.] prorumperent, purpurarentq;. Muneri.] spectaculo gladiatorio. Cauea.] scilicet theatralis: de cauea supra diximus. Scenicorum choræis.] histriones, qui scenici dicuntur, primi ceperunt in teatro fabulas agere, & uoluptate histrionica spectant.

spectatores allicere. Aristoteles Dionysiacos technitas uo-
 cat scenicos, qui magna ex parte improbis moribus esse
 consueuerunt. Tantisper.] interea. Ante portam.]
 uidelicet spectaculi. Pabulum libens affectabam.] Su-
 pra diximus, ex Heracliti sententia, pabulum asinis iucun-
 dius esse quam aurum. Subinde.] frequenter, identidē.
 Curiosos oculos.] Vbiq; curiositatem sibi ingenitam fu-
 isse significat. Prospecto.] Nitidior lectio est, prospe-
 ctu. Reficiens.] recreans, Puella.] aliubi pluri-
 bus in locis annotatum est, puellos dici à ueteribus pueros:
 sicut pueras puellas. Virēi atatula.] M. Varro: Prope-
 rate uiuere pueræ, quas finit atatula ludere, id est, amare,
 & Veneris tenere bigas. Describitur autem saltatio ludi-
 cra & uoluptuaria, cuius aspectu oculi merito reficieban-
 tur. Incessu gestuosi.] Saltatores pueri in ludo saltato-
 rio tripudia agentes, eleganter dicuntur incessu gestuosi,
 quippe qui gestu multiplici ad modulos musicos mouean-
 tur. A. Gel. manus Hortensij oratoris inter agendum ar-
 gutas admodum & gestuosas fuisse prodidit. De gestu o-
 ratorio copiosissime Quint. in 11. Græcicam saltan-
 tes pyrrhicam.] In primo Sueton. commentario affa-
 tim annotauimus super pyrrhica, quam Pyrrhus in Cre-
 ta primus inuenit. Strabo in 10. refert, pyrrhicam reper-
 tam fuisse à Pyrrhico, pro iuuenibus ad disciplinam mi-
 litarem exercendis. cui subscribit Solinus hisce uerbis:
 Pyrrhico repertore equestris turma creata, prima docuit
 lasciuus uertigines implicare: ex qua disciplina bellicæ
 rei usus datus. Plato quoque lib. 7 de Legibus, pyrrhicam
 saluationem scienter graphiceq; perscribit, ostendens sal-
 tationem bellicam recte Pyrrhice uocari: cuius motus
 à pas

à pacifico longè diuersus sit. & fermè omnes scriptores in
 hunc concinunt, ut pyrrhicam saltationem esse armatam
 memorent: quam Græco uocabulo enopliã uocant. Cuius
 meminit & Dionysius Halicarnassens 7 Antiquitatum uo-
 lumine. Lucius uerò noster græcicæ pyrrhicæ appella-
 tione intelligi uult tripudium saltatorium, ac gesticula-
 torium, delicijs uoluptatibusq; meracissimis accommoda-
 tissimum. Illud hoc loco addendum est, pyrrhicos dis-
 ci saltatores pyrrhicæ, quorum mentio fit ab Vlpiano tit.
 de pœnis. Ambitus inerrabant.] circuitus & uertigi-
 nes quales in ludo saltatorio subinde conspiciuntur. Mi-
 Tul. probro dat Gabinio, quòd saltatorium uersaret or-
 bem. Obiter annotandum, apud rhetores ambitum dici pe-
 riodon siue circuitum, cui plurima nomina dat Cicero. A
 periodo febres periodica à Plinio, Galeno & cæteris di-
 ctæ, quæ certo circuitu siue ambitu reuertuntur: quales
 tertianæ sunt, & quartanæ. in Gymnicis certaminibus
 periodon uicisse dicitur, qui Pythia, Isthmia, Nemea, O-
 lympia uicit, à circuitu eorum spectaculorum. & ma-
 ximum hoc decus erat hieronicarum, hoc est uictorum in
 sacris certaminibus, uicisse periodo. In quadratum pa-
 torem cuneati, & in cateruæ.] Eleganter exprimitur for-
 ma pyrrhicæ saltationis, quæ modò orbiculata rotundi-
 tate circumagitur, modò obliqua serie per manus conne-
 ctitur, modò ad effigiem cunei figuratur. Patore, hoc est
 apertura, hiatusq; quadrato. Cuneum dici instrumentum
 ad ligna scindenda accommodatum, nullus ignorat. Item
 in theatris ordines, unde cuneatū theatrum dictum. Alibi
 quoque annotauimus, cuneum uocari globum militarem,
 quem simplicitas militaris porcinum caput appellat: cuius
 prima

prima pars angustior, deinde latior procedit, & hostium ordines perfrangit. Excuneati uocabulo Apuleiano deceter dicti, qui in cuneo theatri sedendi locum non habent, quasi extra cuneum exclusi. Discuneate à Plinio conchæ dicuntur, quasi in cuneo diductæ, patefactæq;. Cuneati, qui in cuneo dispositi sunt, & cunei figuram representant. Plinianum uerbum est Cuneatur, pro eo quod est in cunei formam restringitur. Cuneatior figura dicitur à Lilio per uocabulum comparatiuum. Disidium.] In saltatione ex disciplina saltatoria hoc per sepe fit, ut quodam quasi disidio saltatores ab inuicem diungantur, dissepanturq;, mox paulo manibus connexi conserti copulantur. In transcursu omittendum non est, quod restim ducere in tripudijs dicuntur chori puerorum puellarumq; manu conserti. Quod intelligi uoluisse Terentium minime ambigimus, sic scribentem: Tu inter eas restim ductitans saltabis. A quibusdam uidetur id esse natum ab eo fune, quo introductus equus ligneus in Troiam ductus est, cum connexis manibus funem chori saltantes ducunt, de quo Virg. Eum nemq; manu contingere gaudent. Nos uero simpliciter id dici putamus, cum hodieq; conserti saltatores manibus connexi restim ducere dicantur in tripudio. Lilius lib. 27, hanc restem saltatoriam signat his uerbis: Per manus restite data Virgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Multinodes ambages.] circuitus saltatorios & uertigines multinodes eleganti epitheto appellat, à non datis manibus, chori puellarum, puerorumq;, qui nodo quasi quodam connexi sunt, & conserti inter se, diu motu pedum brachiorumq; gesticulatione discursant. Tubæ terminalis cantus.] Tuba signum datum esse significat, quo gestuos

gestuosa pyrrhica terminaretur. Cantus enim tubæ terminalis dicitur clangor, quo terminus imponitur tripudio & saltationi. Virg. Martemq; accendere cantu. Alueo subducto.] Corrige, aulæo. est enim sensus: Post peractam pyrrhica saltationem subducta aulæa sunt, & uela scenica complicata, ut apparatus fabulæ in scena dispositus uiseretur. est enim mos, ut in actione fabularum theatricarum aulæis cuncta contegantur, post quæ histriones in opero consistunt: mox cum tempus est agendæ fabulæ, aulæa subducuntur, & in propatulo omnia conspiciuntur. Scribit Porphyrio, quando ludi scenici dabantur, quod aulæa suspendi solebant, quæ in fine ludorum deponerentur. ex quo ritus est illud Horatianum: Si plausoris eges aulæa manentis, & usque Sessuri. Siparijs complicatis.] uelis scenicis complicatis, contractis que. Sic & in primo: Siparium scenicum complicato. ubi ab uno de de siparijs:

Erat mons ligneus, ad instar inclyti montis illius quem uates Homerus Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica, confitus uiretis & uiuis arboribus, summo cacumine de manibus fabri fonte manante fluiualis aquas eliquans. capellæ paucullæ tondebant herbulas, & in modum Paridis Phrygiæ pastoris in barbaricis amiculis humeris defluentibus, pul-

Erat mons ligneus.] Extat libellus Luciani qui inscribitur de uergitio, id est, iudicium de arum, ubi luculenter hoc totum Paridis iudicium explicatur, quod in hoc loco Lucius noster in spectaculo publico actum esse des-

scribit

scribit. Mytholog
gi finxerunt tres
deas, id est Miner
uam, Iunonem, et
Venerē, de formo
sitate certantes: cū
Mercurius pomū
ad Paridem iussu
Iouis detulisset, iu
bens ut malam il
lud caperet, darēt
que pulchriori. Pa
ris curiose specta
uit deas, audiuitq;
pollicitationes sin
gularum: mox po
mum Veneri, qua
si calculum uictō
riæ dedit. Ferunt
autem id malum
fuisse aureum siue
inauratum, & in
eo inscriptū: Hoc
munus formosior
habeto. Philoso
phi, quod & Eul
gentius memorat,
moraliter id in
terpretantes, tri
partitam homi-

chrē indusiatus adolescens au
rea tyara contexto capite, pe
cuarium simulabat magiste
rium. Adest luculentus puer
nudus, nisi quōd ephēbia chla
myda sinistrum tegebat hume
rum, flauis crinib. usquequaq;
conspiciuus, & inter comas e
ius aureæ pinnulę cognatione
simili societate prominebant,
quem caduceum & uirgula
Mercurium indicabant. Is sal
tatoriē procurrens, malumq;
bracteis inauratum dextra ge
rens, ei qui Paris uidebatur
porrigit, quæ mandaret Iupi
ter, nutu significans: protinus
gradus citulē referens, è con
spectu facessit. Insequitur pu
ella uultu honesta, in deæ Iu
nonis speciem similis: nam &
caput stringebat diadema can
dida, ferebat & sceptrum. Irri
puit alia, quam putares Miner
uam, caput contexta fulgenti
galea, & oleagina corona tege
batur ipsa galea, clypeū attol
lens, & hastam quatiens, &
qualis illa cum pugnat. Super
has introcessit alia uisendo de
core

core præpollens, gratia coloris ambrosiei, designans Venerem. qualis fuit Venus, cum fuit uirgo, nudo & intecto corpore perfectam formositatem professa, nisi quod tenui pallio bomicino inumbrabat spectabilem pubem, quam quidem laciniam curiosulus uentus satis amanter nunc lasciuiens restabat, ut dimota pateret flos ætatulæ: nunc luxurians aspirabat, ut adhærēs presulè, membrorum uoluptatem graphicè laciniaret. Ipse autem color deæ diuisus in speciem, corpus candidum quod cælo demeat, amictus cæruleus quod mari remeat.

nis uitam esse discerunt: theoreticam, practicam, philargicam: id est, contemplatiuam, actiuam, uoluptuariam. nomine Minerua contemplatiuam significari, actiuam Iunonis, uoluptuariam Veneris. quarum iudicium ad hominem transfertur, cui liberum deligendi debetur arbitrium, ut ipse quam uitam sectari maxime uelit, contemplatiuam

an actiuam, an uoluptuariam, pro arbitrio eligat. Eligitur autem pastor iudex, qui ad uoluptatem magis, libidinemque uisus intorqueat, quam ad uirtutem, quam Minerua, aut ad diuitias, quas Iuno promittit. Sed ut domum repedemus, docet Lucius noster, in fabula hac representanda, montem ex ligno in scena instructum esse, ad Idam significandam, in qua iudicium hoc peractum est. Idæum cecinit, sublimi instructus fabrica.] Idæmons est in Phrygia præconio Homeri nobilis, cuius cacumen Gargara appellant, de qua satis multa

Strabo in 13. quam ait ab Ida, quæ in Creta est, nomen accepisse. Consitus uiretis.] In scena effinguntur urbes, montes, & loca, quibus res quæ agitur ex argumento fabulæ confecta memoratur. Sic apud Plautum in Amphitryone, Thebæ: in Captiuis, Ætolia: in Menechmis, Epidaurus fabricantur. Vireta autem dicimus, uirentiæ & uiriditatis plena. Virg. Deuenero locos lætos, & amœna uireta Fortunatorum nemorum. Homerus Idam uocat *ἰδαία*, *ἡν ἰγὰ δὲ πῶρ*. id est, multorū fontium & ferarum parentem. Strabo in 13. Multifontē propriè dici autumat, propter fluminum multitudinem, ex ea profluentium. Vbi autem rigua sunt, ibi species herbescentiis uiriditatis spectari solet. Aliàs pro uiretis, directis legitur. De manib. fabri.] Architectus ita montē Idā in scena fabricauerat, ut ex fontibus aqua fluuiales manare uiderētur. Capellæ tondebant herbulas.] Peculiare caprarum est, ut fronde magis quàm herba uescantur: ideoq; caprinū lac stomacho accommodatissimum creditur. Capras à carpendo dictas, auctor est M. Varro: qui ait, saluam capræ uenenum esse fructus oleacei: oleamq; quam lambat capra, sterile scere. Phrygi.] Inscitia impressorum factum est, ut pro Phrygi, quod nullus ignorat, Phrygi imprimeretur: quæ dictio cassa est, & futilis, & iure Latij penitus exclusa. Barbaticis amiculis.] Phrygijs uestimentis. Amiculatos dicit Solinus, uestitos amiculo. Phryges Idæi inuenerunt uestes acu ficere, ideoq; Phrygiones appellati sunt earum uestiū artifices. de quibus Plautus: Pallam ad phrygionem defert confecto prandio. Hinc ductum, opinor, est uocabulum uernaculum Phrygium, pro ornatu uestimenti, magisterio phrygionis concinnato, & arte confecto. Virg. expressit

prestitit barbaricum id genus amiculum, illo uersu: Pictus
 acu tunicas & barbara tegmina crurum. Hinc barbari-
 carij dicuntur, artifices ex auro & coloratis filis exprimē-
 tes hominum & animalium effigies in uestimento. In-
 dufiatus.] cultus, ornatusq;. Relege quæ secundo Commen-
 tario de indr. sio & indufiatis copiose diligenterq; perscri-
 psimus. Aurea tiara.] Hieronymus in lib. ad Fabiolam,
 de ueste sacerdotali, docet tiaram esse capitis tegmentū,
 quasi sphaera media sit diuisa: & pars una ponatur in ca-
 pite instar rotundi pileoli: quod & galerum uocant. dicio-
 tur masc. genere, & foeminino. Virg. in 7. Sceptrumq;, sa-
 cerq; tiar. is. Vbi annotant grammatici, tiaram dici pileum
 Phrygiū. sed proprie foeminino genere dicitur hæc tiara:
 sicut Iuuenal. & Phrygia uestitur bucca tiara. Gestamen
 est regum barbarorū: unde à Sidonio dicti reges Tiarati,
 tiaram capite gestantes. Suidas docet, Tiaram esse *κόρυμβον*
ἢ τῆς φάλακρον. id est, ornamentum capitis, quam rectam so-
 li reges gestabant apud Persas. Olim Xerxes Demaratio
 Lacedæmonio permisit petere quod uellet. ille petijt, ut
 Sardis maximā Asiæ ciuitatē curru uectus intraret, rectā
 capite tiaram gerens: Quod solis (ut refert Seneca) datū
 est regibus. Græcè *τιροπέπος* dicitur, tiarā ferens. Quidam
 tiaram alio nomine appellant *κιδάριον*, id est cidarim. Ve-
 rum Theophrastus ait, cidarim à tiara differre. De cidari-
 mentio multa apud scriptores. Pecuariū magisteriū.]
 & cum Paris fuisse pastor dicatur, meritiò scenicus susti-
 nens Paridis personam. simulabat magisterium & disci-
 plinam pastorale, ut uerè Paris effingeretur. Puer nu-
 dus.] Mercurius significatur. Ephebica chlamyda.] Ve-
 teres chlamyda & cassida dixerūt recto casu, quæ à nobis

dicuntur chlamys & castis. quod docet Virg. in 11. cum ait
 Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea uati Castida. Nō
 placet Seruij interpretatio, qui exponit castida pro castis,
 tanquā accusatiuū posuerit pro nominatiuo. Meli⁹ Priscio
 anus, qui lib. 6. sic refert: Hæc castis castidis, quod etiā hæc
 castida declinatur. ubi citat Virgilianū hoc testimoniū. est
 aut chlamys, siue chlamyda, uestis nomē notissimū. Græcè
 χλαμύδιον dicitur chlamydula, quasi parua chlamys. A-
 pud iuriscōs. inter puerilia uestimēta chlamydes numeran-
 tur: Chlamys (ut inquit Cassiodorus in epistolis) uestis est
 militaris, quod & Plaut. indicat, qui chlamydatū militem
 nominat, qui militare habitū describēs: Opus est (inquit)
 chlamyde & machæra & petaso. Suidas prodidit, Numā
 Pompiliū Romanorū regē primū usum chlamydis intulisse
 Romanis, cum id genus uestimēti a legato Isaurorū accepis-
 set. prouerbiū apud Græcos ἡ οὐρανοῦ τῶν χαλαρῶν, Sylofontis
 chlamys, de his qui preciosa ueste superbiunt, Sylofontis
 enim dicitur habuisse uestē preciosissimā, quam Dario ad-
 huc priuato desiderāti dono dederit, qui mox rex factus li-
 beralitatem Sylofontis uestiariā regni remuneratione est
 prosequut⁹. Ephebica aut chlamyda significatur chlamys
 puerilis, qua ephēbi induuntur. Qui sint ephēbi, qui exephe-
 bi, docet Censorinus. Ephebiū in palastra exedrā esse am-
 plissimā, qua ephēbi exercebātur, testis est Vitruuius in 5.
 Hoc signa u intelligendū illud ex lib. 2. Machab. Gymna-
 sium & ephēbiam sibi cōstituerē. Aurea pinna.] Plau-
 ti Mercurius pinnulis in galero gestare se testatur, illo uer-
 su: Ego has habebō usq; in petaso pinnulas. ubi petasus non
 tam pro elato calciamento accipi uidetur, quā pro ga-
 lero, unde petasati dicti pileati, super quo apud Sueton. in

2. Commentario copiosius. Quod autem Mercurius pinnulas gestet in capite & in talaribus, causam refert Augustinus in 7. Nam cum Mercurius deus sermonis sit, sermonem uolaticum esse pinnæ significant. Lucius quoque noster in apologia Mercuriū describens, inquit: En uide ut in capite crispatus capillus sub pilei umbraculo appareat, quam lepidè super tempora pares pinnulae emineant, quam aut festiuè circa humeros uestis substricta sit. Fulgentius Placiades pennata quidè talaria Mercurio assignat, quod negociantium pedes ubiq; pergendo quasi pennati sint. De pinnulis uerò galeri nihil meminit: nec mirum, cum inter scriptores non tam classici quàm proletarios sit numerā. diuin cuius mythologijs nasuiores multa probant, plura improbant. Quod uerò Fulgentium quandoq; dixi fuisse apprimè doctum, id feci, quod à diuo Hieronymo fieri uideo, qui eosdem scriptores modò laudat, modò taxat, prout laudari taxariq; meretur. Nemo enim tam malus scriptor, ut non aliqua ex parte laudem doctrinæ mereatur. Societate.] Lego, sociata: id est copulatae, cōnexaeq;. Caduceum.] Nil notius est, q̄ cum caduceo fingi pingiq; Mercurium: unde & caducifer à poetis dictus. Ægyptij caduceū, specie draconū maris & fœminæ cōiunctorū figurauerūt q̄ parte media uoluminis sui inuicē nodo Herculaneo obligātur, cauda reuocātur ad capulū caducei, ornāturq; aelis ex eadē capuli parte nascētib. Argumentū caducei ad geniturā hominū pertinere autumāt. & hoc uerius, quàm quod à Fulgentio traditur: qui uirgā ait serpētib. nexā ob hoc addici Mercurio, quod mercatorib. det aliquando regnū, ut sceptrū: & uulnus, ut serpentiū. Plin. noster lib. 29. auctor est, caduceū fieri circumdata effigie arguū in pacis

argumentis, complexu draconum, efferatorumq; concorde
 dia. Homerus lib. Iliados nouissimo, Mercurio dat *ναρὰ πῆ
 δία, ἀυβρίσια, χρύσεια.* id est, talaria pulchra, immortalia,
 aurea. dat *ἔρ' ῥάβδον,* id est uirgam, *τῆ τὴ δαμάρα δία-
 γα,* qua hominum oculos somno demulcet, & somnolen-
 tos excitat. quod totum ex archetypo Homerico mutuatus
 est Virg. in 4. Æneidos. Malum inauratum.] Docet
 Plin. in 33. chrysocollam in usu esse aurificum, auro ag-
 glutinando. unde & nomen accepit. Cum æra inaurans-
 tur, sublinitur argentum uiuum, quia bractæas pertinacissi-
 me retinet: uerum pallore detegit, si simplices aut præte-
 nues bractææ sint. sic autem appellantur folia auri. Nam
 nullum aliud metallum laxius dilatatur, aut numerosius di-
 uiditur, utpote cuius uncia in septuagenas & quinquage-
 nas pluresq; bractæas, quaternumq; utring; digitorum dis-
 spergantur. Crassiores bractææ Prænestinae uocantur. inde
 & bracteatū dictum, pro eleganti & aureo ponitur. inde
 & bractearij inauratores eleganter appellantur. scribit
 Iulius Firmicus, Quicūq; habuerit horoscopus in 17. par-
 te scorpij, erit aurifex, inaurator, bractearius. Eosdem a-
 liubi bracteatores appellat. Ex eodem genere sunt & qui
 emplastrores nominantur, ab emplastro scilicet glutinan-
 di. Quæ mandaret Iupiter.] Apud Lucianum in iu-
 dicio Paridis ait Mercurius ad Paridem, *οὐκ ἔστι πρῶτον
 λόγος ἰσοῦς, ἰσότης δὲ καλὴ τὴ ἀρετὴς εἴ, καὶ σοφὸς τὰ ἔργα τινὰ,
 καὶ οὐκ αἰσίου δῖος,* id est, ó Pari, iubet te Iupiter, cum pulcher
 sis, & amatoria calceas, iudicare inter deas de formositas
 te. Ait Fulgentius, ideo Iouem noluisse iudicare, id' que iu-
 dicitium ad hominem delegasse, ut in libertate arbitrij con-
 stitutus homo uideretur, cui optio esset eligendi quam
 uellet

vellet ex tribus uiuendi conditionem, siue cōtemplatiuam,
 siue actiuam, siue uoluptariam. Ciulē.] uelociter, per-
 niciter. Facēbit.] abijt. Stringebat diadema candi-
 da.] Attende inusitatam declinationem, priscis tamen usi-
 tatam, ut diadema foeminino genere, ex formula primi or-
 dinis usurpetur: hęc diadema, diadema. Antiquissimi co-
 nim prisci talia secundum primam declinationem protu-
 lerunt, & generis foeminini, ut Plautus in Amphitryone;
 Cum seruli schema, pro schemate. ut Valerius in Phormio-
 ne: Quid hic cum tragicis uersibus & syrma facis? pro syr-
 mate. Cōsimiliter Pōponius in satyra: Cuiusuis leporis liber
 diademā dedit: pro diadema. Cōterum passim hoc diadema
 diadematis declinatur, ex ritu Græcorū, qui dicūt τὸ διάδη-
 μα, τῆς; & ut scribit Suidas, διάδημα ἴσῃ τὸ βασιλικὸν ἴσ-
 ῃ μα. id est, diadema est regium indumentum, siue coro-
 na. Dicitur autem diadema à uerbo græco διάδηω, hoc est
 circūligo. Est enim fascia candida, quæ capiti regis. siue re-
 ginæ circūligatur, Hoc regiiū insigne primus inuenit Liber-
 pater, Plinio teste: Plura super diademate annotaui in pri-
 mo Suetonij commentario. hinc diadematus dicitur, dia-
 demate coronatus, uittatusq;: quo cognomine unus in gente
 Metellorum insignitus est, quem Diadematum uocant. Ad
 hoc uiri docti illud. Plinianum ex 7. referunt, qui hoc dice-
 bat: Iam Balearicis & Creticis diadematis, iam Macedo-
 nicus ipse. ego uerò enarrans Plinium asserui, dijs hominib;
 busq; fauentibus, legendum esse Dalmaticis: ut sit sensus
 Plinianus illustris sanè, & historicus. Metellus Macedo-
 nicus dicebat filijs, ut celebrarent exequias Scipionis: &
 quibus filijs nimirum gloriosis, quorum unus Balearicus,
 alius Creticus, tertius Dalmaticus cognominabantur, co-

gnominib. merito partis: cū Baleares, Cretā, Dalmatiā singuli deuicissent: & quia cōstat de Balearico, & Cretico, ambigitur autē de Dalmatico, audi quāso quid scribat Pedianus Asconius: Adē Castoris de manib. Lucius Metellus crexit, qui Metellus subactis Dalmatis Dalmaticus appellatus est. In Epitome quoq. Luiana libro 62 scriptum legimus: L. Cecilius Metellus Dalmatas obsedit. Iuno autem (ut ad fabulam redeamus) Iouis soror, & coniunx, cum regina cœlicolarum sit, meritō diademata figuratur, & sceptrum ferens. Mythologi Iunonem actiue uitæ præsuerunt, quæ à iuuando dicta est, ideo regnis præesse dicitur, quod hæc uita diuitijs tantū studeat: ideo etiam cum sceptro pingitur, quod diuitiæ regnis sint proximæ. Est autem sceptrum, ut græci dicunt, βασιλικὸν ῥαβδός, id est, uirga regia & insigne dominantis. βασιλέως γὰρ ἡγεμνότητος, id est, sceptrigeros reges appellant. Oleagina corona.] Merid & scitissimè dixit, corona oleæ Mineruam coronari, quoniam eius arboris inuentrix fertur, iuxta illud poetici: Oleæq; Minerua inuentrix. Athenæ (ut Plin. tradit) uictores olea coronant. Mart. Capella, oliuam ideo Palladi consecratam dixit, quod disciplinæ, quarum illa dea est, lucubrationibus & oleo lucernarū perdiscuntur. sic enim inquit in hymno: Hinc nam uernicomæ frondent tibi munera oliuæ, Ars & cura uigil per te quo discat oliuo. Eadem datur clypeus, sapientiæ quod regat orbē. Armata fingunt, quod prudentia munita sit: nam galeā cū cristā dant, ut sapientis cerebrū significetur armatū et decorum. hastā uibrat acutæ cuspidis, ad acumē ingenij penetrabile demonstrandū. caput Medusam saxificum gestat in pectore: quod stupet sapiens solertia uulgus. Illud cum pri
mis

nis notabile, quòd ex uertice patris natà tradunt, sine ma-
 tris officio: ut in dicio sit, in fœminis non esse consilium, ne-
 que prudentiam. Martiani uersus ille est memoratu di-
 gnus: Hinc de patre ferunt sine matris fœdere natam, Pro-
 uida consilium quod nescit curia matrum. In huius etiam
 tutela noctuam noctiuolam esse uolunt, propterea quòd sa-
 pientia etiam in tenebris proprium fulgorè possideat, &
 quòd uigil insomnes ducat solertia curas. Græco uocabulo
 Tritogenia appellatur, quoniã ex prudẽtia tria gignũtur:
 bene cogitare, bene dicere, bene facere. Apud Lacedæmo-
 nios celebratur Minerua cognomẽto Chalciotis, siue chalo-
 cœcus, hoc est, χαλκίαιος: sic nuncupata à templo æneo,
 cuius Liuius, Probus, Plutarchus, Thucydides commemine-
 re idē qua sic scribit Suidas: χαλκίαιος ἢ ἀδινῆς ἢ σπάρτη
 ἢ, ὅτι χαλκῶν οἶνον ἄρχε. ἢ διὰ τὸ τὸς χαλκιδῆς τὸς ἱεῖς ἀββα-
 ῖας φυγάδας αὐτὸν λτίσας. id est, Calcicœcus Minerua
 Sparta colitur, uel quia habet templum æneum: uel quia
 Chalcidenses exules ex Eubœia id condiderunt. Præpol-
 lens.] ualde pollens, potensq;. Nudo & intecto corpo-
 re.] Praxiteles, qui marmoris gloria superauit etiam se-
 met, fecit Venerem nudam, emerũt Cnidij, illo signo haud
 dubie nobilitati: cum multi, ut Venerem Praxitelicã uide-
 rent, nauigauerint Cnidum. Ferunt amore captum quene-
 dam, cum delitisset noctu simulachro cohasisse, eiusq; cu-
 piditatis extare indidem maculam. Venus (ut interpreta-
 tur M. Tul.) ex eo dicta est, quòd uenit ad omnia: quã uo-
 dam fingunt, quòd libidinis crimen nunquã celatum fũ, uel
 quòd nudis maxime cõueniat. græcè dicitur ἀγγοδῖτη, à σπυ-
 ρμα, quòd concitatio ipsa feminis spumosa fuit, & ut auctor
 est Aristoteles lib. 2 de Animalium generatione, ἀγαν-
 que

quæ rei Veneriæ præest Aphroditem nominauerūt, ob natu-
 turam spermatis, id est, genituræ spumofam. Inumbra-
 bat.] Meritò inumbrabat dixit, cum tenuissimo uelamine
 non tam pubes tegetetur, quàm inumbraretur. De bombi-
 ce, & ueste bombicina, aliubi satis multa. Curiosulus
 uentus.] Non inuenuste refert uentum quoq; ipsum, quasi
 amasium, uestis laciniam reffasse, reiecisseq; suo spiritu à
 corpore Veneris, ut flos ille expetitus omnibus esset in pro-
 patulo, dimota pallij bombicini lacinia. Nunc luxuriam
 aspirabat.] Purior lectio, luxurians aspirabat. & est sen-
 sus: Modò uentus reffatu suo uestem dimouebat, nudabatq;
 Veneris genitalia: modò afflatu luxurianti exuberantiq;
 applicabat, adeò ut pallium illud bombicinum adhæresce-
 ret corpori deæ, & decenter obumbraret integeretq; do-
 micilium uoluptatis. etenim uoluptas sedem habet in mem-
 bris genitalib. & (ut inquit Ouidius) Illo crede mihi Gra-
 tia nata loco est. Scite autem uenusteq; dixit membrorum
 uoluptatem, intelligi uolens genitalium. nam membra (ut
 suprà diximus) genitalia significantur. inde illud, Mem-
 brostior æquo, & illud in serio opere, Coniugis infusus gre-
 mio per membra soporem, in quo Anneus Cornutus mem-
 bra accipit, pro obscænis. Graphice.] decenter, uenuste,
 concinniter, quasi ex picturæ uenustate. uerbum græcè
 est γράφω, quod significat pingo, scribo. unde graphicus
 pictor, & graphis pictura dicta: qua quidem linearem
 propriè significari prodiderunt. Plinius noster in trigesimo
 quinto: Alia multa graphidis uestigia extant. idem mox
 paulò, anti-graphicè picturam interpretatur, quam pueri
 ingenui in Græcia ante omnia docebantur. Vitruuius
 in primo: Architectum oportet graphidis scientiam habere. Ab

re. Ab eadem origine est graphium pro stilo, graphiarium pro theca repositorioq; graphiorum: graphicus homo pro absoluto, & quasi pictoris manu expolito: & graphicè aduerbium, pro politè, eleganter, condecorè. graphicoterra quoq; per comparatiuum dicta absolutiora, elegantioraq;. A. Gellius in nono sic refert: Laberius poeta in mimo quem inscripsit Rectorem, uersibus quidem satis mundè atq; graphicè factis descripsit. In speciem.] in pulchritudinem. Apud Græcos γραφή, id est graphe, dicitur accusatio, & (ut inquit Suidas) nomen est cuiusdam publicæ accusationis. Laciniaret.] à lacinia ductum uerbum, quasi inflexu laciniæ inumbraret. Amictus carulus.] Veneri datur uestis carulei coloris, qui est thalassicus, id est, marinus color: ex mythicorum fictionibus, qui tradunt Saturnum abrasisse Cœly patris pudenda, illisq; in mare deiecit Venerem procreatam. Apud Ausonium distichon est de Venere scitu dignum, quod subscripsimus: Orta saulo, suscepta solo, patre edita Cœlo, Æneadum genitrix hic babito alma Venus.

Iam singulas uirgines quæ deæ putabantur, sui obibant comites: Iunonem quidem Castor & Pollux, quorum capita cassides orbatae stellarum apicibus insignes contegebant. Sed & isti Castores erant scenici pueri. hæc puella uarios modulos lasciuia concinente tibia procedens, quieta & in affecta

Obibant.] adibant, circuibantq;. Cassides orbatae.] Nouè dictū orbatae, pro orbiculatae, ab orbe & rotunditate. talis enim est cassidum forma. Quidam legunt obbatae, ut cassides bono epitheto

ibeto obbatæ di-
 cantur, à similitu-
 dine obbarū. sunt
 autem obbatæ uasa
 potoria, galearum
 similitudine. M.
 Varro: Virum me-
 ridie an uesperī li-
 bentius ad obbatam
 accedas. Seseilem
 à figura obbatam
 dixit Persius, illo
 uersus: Exhalet ua-
 pida lasum pice
 seseilis obbat. Qui-
 dā emendant cas-
 fides orbiculatæ,
 ut dicitur in illu-
 strior, & intelle-
 ctus manifestior.
 Stellarum apici-
 bus insignes.] Ex
 historia Argonau-
 tarum sumptum,
 qua proditur, Ar-
 gonautis magnatē
 pestate periclitan-
 tibus, salutēq; de-
 sperātib. Orphea
 solū uota pro sa-

ta gesticulatione, nutibus ho-
 nestis pastori pollicetur, si sibi
 præmium decoris addixisset,
 sese regnum totius Asiæ tribu-
 turam. At illam, quam cultus
 armorum Mineruam fecerat,
 duo pueri muniebant, prælia-
 ris deæ cōmites armigeri, Ter-
 ror & Metus, nudis insultan-
 tes gladijs. At ponē tergum ti-
 bicen horum canebat bel-
 licosum, & permiscens bom-
 bis grauius tinnitus acutos,
 in modum tubæ saltationis
 agilis uigorem suscitabat. Hæc
 inquieto capite, & oculis in-
 spectu minacibus, citato & in-
 torto genere gesticulatione a-
 lacri demonstrabat Paridi, si
 sibi formæ uictoriam tradid-
 isset, fortem, tropheisq; bel-
 lorum inclytum suis admini-
 culis futurum. Venus ecce cum
 magno fauore caueæ, in ipso
 meditullio scenæ circumfuso
 populo lætissimorum paru-
 lorum dulce subridens, cōstitit
 amœnē: illos teretes & lacteos
 puellos dices tu Cupidines
 ueros de cœlo uel mari cōmo-
 dum

dum inuolasse. Nā & pinnulis
& sagittulis, & habitu cætero
formæ præclaræ cōgruebāt: &
uelut nuptiales epulas obiturg
dominæ, coruscis prælucebant
facib. & influunt innuptarum
puellarū decoræ soboles. Hinc
Gratiæ gratissimæ, inde Horæ
pulcherrimæ, quæ iaculis flo-
ris ferti & soluti deā suā propi-
tiantes, scitissimum construxe-
runt chorū, dominæ uolupta-
tum Veris coma blandientes.
Iā tibiæ multiforabiles cantus
Lydios dulciter consonāt, qui-
bus spectatorum pectora sua-
ue mulcentibus, longè suauior
Venus placidè cōmoueri, cum
stantiq; lentè uestigio, & leui-
ter per fluctuantes pinnulas,
& sensim annutante capite cœ-
pit incedere, molliq; tiliarum
sono delicatis respondere ges-
tibus, & nūc mitè coniuenti-
bus, nūc acrè cōminantib gesti-
re pupulis, & nōnunquam sal-
tare solis oculis.

gia: geminæ aut salutare, & prosperi cursus prænunciæ.
Cum aut in aere qui medius inter lunā & terrā est, appa-
reāt huiuscemodi Castores, sciēter uidetur Luc. noster eos
assignasse

lute omnium Sa-
mothracibus dijs
fecisse: extēploq;
tempestate seda-
ta. Si illis duas su-
pra Castoris &
Pollucis capita ce-
cidisse. unde factū
est, ut Castor &
Pollux inuocaren-
tur à nauiganti-
bus, insigniren-
turq; stellarum as-
picibus. præterea
Seneca & Plin.
auctores sunt, ap-
parere in magna
tempestate stellas,
quibus adiuuari se
tunc periclitantes
existimāt, quas uo-
cant Castores, Ca-
storis & Pollucis
numini assignan-
tes. cū solitaria ue-
nerūt, graues sunt
mergentesq; nauis

assignasse comites Iunoni, quæ aer est, uel aeris numen. Illud adde, quod antiqui pilea Castori & Polluci dederunt, quia Lacones fuerunt, quibus pileatis militare mos est. Hinc Catullus, pileatos fratres dixit, ædem Castoris atque Pollucis intelligi uolens. Astrologi geminos in cælo Castorem & Pollucem esse dixerunt, quos demonstrant omnium fratrum inter se amantissimos fuisse. Dij Samothrace, de quibus apud eruditos frequens mentio, quorum poeta Satyricus meminit, putantur esse Castor & Pollux: græci Dioscuros uocant. Ælianus ait figurari iuuenes magnos, imberbes, consimiles, chlamydatos, ex humeris habentes gladios, qui & manibus hastas teneant. Annotandum, quod cùm scriptores omnes consono ore sidus Castorũ salutare esse dicant nauigantibus, unus est Fulgentius, qui (ut in plerisq; alijs, ita in hoc quoq;) à cæteris dissentiat, nouitate opinor aliqua gloriolam captans: scribit enim in Mythologijs, Castorem & Pollucem esse symbolum perditionis, & in mari signa Castorum creare pericula. Etymon quoq; nugatorium commentus, ait Pollucem dici ἀπὸ τῆ ἀπελλᾶν, id est, à perdendo: Castorem uerò, quasi κακὸν ἔσπερον, id est, malum extremum. In affectata gestulatione. Incuriosa, et penè negligente. Dicitur affecta gestulatione, quæ diligenter fit, & curiosè: cui dissimilis erat hæc, qua Iuno ad Paridem accessit. Sese regnum tributuram.] Apud Lucianum sic inquit Iuno: ἢν γὰρ με δὲ παρὶ Διὸς εἶναι καλῶν, ἀπείσους ἐσὶν τῆς ἀσίας διονίους. id est, Si me ó Pari pulchram esse iudicaueris, te dominum totius Asiæ constituam. Meritò autem Iuno se regna tributuram pollicetur, quia regnis præesse dicitur. Vnde & cum sceptro pingitur, in cuius tutela pauonem ponunt: quod omnis uitæ

uita potentia petax, in aspectum sui semper quærat orna-
 tus. Apud Ovidium sic inquit Paris: Regna Iouis coniunx,
 uirtutem filia iactat. & in epistola Helena sic scriptum est
 Vnaq; cum regnum, belli daret altera laudem: Tyndaridis
 coniunx, tertia dixit, eris. Addixisset.] tradidisset, adiu-
 dicassetq;. Præliaris deæ.] Dea præliaris dicitur Miner-
 ua, quæ & bello & artibus præest; præliarè quoq; deam
 accipimus Bellonam, quæ soror Martis esse dicitur. Terro-
 ror & metus.] Canit Statius Papinius, armigeros Martis
 esse furorè, iram & pauorè: sic enim scribit in tertio The-
 baidos: Comunt furor iraq; cristus, Frena ministrat amens
 pauor armiger. Græci poetæ equos Martis appellant
 ἀειπύου ἡγεῖσθον: id est, pauorem & terrorè. quod & no-
 stri memorant, et deceter expressit Valer. Flaccus illo uer-
 su: Terrorq; pauorq; Martis equi. & profectò conducen-
 ter terror ac metus armigeri siue equi assignantur deo bel-
 latori, & deæ præliari: quoniã bella sunt terrificæ, & pa-
 uoris plena. Ponè tergum.] à tergo, post ter gũ. Horu-
 mum canebat bellicosum.] ἰσχυρὰ uerbo græco dicitur im-
 petum facio, & ἰσχυρὸν impetus & perturbatio: inde horu-
 mum canticum dictum impetuosum, & alacritati bellicæ
 accommodatum. Verum ego existimo legendum esse or-
 thrium. est autem orthrium (ut docet Dion) cæciliæ Pal-
 ladis, bellici ardoris incertum. Quod Timotheus arte mu-
 sica celebratus, cum aliquando peritè admodum modula-
 retur, ferunt Alexandrum magnum tanquam numine quo-
 dam correptum, mox ad arma profuuisse. adeò regem il-
 lum musici cantus uehementia concitauerat orthrii car-
 minis: Herodotus, Gellius, & cæteri meminere. Quod &
 olim Arion quoq; uoce sublatissima cantauit, cætuq; pera-

Elofese procul in profundum eiaculauit: ubi à delphine ex-
 ceptus euasit incolumis. apud Suidam lego, ἰσθίον esse ῥί-
 μον κιδαρπιδίνην: id est, legem citharœdicam. à quo etiam
 memoratur ἰσθίος ῥίμος κιδαρπιδίνης τῆς ἀγανρίας. Itaque
 orithrium, & oribium, pro cantico & lege citharœdicæ
 harmoniæ. Bombis grauibus.] Ex acutis & grauibus
 sonis fit concinentia, musicusq; concertus, per foramina
 tibiæ patentiora acutior, per angustiora grauior sonus e-
 mittitur. bombum autem sonum dici, nemo est qui nes-
 sciat. Ennius sonum pedum dicere uolens, bombum pe-
 dum dixit. In hanc sententiam ait in Floridis: Acuto tinni-
 tu & graui bombo concertum musicum miscuit. In mo-
 dum tubæ.] Est quædam tibia (ut inquit Horat.) tubæ
 æmula, qua Doriū bellicosum canitur. Intorto.] fle-
 xuoso. Fortem futurum.] Pall. is cum armorum & uir-
 tutis dea sit, scitè fortitudinem atq; trophæa bellicæ uictō-
 riæ insignia Parīai pollicebatur. Adminiculis.] auxilio
 & ope. adminiculator, dicitur opitulator. M. Tul. auctore
 Gellio, usus est in studijs disciplinarū, adminiculator liber-
 to Tirone. Caueæ.] theatri. Mediullio.] medio, ut ante
 diximus. Populo paruulorum.] Significat, in comi-
 tatu Veneris fuisse Cupidinum turbam populosam, quos
 poetæ (ut aliubi quoq; testatum est) innumeros fingunt. Ar-
 cesilæus sculpsit marmoream lœnam, aligerosq; lu-
 dentes cum ea Cupidines: quorū alij religatam tenerent,
 alij e cornu cogere hiberent, alij calciarent foccos, omnes ex
 uno lapide. Dulce subridens.] dulciter, amabiliter: &
 cum moderatione ridens. Sub enim (ut sæpe dictum est) si-
 gnificat temperamentum. Modicus autem risus decet Vee-
 nerem, & uenustam quoq; fœminā. Hinc præceptū illud
 roticon: Sint modici risus, paruaq; utrinq; lacrimæ. Teo-
 retici.]

Petes.] habētes membra teretia, et succulenta: qualis habi-
 tudo Cupidines decet. Horat. teretes suras probat in fami-
 na, cum ait: Brachia & uultum teretesq; suras Integer
 laudo. Teres aut rotundum in longum dicitur. idem Ho-
 rat. in Epodo, teretem puerū appellat, quem intelligi uult
 speciosum, habentem crura brachiaq; teretia. Commo-
 dum inuolasse.] eo ipso tempore euolasse. Aliās inuolare
 dicimus furari, quasi uola manus furtim subtrahere. aliās
 inuolare, cum uiolentæ manus in aliquē diriguntur. Virg.
 uolare posuit pro ambulare, eo uersu: Pascentes illæ tantū
 prodire uolādo. ubi Donat. exponit uolādo, pro ambulādo.
 Pinnulis.] Cupidines aligeri & sagittiferi pingūtur, ut ar-
 tē dictū est. Obituræ dominæ.] id est, Veneris adituræ,
 pactoræ, suscepturæ. Potes legere Obituri: hoc est, ipsi Cu-
 pidines adituri uelut nuptiales epulis dominæ Veneris, fa-
 ces flāma coruscātes præferebāt, ex ritu moreq; nuptiali.
 namq; apud ueteres quinq; faces in nuptijs accendebātur.
 Causam refert Plutarch. in problematis, & nos in oratio-
 ne nuptiali diligenter perscripsimus. Spinā nuptiarū faci-
 bus auspiciatissimā esse, auctores sunt Plin. & Massurius
 quoniā inde fecerint pastores, qui apuerūt Sabinas. Hinc
 illud Catullianū: Spinā quære tedā. Pleriq; falso legūt pi-
 neam. Pueri tres patrimi et matrimi, hoc est habentes pa-
 trem & matrem, adhibebantur in nuptijs: unus, ut facens
 præferret ex spina alba: duo, qui nubentem tenebant.
 Influunt.] instar fluenti & undæ stipantes Venerem, in-
 cedunt. Gratia gratissimæ.] Comites Veneris Gratia,
 quis Charitas uocant. Quod & Fulgentius refert, nec in-
 meritō. Quid enim sine Venere gratiosum, quid iucundū,
 quid amabile esse potest? De Gratijs supra diximus abūdē.
 Apelles dicere solebat, unam illam Venerem deesse cæteris.

ris pictoribus, quam Græci Charita uocant: ea soli sibi ne
 minem parem. Horæ pulcherrimæ.] Ouid. horas deus
 celeres commodissimo epitheto appellat, quas non in scite
 tradit iungere equos solis ad currum, quas Homerus cæle
 stis aulæ custodes esse narrat. Iuuentutis quoque dea a
 pud priscos uocatur Hora, quam Quirino iungunt. de qua
 Ouidius: Horamq; uocat, quæ nunc quoque iuncta Quiri
 no est. & Ennius: Te Quirine pater ueneror, Horamq;
 Quirini. Horus apud Ægyptios uocatur Sol, ex quo &
 Horæ nomen acceperunt. Quatuor quoque tempora qui
 bus annuus orbis impletur, horæ uocantur. auctor Ma
 crob. Iaculis floris ferti.] iaculationibus florum contex
 torum, solutorumq;. Dicit autem horas eiaculaſſe flores
 partim solutos, partim fertos atq; contextos. singularis nu
 merus pro plurali: nam fertus flos & ferta corona dicitur
 à serendo. Plin. in 21: Cum uerò à floribus fierent ferta, à
 serendo Seruicæ appellabantur. Lucan. Sertis nardo flo
 rente coronas. Serilla ueteres dixerunt nauigia, quæ lino
 ac sparto condensantur: à conferendo & contexendo dis
 cta. Quidam serilia sparteæ apud Pacuuium exponunt,
 pro funiculis qui sparto conferuntur. Sertores quoque dici
 inuenio, eos qui aliquid sererent. quos nonnulli pro asserto
 ribus usurpant. Domine uoluptatum.] Veneri. Veneri
 coma.] herbis & floribus. quid enim aliud est coma ue
 ris, quàm flos & frondes? Eleganter Papinius dixit, cri
 nitur arbor, pro frondescit florescitq;. Flos est pleni ueri in
 dicium, & gaudium arborum. detrabe ueri frondes & flo
 res, caluum & caluitio deformatum uideri poterit. Consi
 militer A. Gcl. uolumine duodeuigesimo: Comas (inquit)
 arborum latissimas, uberrimosq; uitium palmites deci
 dit.

dit. Tibiæ multiforabiles.] A' multitudine & numero foraminum multiforabilis tibia dicta. Apud antiquos tibia tenuis fuit, quatuor tantum foraminibus distincta: tales in templo uidiſſe ſeſe refert M. Varro. de hac tibia intelligit Horat. in Arte poetica: Tenuis ſimplexq; foramine pauco, Aspirare et adesse choris erat utilis. Præterea tibiæ aut Seranæ dicuntur, quæ pares & æquales habent cauerias: aut Phrygiæ, quæ ſunt impares, inæqualibusq; foraminibus. Tibia Phrygia dextra unum habet foramen, ſiniſtra duo: quorum unum acutum reddit ſonum, alterum grauem. Tibiæ ſacrificæ ex buxo ſiunt, ut docet Plinius: ludicræ uerò ex loto, oſibusq; aſininis, & argento. Tibialem calamum auleton uocant: græcè enim αὐλὴν tibia eſt. Inter genera tiliarum ſunt præcentoriæ, quibus in ſacrificijs præcinunt ad puluinaria: ſunt & puellatorie, quibus à ſono clariore uocamen datur. quædam uero ſe. uo uocant, quæ multiforabiles ſunt, gigrinæ nominantur: quæ exiguæ licet ſint, ſubtilioribus modis tamen inſonant. a priſcis tibiçen dicebatur gigeriator & ſubulo. Alibi docuimus, ſubulones quoq; dici ceruos, quorum cornua ſunt ſimplicia. Ante Hiagnim Marſiæ tibiçinis patrem, rudibus adhuc muſicæ ſeculis, in uſu fuit ſimplex tibia, hic primus duas tibiças uno ſpiritu animauit: quamuis Plin. Marſiã dicat geminas tibiças inueniſſe. primus enim multiforabilis tibia, ſiniſtris & dextris foraminibus diſtincta, acutis grauibuſq; ſonis concentum muſicum miſcuit. Cantus Lydios dulciter conſonant.] Amphion Lydios modulos primus inuenit: Dorios Thamyraſ Thrax: Phrygios Marſias Phryx. Ariſtoteles in 3. Politicorum Lydiam muſiçam ſtebilem eſſe, & querimonijs accommodam, docet.

Quod & Lucius noster indicat, qui in Floridis Lydiū que-
rulum appellat. Plato quoq; lib. 3. de Republica, harmos-
nias Lydias querulas esse, easq; inutiles etiam mulieribus,
nedum uiris, refert. Hic autem Lydios cantus accipi-
mus pro musicos & uoluptarios, quales in festiuitate Ve-
neria & saltationibus ludicris solent adhiberi. siquidē Ly-
dium melos (auctore Cassiodoro) oblectationibus animo-
rumq; remissionibus est accommodatum, cuius uerba in epi-
stolis subscripsi, Tonos musicos describētia, quae sunt haec:
Dorius tonus prudētia largior, & castitatis effector est
Phrygius pugnas excitat, uolū furoris inflammat: & Solus
animo tempestates tranquillat, somnumq; iam placatis at-
tribuit: Afrius intellectum obtusis acuit, & terreno deside-
rio gratis cœlestiū appetentiam bonorum operator indul-
get. Lydius contra curas animae tediaq; repertus, remissio-
ne reparat, & oblectatione corroborat: hoc ad saltatio-
nes seculum corruptibile flectens, honestum remedium
turpe fecit esse commercium. haec tenus Cassiodorus.

Cunctantiq; lenta uestigio.] Lentus incessus, & cuncta-
bundus decet matronam deam, unde nunc scitissime Ve-
nus inducitur lenta, & tardigrada, uestigio suspensio &
molli. uerū sicut incessus in matrona decorus, ita in uiro
erubescendus est: unde Seneca, castigatō morum seuerissi-
mus, sanctē & grauitē scribit lib. ultimo Quaestionum
naturalium, uerba haec: Tenero & molli gressu suspen-
dimus gradum non ambulamus, sed incedimus. Seruius
grammaticus exponens illud Virgilianū, *At ego quae
diuim incedo regina: Incedere* (inquit) proprie est
nobilium personarū. Qui nascuntur orientib; Pleiadib; hi
molliter ambulant, uestigiaq; suspendūt: pœnitēt eos, quod
uiri

luri nati sint. Per fluctuantes pinnulas.] Venus inter pinnatos Cupidines, quorum pinnula leuiter fluctuabant, cœpit incedere. Respondere gestibus.] Significat deam gesticulatam esse motu corporis, prout tiliarum sonus saltationem uariabat. Gestire pupulis.] Sensus est: Venus modò oculis mitibus & tranquillis blandiebatur, modò fulminantibus minacibusque gestiebat. indicia enim animi maxima sunt in oculis, qui moderatio- nis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, lætitiæ indices sunt: & (ut Plinij uerbis utar) con- titutu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, gra- ues, transuersi, limi, summissi, blandi. profectò in oculis animus inhabitat. media eorum natura cornea fenestra- uit pupilla, in qua uis uidendi inest: alijs nigra, alijs ruffa, alijs glauci coloris. Ab oculo, oculissimum di- citur, pro carissimum: & oculitus aduerbium, quo signifi- catur tam carum esse quàm oculum. Saltare solis o- culis.] Decenter dictum de Venere, cuius oculi mobi- les, lubrici, uersatiles, quasi saltare uidebantur. Tales o- culos in fœmina amorabunda probare solemus: & cum aliæ saltent pedibus in chorea, & motu corporis gestiat: Venus oculis ludibundis saltatorium munus implebat. Poe- tæ Mineruæ flauos oculos dant: unde Glaucopis poetico Græco epitheto dicta. Veneri uerò petos assignant, q. car- minis obscœni testimonio notissimum est: Minerua fla- uo lumine, Venus peto. Peti autem oculi dicuntur, leniter declinati, & cum uenustate: homines quoq; petos uocant ab huiusmodi oculis. Horat. Strabonē appellat petū. Plin. petos dicit esse, quorū oculi deprauati sint: quod ita intelli- gim⁹, deprauatione uitioq; nō inamabili. uerba Plinij hæc

sunt ex II. Vni animælium homini oculi deprauantur, unde de cognomina Strabonum & Petorum.

Iudicis.] Paridis. Visu.] Dicitur siuid est, motu et gestu, qui interdum pro sermone est. Suiq; consimilz.] id est, tam formosam coniugem, q̄ esset ipsa Venus: signat autem Helenā. apud Lucianū sic inquit Venus: ὅτι σχῆμα δέσσι τῆς ἑλένης παραδύσει γυναικα, καὶ ἀποδοθεῖν γὰρ ἐν αὐτῆς, καὶ ἀφίξει δαίμων παρ' ὁμῶς εἰς τῆς ἰλιον, καὶ αὐτὴ παρ' ὁμοῦ καὶ συμπαρῆξεν τὰ πάσι τα, id est, Promitto o Pari Helenā uxore tibi me daturā, & ad uos illū uerū turā: ipsa adero, et in omnib. opitu labor. Phrygius

Hæc ut primū ante iudicis conspectum facta est, uisu brachiorum polliceri uidebatur, si fuisset deabus cæteris antelata, daturam se nuptam Paridi forma præcipuam, suiq; consimilem. Tunc animo uolenti Phrygius iuuenis, malum quod tenebat aureum, uelut uictoriæ calculum, puellæ tradidit. Quid ergo miramini uilissima capita, immo forensia pecora, immo uerò togati uulturij, si toti nunc iudices sententias suas precio non dignantur: cum rerum exordio inter deum & homines agitatatum iudicium corruperit gratia, & originalem sententiā magni Iouis cōsilijs electus iudex rusticanus & opilio, lucro libidinis uendiderit, cū totius etiā suæ stirpis exitio? Sic Hercules & aliud sequens iudicium, inter inclytos Achiuorū duces celebratum, uel cum falsis insimulationib. eruditione doctri-
naq;

naq; præpollens Palamedes
proditionis damnatur: uel uir
tute Martia præpotenti præ-
fertur Vlysses modicus Aiaci
maximo.

iuuenis.] Paris.
Malum tradidit.]
Paris apud Lucia
nū traditurus au-
reum malum Ve-
neri, prius petit ut

illa ducat Amores & Gratias, quasi testes promissorum.
quæ plus pollicetur, dicens se quoq; Cupidinem & Hymen
æum adducturam: quibus testibus adhibitis, inquit Paris,
ἰνὶ τοῦ τοῦ δίδωμι τὸ μᾶλλον, ἢνὶ τοῦ τοῦ λάμβανω: Coram
his malum trado, & tu coram his cape. Victoriæ calculi
lum.] uictoriæ suffragium. Suprà diximus copiosè, quem-
admodum calculis in urnam missis rei damnabantur, uel
absolvebantur, & ita uictores decernebantur. interdum
unus calculus causa est uictoriæ, prout accesserit ad pare-
tes. In causa Opianici docet M. Tul. quemadmodum Stae-
leni iudicis sententia 17, & calculus accedens ad numerum
aliarum sententiarum, absolutionem conficere debebat.
Antè dictum est, quid sit apud iurisperitos eremodicium.
inibi hoc adde, prouerbium celebrari apud Græcos, ἔρημο
δικῆ, quasi dicas eremodicium: quando reus, quia non a-
dest præsens, iudicio damnatur: quasi desolatum sit iudiciū
propter rei absentiam. Vilissima ca.] Elegantissima per
apostropham castigatio, qua monemur, ut iudicium hoc
Paridis sit nobis documento, iudices omnes pecunia cor-
rumpi posse, & nihil esse tam sanctum quod non precio
violari, nihil tam munitum quod non auro expugnari pos-
sit. Immo fo. pe.] Vocabulis oburgationis probrosi, &
conducentibus, incesit causidicos oratoresq; forenses. nam
merito pecorū nomine taxantur, cum demirantes stupent,

si nummarij iudices contra ipsos pronunciant, & precio
 corrupti ius & fas pecuniæ postponant. Eosdem togatos
 quosq; uulturios decenter nominat, à rapacitate, qua utuntur
 in causis forensibus, dummodo præuaricantur pecuniâ
 corrupti, & produnt reos, modò uendūt aduocationes, &
 pecuniis enormes extorquēt, cōtra præscriptū legis Cinciae,
 qua cauetur antiquitus, ne aduocatus donū pecuniâ ue ac-
 cipiat ob causam orandā. unde Plin. iunior dilaudandus, q
 nunquā aduocationes suas uoluit esse uenales, qui piraticū
 paciscendi morem improbauit, qui xenij etia semper ab-
 stinuit. Scribit Aug. quod & in decretis canone 11. q. 3. re-
 fertur, quòd nō licet iudici uendere iustū iudiciū: etsi licet
 aduocato uēdere iustū patrociniū, et iuriscōsulto rectū cō-
 filiū. Sicut à M. Tul. paludati uulturij dicti scitiſsimè sunt
 Piso & Gabinus imperatores: ita nūc festiuissimè togatū
 uulturij nominātur, qui in toga & in forensib. actionibus
 prædātur instar uulturū, de quib. suo loco diximus. Pre-
 cio num.] Vendūt, & quasi in nundinario foro emptori-
 bus addicūt. nūdinari enim & nūdinare, propriè est in nū-
 dinis & in propatulo uēditare. Iulius Firmicus in 5 Mathe-
 seos: Quæstus & libidinis causa pudorē duob. fratrib. nūdi-
 nauit. Ab eodē nūdinatus pudor elegāter dicitur, prostitu-
 tus, & precio prophanatus. M. Tul. in Antonianis: Totius
 imperiū Romanū nūdinabātur. utitur & Sucton. eo uerbo
 in uita Titi. Inter deū & hom. Jimò inter deos & homi-
 nē. res enī dæe fuerūt, & homo unus iudex. Originalē.]
 primordialē, et ab origine rerū uetusto seculo pronūciatū,
 dictūq;. Magni Iouis cōsi.] Iupiter elegit Paridē iudicē,
 ad eumq; Mercuriū misit, qui iussu Iouis illi imperaret, ut
 bitis dearū djudicaret. Lucro libidinis.] Alij iudices lu-
 cro auri

oro auri & pecuniæ illecti, iudicia nundinatur: hic uerò
 precio libidinis & pollicitationib. Veneris corruptus, sen-
 tentiam uendidit. M. Tul. cōstupratos iudices, & numma-
 rios elegatissime appellat, corruptos nummis, precioq; libi-
 dinū. Stirpis exitio.] Ex hac Paridis sententia, prima ma-
 lorum Troianis labes, hinc decēnalia bella cōfligunt, hinc
 clades & exitia nouissima fluxere. hinc ortum est prouer-
 biū apud Græcos, *ἰλιάς κακῶν*. id est, *ilias malorū*, quod *ἰλιῶ
 τῶν μεγάλων κακῶν*, in magnis malis usurpat: quoniā *ἰν ἰλιῶ
 τῶν κακῶν*, in Ilio infinita malorū milia cōtingerunt. Ada-
 gū hoc usurpat M. Tul. in epistolis ad Atticum, scribens:
 Tanta malorum impendet *ἰλιάς*. & ita in sincerioribus co-
 dicibus legitur. Sic Hercules.] certe: aduerbium est adiu-
 rantis. Palamedes proditiōis damnatur.] Vlysses Pala-
 medi infestus, infensusq; epistolā Priami nomine ad illum
 cōmentus est, per quā agebat gratias proditiōis, & cōme-
 morabat auri pōdus esse transmissum. Hanc dedit captiuor-
 quē in itinere clā fecit occidi. inuēta hęc epistola, more mi-
 litia, regi Agamēnoni oblata est, & lecta in cœtu proce-
 rum, tūc Vlysses uaferrimus, cum se Palamedi adesse simu-
 laret, inquit: Ut ueritas illucescat, in tentorio Palamedis id
 aurū quærat, de quo loquitur epistola. quo factō, inuēitū
 est aurū, quod ipse p noctē corruptis seruis prafoderat. ita
 que Palamedes insons, p inde ac proditor, iniusto iudicio ab-
 inclytis Achiuorū ducib. dānatus est, lapidib; q; interem-
 ptus. Ob hoc cecinit poeta: Belidæ nomē Palamedis, et in-
 clyta fama Gloria, quē falsa sub proditiōe Pelasgi Inson-
 tem, infando iudicio, quia bella uetabat, Demisere neci.
 & Ajax apud Ouid. sic incesit Vlyssēm: Prodere rem Da-
 nāū finxit, factumq; probauit Crimē, & ostēdit quod iam
 prafos.

præfoderat aurum, Palamedes (teste Plin.) ordinem exer-
 citus, signi dationem, tesseras Troiano bello primus inue-
 nit. eundem tradunt literas inuenisse, $\delta. \varphi. \chi.$ unde & Epi-
 grammatista, grues appellare uidetur aues Palamedis. con-
 stat enim, grues uolitare ordine literato. & ut auctor est
 Philostratus, glorianti olim Palamedi se tres literas inue-
 nisse: Vlysses repente obiecit, eam laudem esse gruuum, quæ
 y literã faciunt: iussitq; eas suspici præteruolantes. Apuleius
 noster in Apologia, inter eos qui dolo memorandi fuerunt,
 nominat Palamedẽ. Suidas Palamedẽ præconio uirtutis ex
 tollit, tanquã fuerit optimus poeta, & inuentor rerũ plus-
 rimarũ. Virtute Martia.] bellica fortitudine. Præfer-
 tur Vlysses modicus.] Famigeratum est armorum Achile-
 lis iudicium, pro quibus duo Græcorum proceres maximi
 in primis contenderunt, Ajax & Vlysses. apud Ouid. uolu-
 mine metamorphoseon 13. tota res luculẽter explicatur: au-
 ditis utrinq; allegationibus, arma Achillis Vlyssi ad iudica-
 ta sunt: & quid facundia posset Tunc patuit, fortisq; uiri-
 tulit arma disertus. Ajax dolore stimulatus furere cœpit,
 & mox ex furore necem sibi consciuit. Seneca lib. 2 de
 ira: Aiace in mortem egit furor, in furorem ira. Cor. Cel-
 sus in 3. genus insanie describit, qua implicati imaginibus,
 non mente falluntur: Qualẽ, inquit, insanientem Aiace
 uel Orestem poetarum fabulæ ferunt, apud Græcos pro-
 uerbiũ est, αἰώντι & γίλωσ, Aiace risus, ἰπὶ τῶν ἀπαφρο-
 σιῶν γιλώτων, de hominibus insipienter ridentibus. Ajax eo-
 nim insania laborans, & furore uexatus, ob Vlysses in
 armorum iudicio sibi antepositum, insectabatur armen-
 ta, credens esse Græcos: & duos maximos arietes flagello
 cadebat, clamans se occidere Agamemnonem & Mene-
 laum:

laum: & ita furens ac insaniens illos deridebat. ab hoc insipientis Aiaci risu ducta parcemiat qui postea resipiscens, in silua incubuit gladio, seque interemit. Quod autem Vlyses modicus, & Ajax maximus à Lucio nostro dicuntur, scito id ex Homero sumptum, qui in 3 Iliados tradit, Vlysem modica statura præditum fuisse, Aiacem uero enormi proceritate staturorum: à quo dicitur *ωκεανός* & *ἰσπῆς αἰόκαυρος*, id est, excelsus Ajax Græcorum murus. item *ἰσπῆς αἰόκαυρος* & *ἰσπῆς αἰόκαυρος*, id est, capite eminens supra Græcos.

Quale & illud

Quale autem & illud iudicium apud legiferos Athenienses, & caros illos, & omnis scientiæ magistrus? Nonne diuinæ prudentiæ senex, quem sapientia prætulit cunctis mortalibus deus Delphicus, fraude & inuidia nequissimæ factionis circumuentus, uelut corruptor adolescentiæ, quam frenis coercerat, herbæ pestilentis succo noxio peremptus est, relinquens ciuibus ignominiam perpetuam maculam? cum nunc etiam egregij philosophi sectam eius sanctissimam præoptent, & summo beatitudinis studio iurent in ipsius nomen. Sed ne quis indignationis meæ reprehendat impetum, secum sic repu-

iudicium.] De iudicio loquitur, quo iniuste damnatus est Socrates in carcere, ad necem. Plato in Apologia, & in libro quæ inscribitur Phædon, item Lærtius Diogenes copiosissime referunt, quemadmodum Socratem Anytus, Lycon & Melitus insimulauerunt horum cum primis criminum: iura uiolat Socrates, noua demonia inducit, deos patrios respuens.

spuens, contra ius
 & fas iuuentutē
 corrumpit: pœna
 illi mors. cum iudi
 cium hoc agere

tans: Ecce nunc patiemur phi-
 losophantem nobis asinum:
 rursus, unde discessi, reuertar
 ad fabulam.

tur, ascendisse Platonem ferunt in suggestum, ac dicere cœ-
 pisse: Minor natu cum sim, uiri Athenienses, his omnibus
 qui tribunal ascenderūt: statimq; interpellatū descendisse.
 damnatus est igitur capitis pœna Socrates, nō solum primiti-
 sententijs, sed & secundis. cum interrogatus, quam pœnam
 cōmeruisse se confueretur, respondisset se meruisse, ut a m-
 plissimis honoribus & præmijs decoraretur, & ut ei ui-
 ctus quotidianus in Prytaneo publicè præberetur, qui ho-
 nos apud Græcos maximus habebatur, quo responso iudi-
 ces sic exarserunt, ut capitis hominē innocentissimū con-
 demnarent. Existimat M. Tul. Socratem damnatū nullam
 aliam ob culpā, nisi propter dicendi inscitiā. Seneca quoq;
 dixit in Declamationibus: eloquentissimi uiri Platonis or-
 ratio, quæ pro Socrate scripta est, nec patrono nec reo di-
 gna est. Socrates in carcere bibit uenenum potione dilu-
 tum, & ita decessit. Fuit autem uenenum id cicuta, quam
 meritō dixit Plin. publica Atheniensium pœna inuisam.
 Hinc illud Persianum: Barbatum hoc crede magistrū Di-
 cere, sorbitio tollit quem dira cicuta. Seneca scribens ad
 Gallionem, de uita beata, Atheniensium Rempub. uel ob
 hoc maximè uituperat, in qua Socrates damnatur. ident
 tradit tantam fuisse in Socrate maiestatem, ut intrans car-
 cerem nō à carcerarijs sordibus pollueretur, sed carceri o-
 minē detraxerit ignominiā: neq; enim poterat carcer uide-
 ri, in quo Socrates erat. Post damnatū Socrate tanta max-
 pœnis

pœnitētia ei⁹ rei Atheniēses capit, ut gymnasia clauderēt
 ut accusatores Socratis partē exilio partim morte mulctā
 rent: ut Socrati ipsi statuā aenā statuerent in loco Athenis
 celeberrimo. Scribit Plutarch. in eo libello cui titulus est
 De odio & inuidia, q̄ Athenienses adeo oderunt auersa-
 tiq; sunt Socratis calumniatores, ut neq; eis ignem accende-
 re, neq; interrogantibus respondere, nec aqua illa in qua
 bi se abluissent uti uoluerint, sed eam perinde ac scelera-
 tam effundi iusserint: proinde illi cum odium tam atrox
 perpeti diutius non possent, suspendio sese necauerunt. Ve-
 rùm non solum puniendi fuerant accusatores Socratis, ue-
 rùm etiam iudices mulctandi, qui damnantes Socrate in
 iustissimo iudicio, ipsam uirtutem damnare atq; excindere
 uisi sunt. Quod crimen eo atrocius iudicandum, quod Athe-
 nienses & erant & habebantur prudētes, eruditi, humani,
 & legūlatores optimi: unde humanitas, doctrina, religio,
 iura, leges ortæ, atq; in omnes distributæ putantur. Proinde
 nūc Lucius noster illos appellat legiferos, apud quos Draco
 & Solon nomothetæ, id est, legum conditores inlyti cele-
 brantur. Cati quoq; optimo epubeto dicuntur acuti & sa-
 pientes. catus enim (qua dictione usitatus est Horatius fre-
 quenter) significat doctum atq; acutum. Cata signa dixit
 Ennius, pro acuta, in illo uersu: lam cata signa sonum da-
 re uoce parabant. Autumat M. Varro, uerbum hoc Sabi-
 num esse. hinc Catus Helius Sextus cognominatus, propter
 iuris ciuilibus scientiam, ut sentit M. Tul. ut placet Varro-
 ni, non tam quia sapiens erat, quàm quòd acutus. Diuus
 Augustinus (quod notabile est) tradit, priscos coluisse
 Deum Catum, qui catos, id est, acutos faceret. auctor est
 Plin. in 7, Catos Cerculos apud Romanos cognominatos
 esse.

esse eos, qui sapientia erant præcellentes. Fortassis hinc fluxit dictio vulgaris & uernacula, qua catos uocitant feles, ex solertia uidelicet qua auibus insidiantur, & in musculos insiliunt. Palladius uocabulo uulgi subscribere uidetur, cū ait: Contra talpas prodest frequenter habere catos in medijs carduetis. Vbi catos accipio pro felibus domesticis, quas male literati muscipulas appellant: cum muscipula instrumentum sit, non animal, ad mures capiendos. Omnis scientiæ magistros.] M. Tull. in libris Oratorijs, omnium doctrinarū inuentrices Athenas appellat. In Bruto quoq; Athenis natā & alitam esse eloquentiā refert: qui in oratione pro Flacco, Athenienses præconio uirtutis exornat. Prætulit deus Delphicus.] Apud Græcos Socrates oraculo Apollinis Delphici prælatus est sapientia cunctis mortalibus. Chærephon enim Socratis familiarissimus, cōsuluit oraculum, an esset ullus Socrate sapientior: respondit Pythia, Socratem esse sapientissimum mortaliū. cuius rei Plin. Solinus, Laertius & Plato commemorare. Res est in ore omnium. inde & illud cantatissimum: Vir bonus & sapiens, qualem uix repperit unum Nilibus ē cunctis hominum consultus Apollo. Annotatu dignum est quod à Plinio proditur in 34. Romanos posuisse statuas Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitiū, cum Delphicus deus fortissimo Græcorum gentis iussisset, & alteri sapientissimo, simulachra celebri loco dicari. Mirum sanè est, illos patres circumspectissimos Socrati Pythagoræ anteposuisse, cunctis ab eo deo sapientia prælato. Nequissima factionis.] Capita factionis conspirationisq; in sanctissimū philosophum fuere, Anytus, Lycon & Melitus: qui Socratem inuidia irritati ferre non poterant, Melitus ob
poetas

poetas infestus, Anytus ob artifices atq; Reipub. gubernatores, Lycon gratia rhetorum. Itaq; hi calumnias struxerunt ad Socratem obruendum. Pesticentis herbae.] Cicutam intelligit, cuius vis refrigeratoria necat, ut ante diximus. Scitu memoratuq; dignum est, quod cum cicuta sit hominis uenenum, est pecudum pabulum. idq; Lucretius docet illis uersibus: Quippe uidere licet pinguescere saepe cicuta Barbigeras pecudes, homini quae est acre uenenum. Sturni quoq; (ut Alexander Aphrodisicus & Ambrosius prodiderunt) cicuta uescuntur, habentq; in cibatu. Graeci *κίχνα* uocant. Ignominiae maculam.] Sicut mors Callisthenis est Alexandri magni crimen aeternum, quod nulla uirtus, nulla felicitas bellorum redimet: ita mors Socratis est Atheniensium macula ineluibilis, quam nulla doctrinarum claritudo, nullae res gestae abluent. nam cum quis dixerit, Athenienses Darium, Xerxem, Persarum reges profligarunt: opponetur, & Socratem occiderunt: cum dictum erit, leges, literas, disciplinas, fruges mortalibus dederunt: dicetur, sed & Socratem sanctissimum sapientissimumq; mortalium iniquo iudicio iniustissimae morti damnauerunt. Sectam eius.] à Socrate, uelut à fonte, deriuati sunt riui, & seminatae familiae philosophorum: qui licet inter se dissentientes, & multum distincti & dispares sint, tamen omnes se Socraticos & dici uoluerunt, & esse arbitrabantur. quod M. Tul. memorat in 3. de Oratore. qui in epistolis ad Atticum Socrati & Socraticis uiris acceptum refert, quod iacturam patrimonij flocci non facit: quodq; caeteri calamitatem uocant, ipse nec incommodum: O Socrates, inquit, o Socratici uiri, nunquam uobis gratiam referam. Dij immortales, q̄ mihi ista pro nibilo.

Socratica chartæ Horatio Flacco philosophica sunt, Socraticum opus Ouidio philosophicum. Pingitur Socrates coma candente, sicut Diogenes barba comante, Zeusippus curua ceruice, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto. Socratem simis naribus & recalua fronte, repandis cruribus, fœdissimumq; fuisse auctor est diuus Hieron. ceterum uirtus non tam formosum corpus quam animum quærit, potestq; sub qualibet cute ingenium beatissimum latere: & sicut potest in humili casula uir magnus habitare, ita potest in deformi corpusculo formosus animus ac magnus existere. Videtur mihi Socrates in exemplar editus, ut scire possemus non deformitate corporis fœdari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Virent, in ipsius nomen quæ se addicunt sectæ philosophicæ: iurant in magistri nomen & uerba, se nunquam sectam deserturos, & dogmata præceptoris pro uirili parte defensuros: sicut milites iurant in uerba imperatoris adacti, omnia se strenuè facturos quæ præcepit imperator, nec unquam militiam deserturos. Quod apud historicos frequentissime lectitabis. Extat iusiurandum Hippocratis, quo discipulos adiurat in uerba concepta, & magistri nomen. sic sectatores Socratis adiurant in nomen doctoris, & se Socratis futuros affirmant, neque à Socratica disciplina deuios habituros: sic & Platonici & Aristotelici, & ceteri ceterarum sectarum insectatores, iurant in nomen magistrorum, eorumq; spiritui quasi consecratur: unde & consecranei nuncupati. hinc illud Horatianum: Nullius addictus iurare in uerba magistri. & Quintil. in 3. ex eodem instituto sic inquit: Neque me cuiusquam sectæ uelut quadam superstitione imo-

butus

butus addixi. M. Tullius Cic. in secunda Tuscūlana eos philosophos vituperat, qui certis quibusdam destinatisq; sententijs quasi addicti, & consecrati sunt, eaq; necessitate cōstricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur cōstantiæ causa defendere. Vnum discessi.] Corrige, unde discessi.

Postquam finitum est illud Paridis iudiciū, Iuno quidem cum Minerua tristes, & iratis similes, scena redeūt, indignationem repulsę gestibus professę. Venus uerò gaudēs & hilaris, læticiã saltando toto cum choro professa est. Tunc de summo montis cacumine per quãdam latentem fistulã in excelsum prorumpit unda crocoluta, sparsimq; desfluens pascens circa capellas odore perpluit imbre, donec in meliorem maculatæ speciem, canisciem propriam luteo colore mutarent. Iamq; tota suaue fragrante cauea, montem illum ligneum terræ uorago decerpit. Ecce quidã miles per mediam plateam dirigit cursum, petiturus, populo iam postulante, illã de publico carcere mulierẽ,

Repulsæ.] *gemitus est casus* significat enim Iunonem & Mineruam gestibus demonstrasse indignationem & dolorem, quo afficiebantur ob repulsam præteritæ potestatis que namq; (ut inquit Donatus) femina offenduntur, si fœdæ iudicentur: & (ut refert Tertulianus) pralatio alterius, sine alterius contumelia non potest procedere. unde illud, Manet alta mente repostum iudiciū Paridis. apud

Valerium Max. titulus est De repulsis, quo clarissimorum uirorum repulsæ in honorum petitione percensentur. M. Tul. in oratione pro Plancio, repulsas ædilitatis identidem memorat. Montis.] Idæ, qui mōs in scena lignea fabrica instructus fuerat. Fistulam.] Qua scilicet aqua fistulatim excutiebatur. Alibi annotauimus, ex auctoritate Plinij, Vis Etruij, Frontini, fistulas dici denarius, quarum laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est: quinarius uero, quarum lamina quinque digitos lata est. Imo croco.] Quidam legunt, uino, ut alludere uideatur ad Romanum morem, quo crocum uino miscebant, præcipue dulci, tritum, ad theatra replenda: ut docet Plin. in 21. & nos apud Propertium abunde meminimus.

meminimus, uersiculum illum explicantes, Pulpita solennes non oluere crocos. Verum ex tali lectione sententia quidem erit erudita, sed uerborum structura futilis & lapsabunda. dictio enim illa Diluta nusquam subsistet, nulloq; adminiculo fulcietur. Quocirca corrigo, Unda croco diluta: ut sit sensus integer, ex eadem tamen eruditione deductus. dicit enim undam croco dilutam commixtamq; emicasse per fistulam, siue siphonem in sublime, mechanico instrumento, ita ut croceus nimbus esse uideretur. de quo Epigrammatista: Et Cilices nimbis hic maduere suis. idem aliubi rubrum nimbum a croceo colore nominauit: & a Lucretio ex eodem ritu decenter dictum, Et cum scena croco Cilici perfusa recens est. & ita poeta ferme omnes indicant, undam solo croco dilui solitam, ad scenam, pulpitaq; theatra perfundenda. [Odoro imbri.] Odorum imbrem decenter dixit, undam illam croco dilutam, odoremq; croceum spirantem: quæ excussa per fistulam capellas pascentes, quasi imber & pluuia madefaciebat. Seneca lib. 6 Controuersiarum, rhetorem nomine Musam irridet, qui odoratorios imbres dixerat: intelligi uolens sparsiones, quæ in theatro fiebant. de quibus intelligit Propertius, sic canens in Siluis: Diues sparsio quos agit tumultus. ubi iure interpretes Siluarum incesbitur, refelliturq; ab eruditioribus, legens sparsio, accipiensq; pro nomine histrionico. [Luteo colore.] Ex imitatione Virgiliana ducta sententia: Ipse sed in pratibus aries iam suaue rubenti Murice, iam croceo mutabit uellera luto. Nec illud quoque absimile est, Sponte sua sandyx pascentes uelliet agnos. Est autem sandyx genus pigmenti, flammæ coloris. Plinius tamen isto uersu Virgilium accepisse sandycem pro herba

autumat, lib. 35. Suauē.] suauiter. Fragrante.]
 spirante, & suauolentiam redolente. Terræ uoras
 20.] Laus est exhibitī spectaculi, in quo post ludicram fa-
 bulam peractam, ingenio machinatoris artificisq; soler-
 tia effectum est, ut mons ille ligneus, qui Idam represen-
 tabat, uoragine quadam subitaria & quodam quasi bias-
 tu terræ & chasmate absorberetur. Præclaris nuptijs.]
 asininis scilicet. Thorus genialis.] Tanquam nuptiæ
 futuræ essent inter asinum & mulierem, nubentibus enim
 genialis thorus sterni solet. Lucianus: κλιῖν τὸ μαγνὰ ἀπὸ
 χαλῶν ἐν ἰνδίας ὑπάρχον. id est, lectus erat magnus, ex
 Indica testudine factus. Docent hæc Lucij nostri, &
 Græci Luciani uerba, lectos ex testudine preciosos fieri
 solitos, id quod Plinius, Iuuenalis, Martialis, & cæte-
 ri prodiderunt. cuius rei iurisconsulti quoque meminere
 his uerbis: Nunc ex ebore, aut testudine, aut argento, iam
 ex auro etiam atque gemmis supellectili utuntur. Seneca,
 castigatō morum & luxus accerrimus, lib. 7. de Bene-
 ficij: Video, inquit, elaboratam scrupulosa distinctione
 testudinem, & fœdissimorum pigerrimorumq; anima-
 lium testas ingentibus precijs emptas. Carbilus Pollio, sœ-
 gacis ad luxuriæ instrumenta ingenij uir, primus instituit,
 testudinum putamina secare in laminas, lectosq; & re-
 positoria his uestire. Plin. portentosa ingenia appellat,
 quæ materiem in mari quæsiuere ad lectos, testudinemq;
 in hoc secuere. Fenestella dicit, Tiberij Cesaris principa-
 tu testudinea repositoria in usum uenisse. Veste serica
 floridus.] De holoferica ueste, quæ tota erat serica: de
 subserica, cui intextum erat aliquid sericum, scripsi in
 commentarijs Tranquilli, & aliubi plura. Obeundi
 publicè

publicè concubitus.] Cum asini cateraq; bruta animan-
 tia passim in propatulo coeant nullo pudore, tamen asi-
 nus noster retinens pristinum sensum, erubescere publio-
 cè concumbere. Tantius à natura insitus est pudor mor-
 talibus rei ueneriæ, ut cum eam maximè expetant, ta-
 men confiteri concumbere erubescant: ut docet Aristo-
 teles in Problematis. Ex instituto Lycurgi (ut in tran-
 scursu id quoque attingam) sponsus noctu clam accede-
 bat ad sponsam, extincto lumine, atque cum ea quadam
 religione timidus uerecundusq; coibat. Aristoteles quoque
 præcipit in secundo Oeconomico: ut maritus cum pudore
 & modestia propinquet uxori, ut in uerbis sit uerecun-
 dia, in operibus fas & honestum. Mos ille Massagetarum,
 aliorumq; barbarorum spurcissimus ac prorsus brutalis,
 est à nobis explodendus. Siquidem uir Massageta quo-
 ties libidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pba-
 retra, sine pudore palàm concumbit, Herodoto teste: qui
 Nasamonas quoque tradit uxores plures habere, & cum
 his in propatulo coire. Quæcunque bestia.] Suprà di-
 ctum est, ex sententia Præsidis fœminam hanc fuisse bea-
 stis addictam. proinde timebat Lucius noster, ne im-
 missa bestia ad exitium fœminæ, se quoq; discerperet, cohæ-
 rentem cum illa uenerio complexu. Lucianus: *ἰὺὸ δὲ ἀμω
 μὲν ἰδὲ αὐτὸ ἐπὶ τῷ δειτέρῳ παραδείμῳ, ἀμω δὲ ἰδὲ αὐτὸ ἐπὶ
 τῷ ἀπῷ] ἢ δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῷ ἀπῷ δὲ ἰδὲ αὐτὸ ἐπὶ τῷ ἀπῷ* id est, Ego quidem simul
 ueebar, in theatro cum fœmina concumbere: simul time-
 bam, ne aut ursus aut leo in me insiliret. Frugi.] mo-
 desta, moderataq;. Districtus.] occupatus. Plin. Distrin-
 gor officio. Indemnato.] non damnato, & infonti.

Furtiuum pe.]
Veteres pedē stru-
it dicebant, pro eo
quod est fugit.

Cenchreas peru-
ado.] Oppidum est
in Istmo, teste
Pomponio Mela.
Strabo in 8. Ceno-
chreas ait esse na-
uale Corinthio-
rum, ad orien-
tem spectans. Li-
nius Cenchreas
Corinthiorū em-
porium fuisse rec-
fert. Plinius in 4.
Lechea hinc, Cēs-
chrea illinc, an-
gustiarum termie-
ni. Paulus aposto-
lus comam toton-
dit in Cenchris.

Corinthiēsū.] Vi-
detur anōgws dixi-
se Corinthiēsū,
pro Corinthiorū:
cum inter Corin-
thios & Corinthi-
enses ea differētia

Ergo igitur non de pudore
 iam, sed de salute ipsa sollici-
 tus, dum magister meus lectu-
 lo probè coaptando districtus
 inseruit, & tota familia partim
 ministerio uenationis occupa-
 ta, partim uoluptario specta-
 culo attonita, meis cogitatio-
 nibus liberum tribuebatur ar-
 bitrium, nec magnopere quis
 quam custodiendum tam man-
 suetum putabat asinum: pau-
 latim furtiuū pedem proferēs,
 porta quæ proxima est potit⁹,
 iam cursu me celerrimo proripio.
 Sexq; totis passuū milibus
 perniciousè cōfectis, Cenchreas
 peruado: quod oppidum ade-
 unt quidē nobilissimę colonię
 Corinthiēsū, adluitur autē Ae-
 geo & Saronico mari: ubi por-
 tus etiam tutissimū nauium re-
 ceptaculū magno frequētatur
 populo. Vitatis ergo turbulis,
 & electo secreto littore, prope
 ipsas fluctuum aspergines, in
 quodā mollissimo harenę gre-
 mio lassum corpus porrectus
 resoueo. Nam & ultimam diei
 metam curriculū solis deflexe-
 rat: &

rar: & uespertinae me quieti tra-
ditū, dulcis somnus oppresit.

fit, quæ inter Sar-
dos et Sardinenses,

Hispanos et Hispan-

nienses, Siculos & Sicilienses. Nam nonnulli ueterum
grammaticorum appellationes has ita diuiserunt, ut Co-
rinthios, Sardos, Siculos putarent dici, qui Corinthi, in Sar-
diniæ & Sicilia nati sint: Cormubienses uerò, & Sardinien-
senses, & Sicilienses, incolas negotiatoresq; Corinthi
Sardiniæq; & Sicilia: cæteraq; hoc genus consimiliter, se-
pe tamen hæc indiscriminatim usurpantur. Adnotauitq;
Porphyrio Horatianus interpres, Sardum & Sardinien-
sem dici posse eum, qui in Sardinia esset natus. Ego existo
mo Lucium nostrum significanter & proprie Corinthi-
ensem dixisse, melius quàm Corinthiorum, cum Corin-
thus Romana colonia foret, incoleturq; à Romanis
colonis & negotiatoribus. Constat enim inter auctores,
Cæsarem dictatorem deduxisse Corinthum colonos liber-
tinos, qui Corinthienses uerius quàm Corinthij nuncupan-
tur. Sardonico mari.] Quis minus paulo curiosus non
credat, lectionem hanc esse puram & sinceram, & aper-
tam: tanquam à Sardinia Sardonicum mare nominetur.
Sed cū Sardinia à Corintho distet, quantum Hippanis Ve-
neto distidet Eridano, & nulla cōmunicatio sit inter Sar-
doum mare & Ægeum: corrigenda dictio est unius literæ
detractio: quæ res cum pronuntiatu uideatur esse leuicula
& penè friuola, sensu tamen est erudita, & ex interio-
ribus literis eruta. Legas igitur Saronico mari, non Sar-
donico. Est enim sinus Saronicus, & mare Saronicum, ad-
luens Isthmum Corinthiacum. Plin. in 4. Corinthiacus
hinc illinc Saronicus appellatus sinus, olim pontus & por-

ius, quasi transitus dictus, Strabone teste. Causam nominis refert idem Plin. his uerbis: Sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde & nomen, ita Græcia antiqua appellante quercum. Restituenda est obiter dictio Pomponij Melæ, apud quem consimiliter legitur portus Sardonicus, pro Saronicus. Turbulis.] *ὑποκαταστάς*, turbis. Prope flu. a.] Celsus iurisconsultus: Littus, inquit, est quo usq; maximus fluctus hybernus à mari peruenit. idq; M. Tul. aiunt, cum arbiter esset, primum constituuisse. Littus quoq; dici locum in quo litamus, autumat Donatus. Mollissima ha. g.] puluinum intelligit: sic enim mollior harena nuncupatur. Seruius tamē secus sentit, qui ait in 10. cōm. t. Dorsum est durior harena, quæ euntibus remeantibusq; fluitibus densatur, & in modum saxi durefcit, quod à nautis puluinus uocatur. ab hoc puluino harenario uidetur Plaut. met. apboricōs dixisse in Casina: Ibo intro, subducam nauim rursus in puluinarium. Vltimā di. mc.] Suprema tempestas dicebatur à priscis diei nouissimū tempus, ut in 12. Tab. decē uirg. lib. expressum est, quarum hæc sunt uerba: Solis occasus suprema tempestas esto. Curriculum solis.] currus, siue cursus: utrumq; enim curriculum significat. uerba hæc, meta & curriculum, decenter translata sunt à curriculi spectaculo. Vespertina q.] Post supremam tempestatem uespera est: unde uespertina quies græci *ἠερινή* dicūt. ille autem somnus uespertinus uidetur esse suauior & dulcior, quo prima quies incipit, & domino diuini gratissima serpit.

VNDECIMI LIBRI

Argumentum.

Totus quidem Apuleius elegantia & eruditione plenus est:

est: hic uero nouissimus liber inter omnis excellit, in quo dicuntur quaedam simpliciter, multa ex fide historica, plurima ex secretarijs philosophia, & religionis Aegyptiae de prompta. In principio eloquenter explicatur oratio, non asinalis, sed theologica, ad lunam, eiusque; luculenta descriptio. mox lunae ad Lucium bencuola institutio, pompae sacerdotalis copiosa et erudita descriptio, ex asino in hominem pristinum deuoratis rosis facilima reformatio: religio sa sacris Isidis & Osiridis initiatio, castimoniarum abstinentia, altera ad lunam deprecatio, felix Romam uersus profectio: ubi sacris Romanis initiatus, in collegium Pastophororum allectus est.

Primam uigiliam.] Alibi saepe annotauimus, quem

Circa primam ferme noctis uigiliam experrectus paucis ore subito, uideopremicatis lunae calore nimio completu orbem, comodu marinis emergentem fluctibus. nactusque opacae noctis filentiosa secreta, certus etiam summam deam praecipua maiestate pollere, resque prorsus humanas ipsius regi prouidentia: nec tantum pecuina & ferina, uerum inanima etiam diuino eius luminis numinisque nutu uegetari: ipsa etiam corpora terra, caelo, marique nunc incrementis consequenter augeri, nunc decrementis obsequenter imminui:

admodum nox in quatuor uigilias diuiditur ex instituto militari, quae singulae trium horarum spacio supputantur. Ideo autem in quatuor partes sunt diuisae noctis uigiliae, quia cum impossibile uideatur per totam noctem uigilantes singulos in speculis permanere, instituerunt ut non amplius quam

quàm tribus horis
nocturnis necesse
sit uigilare. A tu-
bicine omnes uigi-
liæ committuntur,
& finitis horis à
cornicine reuocan-
tur. Expere-
ctus.] dicitur Ex-
pergitus, qui ex-
citus somno spõ-
te uigilat: experge-
factus est, qui per
alium somno exci-
tatur: experrectus
uerò, à quiete im-

peditur: auct. Diomedes in primo. Verùm, ut Donatus in 2.
Æneidos cõmẽt. refert, excussus somno dicitur is, cuius dor-
mientis quies abrupta est: cùm expgefactus ille dicatur, cui
somnia satietas cõtigit. Promicantis.] ualde splendẽtis, &
diantisq;. Cõpletu orbem.] pleniluniũ signat, quod Gra-
eci πανσέλιον uocãt: quo luna orbe pleno fulget, pernoxq;
conspicitur, Cõmodũ.] id horæ, tunc primũ. Silentiosus
se.] silẽtijs plena nocte enim cũcta consilescũt. Quarit Ari-
stot. in problematis, cur nox ad audiendũ aptior sit quàm
dies. an quòd aer inter diẽs stridet à sole cõcalesfactus, obstre-
pitq;: nocte uerò requiescit, utpote omni calore subducto.
tunc aut quæcunq; audiri melius possunt, cũ nullus strepi-
tus est. an q; per inanius facultas audiẽdi amplior, q̃ pleni-
us datur. Bẽt aut aer inter diu densus, ut qui luce radijsq; refer-
tus sit

fit: noctu autē rarior, quod ex eo ignis & radij recesserunt. Præterea silentiū noctis dictū id tempus, quod alij cōcubium appellant; Plaut. conticiniū, ab eo quod silere iur: ut interpretatur M. Varro. dicitur autē silentiosus eodem inclinamento, quo facundiosus, religiosus, consiliiosus, aliaq; id genus cōplura, quæ significant copiam quandā immodicam rei super qua dicuntur. Regi pro.] Auctor est Firmicus Maternus in 3. Matheseon, omnem substantiam humani corporis ad lunaris numinis pertinere potestatem. idem aliubi refert, Solem & lunam totius dominos, dedituari dominia sortiri in genituris. Idem in 4. lunā Romæ norū corporū matrem sciēter appellat. Eodē teste, luna terræ imperiū ex uicinitate sortita, omnia animātū corpora & cōcepta procreat, et generata dissoluit. Crescētis lunæ augmenta corporib. nostris & deficientis luminis damna sentimus, medullæ humani corporis cum luna crescunt & decrescunt. Plin. quoq; refert, sidus lunæ esse quod terram saturet, accedensq; corpora impleat, abscedensq; inaniat, sanguinem etiam hominum cum lumine eius augeri ac minui. Lunæ fœmineum, solis masculum sidus appellant. Pecunia & fe.] A pecore pecuinum deriuatur, ut à belua beluinum: unde pecuinæ uoluptates dictæ, quæ nobis cum beluis cōmunes sunt. Verū iam iā.] per p̄so sensu, literisq; pensitatis atq; perspectis, corrigo, inanima. etenim procliuus fuit ex proximo error, ut hæc dictio inanima adulteraretur, uertereturq; in iam iam. Est autem sensus: Nō solum animantia, uerū etiam anima carentia (quæ inanima dicuntur) uegetari, aliq; potestate lunari. Scribit Ambros. in 4. Hexameri: lunam in id se induere ministeriū, in quod & frater eius, ut illuminet tenebras, foueat semina, augeat fructus.

fructus. Habet etiam pleraque à fratre distincta, ut quæ toto die calor humorè terræ siccauerit, eundè exiguo tēpore nō estis ros reponat. nam & ipsa luna larga roris est. Denique cum luna est pernox, tunc largior ros fertur arua persundere. Defectu lunæ compatiuntur elementa: progressu eius, quæ fuerint exinanita cumulantur: ut animantiū cerebrum, & maritimorū humida: siquidem pleniores ostrea reperiri feruntur, multaq; alia cū globus lunaris adolescit hoc idē quoq; in arborib. pollet, et plāis. Quinetiā philosophi prodiderūt, quævis, id est, naturā plantādi et augendi corpora, existere ex globo lunari. Nūc incrementis augeri. J Auctores sunt M. Tul. Plin. A. Gel. et cæteri, luna adolefcēte ostrearū & cōcharū omniū corpora augeri: rursus senescēte, minui. iecuscula quoq; musculorū & fibras resspōdere numero lunæ, exquisiuere diligētiōres. Arbores cū luna similiter senescētes, quia tūc exsiccata sint, tempestiuè cædi putātur. hinc Lucilianū illud: Luna alit ostrea, implet & cebinos, muribus fibras, et pecu addit. Scitu dignus est ille uersus ex astronomicis Manly, Ad lunæ motū uariant animalia corpus. Rem memorandam Plut. refert, qui ait luna decedente cæpe reuifescere & congerminare: contrā aut inarescere, adolēscere. Eā causam esse dicūt sacerdotes Ægypti, cur Pelusiota cæpe nō edāt: quia hoc solum olerorū omniū contra lunæ incrementa atq; decremēta uices minuēdi & augendi habeat contrariis. M. Varro præcipit dies lunares obseruandos in omni agricolatione, cum alia in agris faciēda sint potius luna crescēte, q̄ senescēte: quædam econtrario. in ouibus tondendis hoc obseruabant ueteres, ut decrescēte luna tonderentur. quidam (quod an uotatu dignū est) capillū tondent, & calui fiūt lunæ decremento.

mento. Tiberius in capillo tondendo seruauit interlunias: Mendose legitur apud Plin. in Capitolio condendo, cum legi oporteat, in capillo tondendo. Specie sua.] ut legas Spem salutis, & sensus & uerborum structura deponit. Augustum spe deæ.] uenerabilem & sacrosanctam lunæ effigiem. Lauacro t.] M. Tul. lib. 1 de Legibus docet, asperzione aquæ labem corpoream tolli, & castimoniam corporis præstari, sed cum multum animus corpore præstet, obserueturq; ut casta corpora adhibeantur: multo est in animis id seruandum magis, ut casti animo & corpore deos adeam. Cõstat ex lectione celeberrimorũ scriptorũ, dijs superis sacra facturum corporis ablutione purgari. cum uerò inferis litandum est, satis aptum uidetur si asperio sola contingit. Virgilianus Æneas de purificatione ad sacra superiorum pertinente sic inquit: Donec me flumine uiuo Abluero. at Dido cum sacra dijs inferis instituit, ait, Dic corpus properet fluuiali aspergere lympha. Inter genera purgationum quibus animæ purgantur, est & aqua, quod poeta indicat sic scribens: Alys sub gurgite uasto Infestũ eluitur scelus, quod totũ copiose explicat diuus August. lib. 31. de Ciuitate dei. ideo autem dixit marino lauacro, quoniam marina aqua purificat, propter igneam portionem: unde & sacerdotes, ut docet Proclus Platonius, marina aqua in purificationibus utebantur. Catullus quoq; ostendens uim purgatoriam inisse aquis marinis, scite inquit: Suscipit ò Gelli, quantum non ultima Thetis, Nec genitor nympharũ abluuit Oceanus. Septies submerso capite.] Ex superstitione priscorum, qui aqua fluuiali quasi purgatoria immergebant capita, iuxta illud Persianum:

Tyberine

Tyberino in gurgite mergis. Mane caput bis terq; & noctem flumine purgas. Iuuenalis quoq; consimiliter: Ter matutino Tyberi mergetur, & ipsis Vorticibus timidum caput abluet. Cum septenarius numerus sit in rebus omnibus & potissimum in religionibus potentissimus, scitissimè dixit se septies caput fluctibus immersisse. Consimiliter libro quarto Regum, Heliseus propheta inquit leproso: Vade et laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, & mundaberis. Item paulo post: Lauit (inquit) septies in Iordane, iuxta sermonè prophetae, & mundatus est. Septenario numero (ut auctor est diuus Augustinus in epistolis) uniuersitatis significatio saepe figuratur: qui etiam ipsi Ecclesiae tribuitur, propter instar uniuersitatis. Præterea (quod memoratu scituq; dignū est) hic numerus homini cōprimis cōuenit, siquidē quaternarius ad corpus pertinet, & cōstat ex quatuor elemētis, et quatuor qualitib; afficitur, sicca, humida, calida & frigida: quod quatuor tēporib; administratur, uerno, æstate, autumno, hyeme. Ternarius uerò ad animam pertinet, propter triplicē uim animæ, quæ est rationalis, irascibilis, concupiscibilis. De uis & potentia septenarij numeri scripsi copiose in libello qui inscribitur Heptalogos, siue septem sapientes. De septenario numero (qui græcè dicitur heptas) sic scribit Martianus in Arithmeti. Quid te heptas ueneranda cōmemorem: quæ quod naturæ opera sine facturarum contagione conformas, inter deos Tritonia uirginis uocabulū possidisti? Macrobius in primo in somnium Scipionis, docens septennarium rerum omnium ferè nodum esse, & totius fabricæ dispensatorem ac dominum, refert Pythagoricos quaternarium & ternarium, ex quibus septenarius cōstat, inter arcana uenerari,

rari, ut ex quaternario iurifuradi religionem sibi facerēt, ut ternario ad sanctificationes deorum uterentur, quod Aristot. tradit in primo de Cælo. Diuinus Pythagoras.] De Pythagora cum inuulgata sint omnia, id tantum retulisse suffecerit, eum fuisse tanta diuinitate præditum, ut Pythagoras ex eo nominatus credatur, quod non minus uera Apolline Pythio loqueretur. ut ipsius auctoritas apud sectatores fuerit pro ratione: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, respondere solitos αὐτὸς ἴπα, ipse dixit. Diuus Augustinus Pythagoram miratur, et laudibus effert, quod regendæ reipub. disciplinam suis auditoribus ultimam tradebat, iam doctis, iam perfectis, iam beatis: scribitq; disciplinam Pythagoræ habitam esse uenerabilem, ac propè diuinam. Apud Græcos fit ista distinctio, ut Pythagorici uocentur qui unâ cum Pythagora cōuersabantur, Pythagorei discipuli Pythagoræ, Pythagoristæ uitâ Pythagoræ sectantes. Symbola Pythagoræ aliubi à nobis fusius explicantur.

Regina cæli.]

Reginâ cæli, siue tu Ceres alma frugum parens originâlis, quæ repertu lætata filix, ueustæ glandis ferino remoto pabulo, miti commonstrato cibo, nunc Eleusinam glebam percolis: seu tu cœlestis Venus, quæ primis rerum exordijs, sexuum diuersitatem generato amore sociasti, & æterna sobole humano genere propagato, nunc circūfluo Paphi sacra-

Oratio est mysticæ cetera ad lunam, ex secretarijs religionis, theologiaq; prischorū educta: qua deam precatur, ut sibi opituletur. cuius nomina & numina multijuga præcenset, tanquam dea sit una, & nomina

TT plura

plura. sic enim ueteres solem & lunam pluribus nominibus coluere, quæ omnia ad mysticas ceremonias referuntur. M. Varro & Augustinus duos deos esse, & principia duorum esse tradiderunt, cælum & terram, quibus omnia numina et nomina conueniunt. Tu Ceres alma.] Philosophi dicunt non esse nisi unum deum, & unam deam, quæ pro ratione officiorum nominibus uarijs nominibus appellatur: unde eundem Solem, eundem Liberum, eundem Apollinem uocant. Item Lunam eandem Cererem appellant, eandem Dianam, eandem Iunonem, eandem Proserpinam.

rio coleris: seu Phœbi soror; quæ partu ferarum medelis lenientibus recreato, populos tantos educaſti, præclarisq; nunc ueneraris delubris Ephesi: seu nocturnis ululatis horrenda Proserpina, triformi facie laruales impetus comprimens, terræq; claustra colibens, lucos diuersos inerrans, uario cultu propitiaris, ista luce fœminea cõluſtrans cuncta mœnia, & nudis ignibus nutriens læta femina, & solis ambagibus dispensans incerta lumina: quo quo nomine, quo quo ritu, quaq; facie te fas est inuocare, tu meis iam nunc extremis ærumnis subsiste, tu fortunam collapsam affirma: tu sequis exanclatis casibus pausam pacemq; tribue: sit satis laborum, sit satis periculorum: depelle quadrupedis diram faciem: redde me conspectui meorum, redde me meo Lucio. Ac si quod offensum numen inexorabile me sequitur premit, mori saltem liceat, si non licet uiuere.

eandem Dianam, eandem Iunonem, eandem Proserpinam.

& sub aliarum quoq; appellationum uarietate ueneran-
 tur. Quod secutus poeta maximus, pro Sole & Luna, Libe-
 rum et Cererem inuocauit, illo uersu: Vos o clarissima mun-
 di Lumina, labentem caelo qua ducitis annum, Liber &
 alma Ceres. Super qua re luculenta extat in Saturnalibus
 explicatio. Alma autem ab alendo, Ceres a creando dicta,
 ut Grammatici tradunt. M. Varro: Ceres (inquit) dicta,
 quod gerit fruges. Hoc idem sentit M. Tullius in 3 de Natu-
 ra deorum. Fulgentius uero, nescio quid indictum nostris
 sequitur, ut Ceres dicatur a χαῖρα, quod gaudium significat
 quoniam ubi plenitudo frugum sit, gaudia superabundent
 necesse est. Alma bono epitheto dicta, ab alendo, ut Ser-
 uius interpretatur. Lucem almā interpretatur apud Virg.
 Donatus, illustrem et clarā. Idem almum diem exponit,
 pro tranquillo. Parens originalis.] genitrix primigenia,
 & prima. Repertū.] inuentione. Miti commonstras-
 ta cibo.] Plinius in 7. Ceres prima inuenit frumenta, cum
 ante glande uescerentur. Ante Plinium Ouidius quoq; ceci-
 nerat: Mutauit glandes utiliore cibo. Idem in serio operet
 Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus. Nil notius ra-
 ptu Proserpina, nil celebratius Cerere & cerealibus. Sunt
 autem Cerealia, dies festus Cereri dicatus. Miti cibo.]
 mitiore, urbanioreq;. Eleusinam glebam.] Athenienses
 Cererem pra caeteris coluerunt, tum sacrificijs amplissimis,
 tum Eleusinis mysterijs, qua (ut scribit Diodorus) anti-
 quitate castimoniaq; apud omnes homines sunt celebratiss-
 sima. Strabo quoq;: Eleusin (inquit) urbs est in Attica, ubi
 Eleusinae Cereris templum extat, & fanum mysticū, quod
 Ictinus extruxit, turbae theatrales capacissimum. Olim Nu-
 menius inter philosophos occultorum curiosior, offensam

numinum cōtraxit, quod Eleusina sacra interpretando uul
 gauisset. Somniauit enim, se uidere ipsas Eleusinas deas ha
 bitu meretricio ante apertum lupanar prostantes. quod
 cum admirari uideretur, iratae responderūt, ab ipso se ady
 to pudicitiae suae uel abstractas, & passim aduentibus pro
 stitutas. Ex hoc somnio admonitus est, caerimonias deorum
 minimè inuulgandas esse. August. in 7. In Cereris (inquit)
 sacris praedicantur illa Eleusina, quae apud Athenienses no
 bilissima fuerunt. Ob haec mysteria ab Ouidio dicitur Cae
 realis Eleusis. Prouerbiū est graecum, ἀττικοὶ τὰ ἱερὰ οὐ
 κείναι: de his quae homines faciunt sibi ipsis, nec communicāt
 cum alijs. Primis rerum exordijs.] Sublata Venere or
 bis iacebit, cuncta squaliebunt desolata, mundum ipsum fa
 cies inamabilis cōtristabit. Veneris beneficio diuersi sexus
 copulantur, animantia perenniter propagantur, homines
 singulatim mortales uniuerso tamen genere, sufficiensq;
 uicissim prole perpetui sunt & immortales. Itaq; Lucre
 tius merito sic exorsus est poema philosophicum: *Æneadiū*
genitrix, hominum diuūmq; uoluptas, Alma Venus, per te
quoniam genus omne animantum Concipitur, uisitq; exor
tum lumina solis. Et quoniam incidimus in mentionem Lu
cretij, illud est notabile, Lucretium non fecisse initium suo
rum librorū ab hoc principio, quod omnes cōcinunt, quod
uulgo legitur: sed cum scripssisset unum & 20 uolumina, sic
cœpisse, Ætheris & terrae genitabile quærere tempus. Hoc
tradit M. Varro, cuius auctoritate commonitus, existimo
istos libros Lucretij qui circumferuntur, esse non integrum
opus, sed partem operis legitimi, quo unus & uiginti libri
continebantur. Venus autem haec luna est, quae mortalium
corporum (teste Macrob.) & auctor est, & conditrix:
 quam

quam ætheriam terram phisici uocauerunt, & habitatores eius lunares populos nuncupauerunt. Philochorus quoque in Attide affirmat Venerem esse Lunam, & ei sacrificium facere uiros cum ueste muliebri, mulieres cum uiriliter quòd eadē & mas existimetur, & fœmina. Diuus August. in 7. Eandem (inquit) Venerem esse & Lunam uolunt. Paphi sacrario coleris.] Venerem apud Paphios coli, unde & ipsa Paphie nominatur, nullus ignorat, qui uel illud tantum celebratissimum audiuerit: O Venus regina Gnidii Paphiq;. Plin. & Strabo tradunt, in insula Cypro fuisse urbes Paphon & Palæpaphon, quasi uetusta Paphon: ubi antiquum Veneris Paphiæ templum spectabatur. Circū suo autem dixit, alludens ad insulæ situm, quæ mari circū sua est. Partu ferarum.] Sententia parum congruens lunæ siue Lucinæ potestati, ut partus ferarum recreare dicatur: cum hominum causa magis quàm ferarum mystica eius cerimoniam instituta esse uideantur. Quocirca uerior lectio erit, & eruditior, si legas Partu foetarum: ut ad foetas fœminas, hoc est eas quæ enixæ sunt, referatur. foetæ enim absoluto uocabulo dicuntur puerperæ, & quæ iam partu exoneratæ sunt. Ita eruditorum schola, ita Plinius noster loquitur. Interdum quoque foetum dici plenum & grauidum, quis ignorat? cui ignotum non sit illud Maronianum, omnibus notissimum: Loca foeta furētibus austris. Lunam aut, quæ & Iuno Lucina dicta est, ducē nascentiū, & partibus mulierum fauere, et à parientibus inuocari, scribunt omnes, et hoc uidisse antiquos apparet, ex quorum instituto mulieres potissimum supercilia sua huic deæ attribuerunt. hic enim maxime debuit collocari Iuno Lucina, ubi ab djs lux datur oculis. Ob hoc, nomine quoq; mystico illi

thyia inuocatur à parturientibus. Horat. in carmine Seculari ad lunam: Rite maturos aperire partus, Lenis Ithyia tuere matres, Siue tu Lucina probas uocari, Seu genitalis. Veneraris.] coleris. In passiva significatio ne itidem à Virgilio dictum est, Venerata sacerdos.

Delubris Ephesi.] Templum Dianæ Ephesiæ tantæ fuit magnificentiæ atque admirationis apud priscos, ut inter septem miracula numeraretur. ducentis uiginti annis constat id factum esse à tota Asia. Columnæ centum uiginti septem à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine: ex his triginta sex cælatæ, simulachrum ipsius deæ ornant: cæteræ ex hebeno esse traduntur. Mucianus uerò, uirgineum, & nunquam mutatum, septies restitutum templo. Cætera eius operis ornamenta tanta fuerunt, ut plurimum librorum instar obtineant. Et quoniam mentio incidit de septem mundi miraculis, uideor facturus operæ precium, si ea hæc in loco perconferam. Sunt autem hæc: Templum Dianæ Ephesiæ: Mausoleum, hoc est Mausoli sepulchrum; Colossus solis apud Rhodios: Iouis Olympici simulachrum, quod Phidias fecit ex ebore; Muri Babylonis, quos Semiramis regina constituit; Pyramides in Ægypto: & domus Cyri Medorum regis, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. Non me præterit uarietate esse in quibusdã, apud quosdã sed in præsentia secutus sum Casiodorũ, hæc quæ diximus septem miracula præconferentẽ. Horrèda Proserpina.] M. Varro: Luna (inquit) quod sola lucet noctu, eadem dicta noctiluca. Quidã Dianã uocãt, quasi diuianã, q̄ in altitudinem & latitudinem simul eat. Proserpinam quoq; appellant, quod hæc ut serpens modò in dextram, modò in sinis-

stram

Iram partem latè mouetur. serpere enim & proserpere
 idem dicebant. Fulgentius nõ inscite: Proserpinam, inquit,
 quasi segetem uoluerunt, id est terram radicibus proserperen-
 tem. et Hecate græcè dicitur: hecaton enim græcè centum
 sunt: & ideo hoc illi nomen imponunt, quia centuplicata
 tum Ceres proferat fructum. Nocturnis autem ululatibus
 ideo horrendã dixit, quia sacra Proserpinæ erant nocturna,
 & noctu cum ululatibus colebatur. Quod & poeta do-
 cet illo uersu: Nocturnis Hecate triuijs ululata per urbes,
 eandem enim esse Proserpinam, et Hecaten, & Dianam,
 & Cererem, et Lunam, nouimus. Cur ululatibus coleretur
 per triuia & quadriuia, rationem tradunt, ad representã-
 dam scilicet Cereris imitationem, quæ raptam Proserpi-
 nam in triuijs clamore requirebat. Romæ quoq; in ludis Se-
 cularibus trinoctia sacra celebrantur in honorem Plutonis
 & Proserpinæ. Diagondas Thebanus omnia nocturna sa-
 cra apud Græcos lege perpetua sustulit. Aristophanes quos-
 que Archææ comædiæ cõditor, nocturnas peruigilaciones
 amaritudine perstringit. Seueritas Romana Bacchanalia
 & nocturna sacra condemnauit, cum sub nomine religiõ-
 nis supra puerorum sceminarumq; promiscua & corru-
 ptelæ omnis generis fieri cœpissent. Triformi facie.]
 Triuiam, tergemina, triformem diuam dici Proserpinã,
 lectione poetica compertum est: tanquam Luna in cælo,
 Diana in terris, Proserpina apud inferos sit. Virg. Terge-
 minamq; Hecaten, tria uirginis ora Dianæ. Orpheus in-
 nuit ideo triplicem tergeminaq; diuam nuncupari, quo-
 niã tribus capitibus figeretur, equino, canino, et humano.
 Laruales impetus.] Cum Proserpina sit dea manium, me-
 ritò in eius potestate est impetus laruarum, & omnia na-

Etiam occurracula comprimere, & omnia umbrarum no-
 eturnarum terriculamenta cobibere, ne larvatos faciant
 homines atq; lymphaticos. Iam sæpe dictū est, larvas per-
 hiberi animas mortalium exutas corpore, si propter aduer-
 sa uitæ merita deprauantur: easdē manias dici, docet Mar-
 tianus. Lucos diuersos.] Diana in lucis uim propriam
 exerit, sicut in cælo luna. Virg. in 6. Iam subeunt triuicæ lu-
 cos. Propitiaris.] placaris, coleris. Vario cul.] Quæ-
 libet natio suos ritus, & cultus ceremoniarum propè habet
 peculiare. Romani (Liuius teste) omnem disciplinam sa-
 crificandi, præterquam more Romano, aboleuere: iudicā-
 tes nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quàm ubi non pa-
 trio, sed externo ritu sacrificaretur. Prouerbiū est græcū,
 ἕκαστος τῆς ἑαυτοῦ θρησκείας, quo significatur, singulas gentes proprijs
 legibus uti, tā in administratione Reipublicæ quàm in cul-
 tu ceremoniarum. & ut exempla præteream, quæ sunt in-
 numeræ, aurium fastidio parcēs, unum tantum ad præsens
 commemorabo: de Lindijs, qui Herculem nouo cultu et ri-
 tu colunt, uidelicet cum conuicijs & maledictis. Quod si a-
 licui inter solennes ritus, uel imprudenti exciderit bonū uer-
 bum, sacra Herculeana habent pro uiolatis. Vnde prouer-
 bium Græcorū innotuit, ἀνιδίω τῶν ἑσπέρων. Verū hæc nō tā
 sacra dicēda sunt, quàm sacrilegia. Luce fœminea.] Lux solis
 mascula, et sidus masculū: lux lunæ fœminea, et sidus fœmi-
 neū. Plin. in 2. Solis esse masculū sidus accipimus: e contra-
 rio ferunt lunæ fœmineum ac molle sidus, atq; nocturnum
 soluere humorem, & trahere, non auferre. Illud notabile,
 quod doctissimi memoriæ prodiderunt, & Carreni præci-
 pue obseruant: ut qui lunam fœmineo nomine ac sexu puta-
 uerit nuncupandam, is addictus mulieribus semper infer-
 uat.

niat: qui uerò marem deum esse crediderit, is dominetur
 uxori, neq; ullas muliebres patiaturs infidias. Vnde Ægy-
 ptij quamuis lunam deam, ut fœminam dicant, tamen my-
 sticè deum dicunt. Parthi quoq; Lunum deum nomine ma-
 sculino & sexu colebant: nec id sine causa, nam prisca deos
 omnis ægypti & sines esse crediderūt, quasi dicas masculofœ-
 minas: tanquam utriusq; sexus participationem numina
 habeant. proinde Caluus pollentem deum Venerem san-
 ctissime nominauit, & à Virgilio dictum: Descendo, ac du-
 cente deo flammam inter & hostes Expedior. Item: Nec
 dextræ erranti deus absuit. nam illic Venus, hic Iuno intelli-
 gitur. Diximus quoq; paulo antè ex auctoritate Philocho-
 ri, uiros sacrificium fecisse lûnæ, quam & Venerem esse
 credebant, cum ueste muliebri, mulieres cum uirili: quòd
 eadem & mas existimetur, & fœmina. Tradit diuus Hies-
 ronymus, in diuinis neq; sexum neq; genus esse spectandũ:
 siquidem à nostris spiritus sanctus masculino genere dici-
 tur, à Græcis neutro, ab Hebræis fœminino. Nudis igni.]
 Nitidior lectio, Vdis ignibus. in luna enim ignes non sunt
 torrentes & ignei, ut in sole: sed humentes & diluti, ut po-
 te quæ alienum fulgorem mutuetur, cunctaq; humifico spi-
 ritu laxet: temperamento autem humoris & caloris semi-
 na nutriuntur. Solis ambagibus.] Luna solis discipula,
 obsequitur cursibus fraternis: & prout accedit ad solem,
 uel recedit à sole, crescens aut senescens dispensat lumen,
 quod optimo epitheto appellat incertũ, cum semper in in-
 cremento sit, aut decremento: & sic semper instabile. Cla-
 mat Pythagoras apud Ouid. Nec par aut eadem noctur-
 næ forma Diana Esse potest usquam, semperq; hodierna
 sequente, si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem. Ex

mystico lunæ mutabilis exemplo admonet nos Ambrosius
 in Hexamero, nihil rerum humanarum esse posse, quod non
 aliquando resoluatur. Unde scriptura ait: Stultus ut luna
 mutatur. Verum illa non sponte mutatur: tu uero sponte mu-
 taris. Ob hoc uidentur nobiles Romani lunulis in calceis
 gestasse, ut non nimis extollerentur indulgentia fortunæ fa-
 uentis, sed admonerentur instabilitatis rerum humanarum,
 exemplo lunæ, quæ modò clarissima prænitet orbe pleno,
 modò omni splendore uiduata gracilescit, & ad nihilum res-
 dit. Luna (auctore Macrob.) dispensationibus septennar-
 rijs huiusmodi uices sempiterna lege uariando disponit. Pri-
 mis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, græcè
 sermone dichomenis & dichotomos uocatur, quasi diuisa
 dicta. Secundis orbem totum complet, fitq; plenilunium, quod
 Græci *πλοῦσιμος* uocant. Tertius dichotomos rursus effi-
 citur. Quartis fit coitus lunæ cum sole, quod interlunium uo-
 cant, & silentem lunam, & intermensuram: græcè syno-
 dos dicitur. hinc discas, synodicam radiationem dici frequen-
 ter à Firmico Materno. Amphicyrtos etiam nominatur ua-
 trinque prominentibus gibbis, ut docet Marcellinus. præterea
 utrum habeat proprium splendorem, notòq; lumine luceat,
 scrutatores rerum cælestium uarias opiniones prodiderunt.
 Subsiste.] succurre, subueni, opitulare. Affirma.] Meo
 lius est offirma, id est, stabilito, fulcitoq; & firmam reddi-
 to, ne me deinceps sua mutabilitate concutiat. Pausam.]
 cessationem & quietem. Meo Lucio.] mihi ipsi & hu-
 manæ figuræ: hoc dicit, reforma me in pristinum Apuleium.
 Mori liceat.] Malo, inquit, mori, quam degere uitam in-
 mentoriam, & prorsus asinalem.

Marcentem anis Ad istum modum fufis præ-
 cibus,

cibus, et adstructis lamentationibus, rursus mihi marcentem animum in eodem illo cubili sopor circumfusus oppressit. necdum fatis compresseram, & ecce pelago medio uenerandos dijs etiã uultus attollens emergit diuina facies. At dehinc paulatim toto corpore perlucidũ simulachrũ excusso pelago ante me constitisse uisum est. Eius mirandam speciẽ ad uos etiã referre connitur, si tamen mihi differendi tribuerit facultatem paupertas oris humani, uel ipsum numẽ eius dapnilem copiam eloquutilis facundiã subministrauerit. Iã primũ crines uberrimi prolixiq; & sensim intorti per diuina colla passim dispersi, molli-ter defluebant. Corona multiformis uarijs floribus sublimẽ distinxerat uerticẽ, cuius media quidem super frontem plana rotunditas in modum speculi uel imo argumentum lunæ candidum lumẽ emicabat, dextra læuatq; fulcis insurgentium uiperarum cohibita, spi-

num.] somnulentum, torpentem, necdũ excusso torpere expergescitum. sic & Fulgentius dixit, marcentia læguore somni lumina. Marcentes uix dicuntur Martiali, una marcida Papinio. Bacchi quoq; epitheton est ut Marcidus dicatur, pro ebrius & lassus, quodq; molles efficit: ut interpretatur Lutatius Statij interpres. Cõpseram.] Lege cõpseram: uix, inquit, cœperã oculos cõprimere & conuiuere, quod à dormitãte fieri solet. Pelago medio.] Hoc ex uulgari opinione, nec nõ poetica dictũ, qua creditur lunẽ

☉ solem exorien
 tes emergere de pe
 lago, et in pelagus
 occidētes cadere,
 tūc (ut inquit Pos
 sidonius) sit ingēs
 strepitus ☉ stri
 dor, tanquam sole
 in profundum cas
 dente pelagus ef
 feruescat. Hoc si
 gnat Papinius in
 Sibylla, cum ait:
 Quæ pronos Hy
 perionis meatus,
 Summis Oceani ui
 des in undis, Stri
 doremq; rotæ cas
 dentis audis. Per
 lucidum si.] Cor
 pora dæmonum
 ex purissimo aeris
 liquidoq; elemen
 to coalita, nemini
 hominum temere
 visibilia, nisi diu

nitus speciem sui offerant: filis texta sicut splendidis, ☉ us
 que ad eod tennibus, ut radios omnis nostri tuoris ☉ raritas
 te transmittant, ☉ splendore reuerberent, ☉ subtilitate
 frustrentur. hinc illa Homericæ Mineruæ cohibēdo Achilli
 interueniens

cis etiā Cerealib. desuper por
 rectis, multicolor bysso tenui
 pertexta, nūc albo candore lu
 cida, nunc croceo flore lutea,
 nunc roseo rubore flammida:
 & quæ longē longēq; etiā meū
 confutabat obtutum, palla ni
 gerrima splendescens atro ni
 tore, quæ circumcirca remeās,
 & sub dextrum latus ad hume
 rum laeuum recurrens, umbo
 nis uicem deiecta parte lacinie
 multiplici contabulatione de
 pēdula, ad ultimas oras nodu
 lum fimbriarū decoriter con
 fluctuabat. per intextam extre
 mitatem, & in ipsa eius plani
 cie stellæ dispersæ coruscabāt:
 earumq; media semestris luna
 flammeos spirabat ignes, qua
 quā tamen insignis illius pal
 læ perfluebat ambitus, indiui
 duo nexu corona totis flori
 bus, totisq; constructa pomis
 adhærebat.

interueniens soli conspicua est, aliorum nemo tuetur. hinc
 illa Virgiliana Iuturna, fratri Turno auxiliabunda, in me-
 dijs militibus conuersatur, miscetq; uiris, nec cernitur ulli.
 Paupertas oris humani.] dixit Lucret. Patrij sermonis ege-
 stas. Dapsilem copiam.] largam eloquentiæ ubertatē.
 Græcè δαψιλία dicitur largitas et opulentia, δαψιλὴς abusus
 dans & copiosus: qua dictione et nostri usitati sunt. Plaut.
 in Aulularia: Dotes dapsiles nihil moror. Sueton. de Vesp.
 Conuiuabatur assidue ac dapsilè, hoc est abundanter
 et lautè. A. Columella uitis dicitur dapsilis musto, quæ abusus
 dantia uini exuberat. ille quoq; scriptor qui Cato (quia de
 moribus differit) inscribitur, inter minutulos auctores pri-
 mi nominis, decenter dixit, Interdum dapsilis esto. Lucilius
 inquit, Inuitauit dapsilius se: pro largius & copiosius. Sui-
 das refert hæc: δαψιλία πολυιδεια, δαψιλὴς ἰ πολυιδεῖ.
 δαψιλίστατ, πολυιδίστατ. Iam primum crines u-
 berrimi.] Lunæ est luculenta mysticæq; descriptio, ex in-
 stituto scriptorum, quibus mos est propè peculiariter deum
 uel deam quempiã accuratius describere. Sic Fildgētius Mus-
 sis describit. Hic noster Lunæ ante omnia dat capillū dea-
 sim, & prolixam comam per colla defluentem: quia Ves-
 nus est, quæ sine ornatu penè erit inueniēta: quod & res
 ferri potest ad radios lunares. uerū cum hæc mysticoteræ
 sint, non debent (ut inquit Lucianus in lib. de dea Syria)
 dici sine sacerdotibus & prophetis. Passiuè.] passim et
 inconditè: passiuæ libido dicitur à Firmico Materno, pro
 publica promiscuaq;. Coronam.] Simplex sensus & his-
 toricus patet: mystico intellectu signari uidetur multiplex
 lunæ effigies, quæ nunquã postridie eadē forma lucet qua
 illuxit pridie. hinc existimat Euseb. in Præparatione Eu-
 uangelica,

uangelica, dici Hecatē, propter uarias scilicet figur. n. quā
quotidie nouas representat. potest & referri ad uirtutem
lunæ multiformem atque multiplicem. Nil etiam prohibet
intelligi de coronis, quæ multifariæ circa lunam conspicuū
tur. M. Varro & Plin. prodiderūt: si Luna coronam circa
se habebit, & eam sinceram, non ante plenilunium hyemē
esse metuendam, si gemini orbis lunam cinxerint, significa
ri maiorem tempestatem: si plena luna circa se habebit or
bem, ex qua parte is maximē splendet, ex ea uentū osten
det. Plin. quoq; in 2 sic inquit: Existunt eadem coronæ cir
ca lunam, & circa nobilia astra. Aristot. in Meteoris, &
cæteri Græci, halo nuncupant: quam nostri modō circuli,
modō coronam interpretatur. Senec. in 1. quæst. Hunc (in
quit) Græci halo uocant, quem nos dicere coronam aptis
simē possumus. Plana rotunditas.] Hoc ad plenilunium
uidetur esse referendum. Candidum lumen.] Suus cuiq;
planetarum color est. Saturno candidus, Ioui clarus, Mar
ti igneus, Lucifero candens, Vesperis resfulgens, Mercurio
radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens, postea ra
dians. Sulcis insurgentiū uiperarum.] Iam dictum est,
lunam esse Proserpinā, esse Cererem, esse (ut ita dixerim)
omnia. Proinde illi assignant ea quæ pertinent ad agricola
tionem Cerealem, in qua sulci interdum tortuosi uiperis in
mitantur. in arando magnopere seruandum est Catonis
oraculū, Sulco uario ne ares. Arator, auctore Plin. nisi in
curuus præuaricatur. idem ait: Omne aruum rectis sulcis,
mox & obliquis subigi debet & potest. & hoc commo
dissime referri ad angues, quibus frenatis, curruiq; admo
tis, Ceres dea sulcauit cælum, & per aera uecta est. Ouid.
Geminos dea fertilis angues Curribus admouit, frenisq;
coercuit

coerecruit ora, ut medium cæli terræq; per aera uecta est.
 Ego potius opinor sulcos uiperarū pertinere ad iter lunæ
 flexuosum, qualis est draconum meatus. Byffo tenui.]
 Erat, inquit, luna induta ueste byssina multicolori. Byffum
 autem linum uocamus. Plin. in 19. libro, byssino secundam
 bonitatis & principatus palmam dat mulierum maxime
 delicijs, cuius stipula quaternis denarijs uendebatur. in Exo
 do præcipit Dominus, decem cortinas fieri de byffo retorta,
 & hyacinto ac purpura, cocco bis tincto, uariata opere
 plumario ad tabernaculi operimentū. Ioseph^o lib. 3 Anti
 quitatum, item in 6. belli Iudaici, subtiliter scribit hos qua
 tuor colores, ex quibus cortinæ contextæ erant, designare
 naturam elementorum. Coccum enim ignem imitatur, pur
 pura mare significat, hyacinthus aeris est indicium, byffum
 uerò terram declarat: eo quòd linū eriatum ex terra. Præter
 rea sacerdotes ad altare accedentes, ueste byssina amicti
 erant. pontifex quoq; caput tegebat byssina thyara: de quib
 us omnibus, præter Iosephum, copiosissime apud nostros
 scripsit diuus Hieron. in libello ad Fabiolam, de ueste sas
 cerdotali. Est præterea byffum color purpureus, unde byss
 non dicunt Græci uestimentum βύσσινον βίβαλλον, id est,
 byffo tinctum: ut docet Suidas in etymologico. Byssini men
 tionem & Plin. facit 9. Albo. c. l.] Ex causa physica
 multicolor uestis lunæ tribuitur, ut & candido & croceo
 et rubenti colore cōtexta meritò dicatur. namq; luna uario
 mutabiliq; colore speciem sui subinde uariat: neque id sine
 præfagijs tempestatum. siquidem rubicunda uentos, nigra
 pluuias, puro nitore splendens serenitatem portendere cre
 ditur. Hinc illa Virg. pronostica: At si uirgineum suffude
 rit ore ruborē, Ventus erit: uento semper rubet aurea Phœ
 be.

be. Confutabat obtutū.] perturbabat aciem oculorum
 meorum, & quasi præstringebat. Palla nigerrima.] No
 tissimum est, pallam dici uestem matronalem, & hone
 stæ mulieris uestimentum: cuius Horat. Virg. Plaut. & om
 nes meminere. Ideo autem pallam nigerrimam lunæ assis
 gnare uidetur, quia eam ex parte propriæ cædoris totâ esse,
 & alienæ lucis indigam, multi crediderunt. Berosus uerò
 sideralis scientiæ consultissimus, Lunam professus est pilam
 esse ex dimidia parte candentem, reliqua cerulei coloris:
 eamq; cum ad perpendicularum & normaliter sibi subiecta
 sit, obscuram uideri, et nigram, ut nigerrima palla referat
 tur uel ad colorem lunæ propriū, uel ad defectus: et quan
 do in coitu solis obscuratur, quidam lunam denso corpore
 esse, alij iā, ceu quodam speculo, & solis impetu recipere
 splendorem arbitrantur. Atroni.] Decenter dixit atro
 nitore, cum nitor quidem ex nigro colore refulgeat. Apelles
 atramento absoluta opera illinere solebat, ita tenui, ut idis
 psium repercussu claritates oculorum excitaret. Ad hume
 rum læuum.] Videtur signare habitum Gabinum: de
 quo Virg. Ipse quirinali trabea cinctusq; Gabino. est autem
 Gabinus cinctus, toga in tergū reiecta, ut una eius lacinia
 à tergo reuocata hominem cingat: quo uestimenti genere
 utebatur consul bella indicturus. Umbonis uice.] Ums
 bonem esse mediam clypei partem eminentiorem, & pro
 scuto interdum accipi, docent grammatici, & sciunt om
 nes. Papin. Iam clypeus clypeis, umbone repellitur umbo.
 Sensus est Apuleij, uestem recurrentem ad humerum fini
 strum representasse uicem umbonis, et sicuti sæpe pallium
 sinistra inuolutum est pro clypeo. Apud Persium candidus
 umbo non accipi debet pro clypeo, ut incuriosi & male li
 terati

lerati opinantur: sed pro ueste, qua adolescentuli die tyros
 cinij induebantur, quam M. Tul. & Plin. togam puram à
 candore nuncupant. cuius & Sidon. fecit mentionē. Con
 tabulatione.] Sicut contabulationes sunt in domicilio, &
 tabulatis pluribus tecta consurgunt: ita in uestibus, maxi
 me foemineis, cōtabulationes quaedā extare uisuntur, quasi
 gradatim sese dilatantes. Quidam codices habent contus
 bulatione, quod non displicet: est enim contubulatio dicta
 à tubis siue tubulis, quasi tumiditas orbiculata per uestē du
 cta instar tubulorum, quibus aquæductus extruuntur: qui
 (ut Victriu. & Plin. docēt) ex una parte lingulati esse des
 bent, ut alius in alium inire conuenireq; possint commissus
 ris pyxidatis: multoq; salubrior est aqua ex tubulis fictili
 bus ducta, quam per fistulas plumbeas. Inter uestes pontifi
 cis apud priscos erat indumentum rotundum, ex quo sim
 brae pendeāt, alternis aurea tintinnabula malaq; grana
 sustinentes: tintinabulis quidem tonitrua, malis uero ful
 gura designantibus. Gregor. in Pastoralibus: quod & di. 43
 proditū est, tropologicè interpretatus per tintinnabula si
 gnificari, sonū prædicationis in sacerdote esse debere: per
 mala punica fidei unitatem designari, in quibus uno exte
 rius cortice, multa interiori grana muniuntur. Oras.]
 extremitates uestimenti, et simbras: sine aspiratione scri
 bendum est. Intectam.] oculis obuiam & apertam. Po
 test legi intextam. Stellæ c.] Stellis distinctam uariega
 tamq; uestem fuisse designat. Hæc legens, uideor legere
 descriptiones uestium sacerdotalium Hebraicarum, inter
 quas una nobilitatur intextu gemmarū. etenim duodecim
 lapides in quatuor partes terni diuisi, ueste inclusi specta
 bantur, præferentes scripta tribuum Iudaicæ gentis nomi

na. Lucian. quoq; in descriptione cultus deæ Syria et similitudine
lachri operosus est, cuius amulator est noster Lucius.
Semestris luna.] non à numero sex mensium semestris hic
dicitur luna (ut ego sentio) sed à semimense, quando ferè
in dimidiatis mensibus plena splendet, & cuncta collu-
strat. unde idus uocabulo Tusco appellant Iouis fiduciam,
qui dies ferè in plenilunio & medio mense fieri solet. etc.
nim fiducia Iouis est, luna cuncta illustrante. Perflue-
bat.] Vestis laxior, quasi undatio fluctuat & perfluit.
Indiuiduo nexu.] Videtur signare, coronam hanc fuisse in
extremo pallæ ambitu, constructam floribus & pomis, ad
designandam Cereris fecunditatè, & frugum ubertatem,
ex qua primo flores, mox poma proueniant.

Dextra fe. c.]

Lucian. simula-
chrum deæ descri-
bens: Est, inquit,
luna dea, habet au-
tem aliquid et Pal-
ladis & Veneris,
& Lunæ, &
Rheæ, & Dianæ,
& Nemestios, &
Parcarum. manu
quidem altera ge-
stat sceptrum, alte-
ra autem fufum:
in capite radios
fert & turrim, et
cestor. Lucius ue-

Iam gestamina longè diuer-
sa. nam dextra quidem ferebat
greum crepitaculum, cuius per
angustam laminam in modū
balthæi recuruatam, traiectæ
mediæ paucæ uirgulæ, crispante
brachio tergeminos iactus
reddebant argutum sonum, le-
ue uerò cymbium depēdebat
aureum: cuius ansulæ, qua par-
te conspicua est, insurgebat as-
pis, caput extollens arduum,
ceruicibus latè tumescētibus.
Pedes ambrosios tegebant so-
leg, palmæ uictricis folijs intex-
tæ. Tales ac tanta spirans Ara-
biæ

bię fœlicis germina, diuina me
uoce dignata est. En adsum,
tuis cōmota Luci precibus, re-
rum natura parens, elemento-
rum omnium domina, seculo-
rū progenies initialis, summa
numinum, regina maniū, pri-
ma cœlitū deorū dearūq; facies
uniformis: quæ cœli lumino-
sa culmina, maris salubria fla-
mina, inferum deplorata silen-
tia, nutibus meis dispenso.

rō noster dicit, in
manu dextra lunæ
fuisse crepitaculū
aneum, ut per hoc
ostendat ritū pri-
scorum, qui crepis-
tu veramentorum
dissono lunæ labo-
ranti auxiliaban-
tur. cuius rei, pre-
ter poetās, Luuius
quoq; et Plin. me-
minere. uel, ut per

crepitaculum declaret, lunam tinnitu quodam & sonitu
in cœlo moueri assidua uertigine. De musico mundi concertu,
& siderum tinnitu, Plato & Platonici omnes scribunt,
asserentes harmoniam esse in cœlo. Quod Aristoteles &
Aristotelici alacriter inficiantur, scilicet cum Lucius noster
sit Platonicus, potuit uideri sub hoc inuolucro intellexisse
tinnitum lunarem, mundanumq; concertum. Cæterum cum
cōmentatoris officium sit, uarias interpretationes asserere,
& non solum quid sibi, sed quid & alijs uideatur ostende-
re: dixi opiniones aliorum super hac re mystica, quas qui
uolet sequi possit. Ego uerò existimo, per crepitaculum hoc
significari sistrum, quod Isis dea Ægyptiorū gestat in dex-
tra. Isidem autem & lunam esse eandem, docent auctores.
& paulo mox aperte demonstrat Lucius noster, ideo au-
tem Isidi siue lunæ sistrum, quod crepitaculum sonabile est,
assignatur, ut Nili incrementa significantur: quod & Sero-
uius grammaticus uelut in transcurso indicat, enarrans il-

lud Virgilij ex 8. Æneid. Regina in medijs primo uocat agmina sistro. Præterea in sacris Isidis, ut auct. est Herod. mulieres crepitacula tenentes plaudunt, uiri tibijs canunt. De crepitaculis puerilibus Martialis & Quintil. à crepitu & sonitu inditum nomen. Pauca uirgula.] Quidam legunt undula, quidam uirgula: quæ lectio magis quadrat, cum in crepitaculo sint uirgulae, quæ agitate brachij crispantis resonabant. Crispante dixit brachio, pro uibrante, agitante, reciprocante. ut Virg. Bina manu lato crispans hastilia ferro. Tergeminos iactus.] Verba ita ordinanda sunt: Virgula crepitaculi reddebant argutum sonum, brachio crispante tergeminos iactus. dum enim brachium crispat agitaturque iactus, triplices resonabant uirgulae sonoro concentu. Leue cymbium.] in sinistra ferebat poculum, quod cymbium uocant, procerum ac cimbæ nauis simile, unde & nomen. Auctores Seruius, Macrobius et cæteri. Fuerunt qui cymbium à cimbio per syncopam dictum existimauerint. cimbium uero uolunt esse poculum ligneum ex hedera, quæ græcè dicitur *κίμβιον*. Homerus hoc poculum Cyclopi ab Ulyssæ datum memorat. Mystice cymbium lunæ ascribi creditur, ad fluorem aquarum significandum, quas humifica luna uis identidem refundit. Verum ego opinor hoc totum referendum esse ad Isidem, quæ eadem & luna est: cuius sinistra fert cymbium, quod quidem situlam appellant: ex mysticis Ægyptiorum ceremonijs, ad fluentiam lacunarum et inundationem Nili significandam. Quidam hoc referendum censent ad Isidis nauigium, de quo paulo mox plura. Anfula.] cymbium anfulatum uas fuisse significat: tale fuit & carcheosium, quod (ut eruditi describunt) procerum erat, cōpressum circa mediam partem, ansum mediocriter, ansum à summo

summo ad infimum pertingentibus . festiuiter à Plauto & decenter dictū: Quis hic ansatus ambulat? de eo qui manibus quasi alis magnificè subnixis, & gloriose inflexis ambulabat. Insurgebat aspis.] In pompa Isis Ouidiana serpens quoq; describitur illo uersu: Plenaq; somniferis serpens peregrina uenenis. Euseb. in 2. præparationis euangelicæ, In mysterijs priscorum draconem in spiram conuolutum adhiberi refert: quoniam Iupiter draco factus concubuit cum Pherephate Cereris filia. hæc autem omnis ratio sacrificialis ad eandem deam refertur, quæ una est multijugis nominibus celebrata. præterea aspidæ Ægyptiacam serpentem autumant conuenire deæ Ægyptiæ cerimonijs. Cervicibus tumescentibus.] Colla aspidum ueneno tumescere, auct. est Plin. quarum ictus irremediabilis est, præterquam si confestim partes contactæ amputentur. Alibi annotauimus, quemadmodum aspis habet internecinū belulum cum ichneumone, qui ubi pluribus se corijs ex lino loricauit, in dimicationem pergit: in ea caudam attollens, ictus irritos auersus excipit, donec obliquo capite specularatus inuadat in fauces. De hac intellexit Lucan. illo uersu: Aspidæ ut Pharia cauda solertior hostis Audit, & iratas incerta prouocat umbra. Pedes ambrosios,] diuinos et immortalis, nec non unguenti liquore delibutos, Palmæ folijs.] Lunæ simulachro, quæ & Isis est, conueniunt calciamenta ex palmaceis folijs intexta, cum ob alia, tum quia in Ægypto larga palmarum copia, ubi religiose hæc dea adoratur. apud Plin. nulla mentio est, quod palmarum folia fuerint in usu calceorum: qui ea tantum scribit in usu esse ad funes, uitiliūq; nexus, & capitum umbracula. Vbi uiliuola, quæ dictio Pliniana est, significatur omnia ad uincien-

dum ligandumq; accommodata. Lego apud ecclesiasticos scriptores, maximeq; apud Hieronymum, quod Paulus anchorita folijs palmarum contextis uestiebatur, erat que illi uestis palmacea. Hieronymus dixit, sacerdotes Ægyptios calceos papyraceos gestare, non palmaceos. Verum enim uero Lucius noster sibi ipsi concors est, & congruens, qui in 2 huiusce operis uolumine baxeas palmeas dedit Ægyptio propheta: & nunc ipsi Ægyptiorum dea dat soleas palmarum folijs confutas, ut intelligamus id genus calciamenti propè peculiare esse in cerimonia Ægyptiorum. Præterea priscos palmarum folijs scriptitasse constat: unde per uiniam *ῥαμματα*, id est, litera dicebatur Phœnicia. *ῥαμμ* enim græcè palma. quidam Phœnicia dici τὰ *ῥαμματα*, id est literas autumant, à Phœnice Cadmo, siue Agenore literarum inuētore. Videtur autem palmacei calcei dea cōgruenter aptari, ne quid scilicet morticinum eius membra pollueret. Sic apud Martianum calceos ex papyro subligat Phœnesis Philosophia. Quod autem palma dicatur arbor uictrix, sitq; in certaminibus symbolum uictoriae, sciunt omnes. causam Plutarch. Arist. Gel. & ceteri tradiderunt: quoniam scilicet ponderi non succumbit, neq; deorsum flectitur, sed aduersus pondus resurgit, recuruaturq;: quale est uictoris ingenium, quod urgentibus prementibusq; nō cedit. Spirans Arab. foel. germ.] Legi potest, Arabiae foelicis germina, nam cum triplicem Arabiam Plin. Ptol. ceteriq; describunt, illa est memoratissima, quæ Græco cognomine Eudæmon, latino foelix siue beata nuncupatur: quæ teste Strabone aromatifera est, quæ (ut tradit Plin.) germina odoratissima progenerat: & quamuis cassiam cinnamomumq; non ferat, tamē foelix appellatur. idem Plin. peculiaris Arabiae

rabie germina percēset in 12. Commota Luci.] Respon-
 sio lunæ ad Apuleium mysticoteræ, qua euidenter ostendit
 tur, unum esse numen nominibus pluribus cultum nomina-
 tum. q̄. Luci, casus est salutatorius, qui uocatiuus dicitur. al-
 loquitur enim Lucium Apuleium. Rerum natura pa.]
 Natura, qua dicimus nata esse omnia, à nascēdo nomē ac-
 cepit: quæ nihil aliud esse creditur quàm deus. quod & La-
 Etantius refert in 2. sed Seneca planius id, explicatiusq̄; de-
 monstrat lib. 4. de Beneficijs, cuius uerba subiici, quæ sunt
 hæc: Natura, inquit, hoc mihi præstat. nō intelligis te, cum
 hoc dicis, mutare nomen Deo? quid enim aliud est natura,
 quàm Deus, & diuina ratio toti mundo et partibus eius in-
 ferta? quoties uoles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum
 nostrarum compellare, et Iouem ritē dices, et Tonantem,
 & statorem: eundem si fatum dixeris, non mentieris, cum
 fatum nihil aliud sit quam series implexa causarum. ille est
 prima omnium causa, ex qua cæteræ pendent: quæcunq̄;
 uoles illi nomina propriè aptabis, uim aliquam effectumq̄;
 cælestium continentia. Tot appellationes eius possunt esse,
 quot munera. ergo nihil agis ingratisime mortaliū, qui
 negas te Deo debere, sed naturæ: quia nec natura sine Deo
 est, nec Deus sine natura, sed idem est utrunq̄. hætenus Se-
 neca: cuius auctoritate fulcimur, ut numerosis appellatio-
 nibus Deum siue deā hanc, de qua loquimur, appellemus:
 cum nihil referat, utrum nominibus masculinis an femini-
 nis rerum natura nuncupetur. Quoniam, ut supra exposui
 breuiter, d̄j omnes sunt ἀπορροβῆτες, id est, masculofemina-
 ni: ita possumus per unam rem utrunq̄; intelligere. Plin. no-
 ster ubique librorum, naturam rerum parentem & magis-
 tram appellat: quam & Deum opificem omnium intelli-

gi uult. Elementorum om. do.] Initia rerum esse tria arbitrat^{ur} Plato, Deum, et materiam, rerumq; formas quas Ideas uocat. Deus artifex conformat uniuersa ex materia: hinc prima elemēta esse progenita, ignem & aquam, memorauit. Initialis,] primordialis, originalis. diuus Augustinus in 11 de Ciuitate Dei: Non est (inquit) mundus factus in tempore. sed cum tempore. ante mundū nullum est tempus, & (ut auctor est Trismegistus) receptaculū temporis est mundus. Summa nu.] maxima deorum. Regina ma.] Proserpina nominatur, quæ dea est defunctorum. Deorum dearumq; fa.] Hinc euidenter ostenditur, deos omnis et deas ad unum referri, qui fabricator rerum, uarijs nominibus deorum & dearum, tam figmentis poetis quam philosophicis rationibus colatur. Quod & Valerius Soranus duobus his uersibus scitissime cōplexus est: Iuppiter omnipotēs, regum rex ipse, Deusq;, Progenitor genitrixq; deūm, Deus unus & omnis. hos uersus M. Varro in hanc sententiā exposuit, in libro quem inscripsit de Cultu deorum, & diuus August. identidem citat pro testimonio. Deplorata silentia.] Vbi homo in familia Proserpinæ esse cœpit, & loca manium silentiosa inhabitare, aeternum est: deploratur in aeternum reditus. illinc negatur redire quenquam, illic est fletus & stridor dentium, ut auctor est diuus August. in libello de triplici habitaculo. In inferno flammiuomo principalia duo sunt tormenta: frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis. Sacra scriptura gehennam uocat, ubi dolor sine remedio, poena sine fine, & omnium rerum desperatio est. Nutibus meis.] Quid est numē, nisi Dei nutus ac potestas? M. Varro: Numen dicunt esse imperium, ab nutu.

Cuius

Cuius numen unicum, multiformi specie, ritu uario, nomine multijugo totus ueneratur orbis. Inde primigeni Phryges Pessinunticam nominant domini matrem, hinc autochtones Attici Cecropiã Minervam, illinc fluctuantes Cyprus Paphiam Venerẽ, Cretes sagittiferi Dictynnã Dianã, Siculi trilingues Stygiam Proserpinã, Eleusini uetustam deã Cererem, Iunonẽ alij, alij Belonam, alij Hecaten, Rhamnusiam alij, & qui nascentis diei solis incoherentibus illustratur radijs Aethiopes, Arãq; priscãq; doctrina pollentes Aegyptij, cerimonijs me proprijs percolentes, appellãt uero nomine reginam Isidem: Adsum tuos miserata casus, adsum fauens & propitia: mitte iam fletus, & lamentationes omittede pelle mœrorem. Iã tibi providentia mea illucescit dies salutaris. Ergo igitur imperijs istis meis animum intende sollicitum. Diem, qui dies ex ista nocte nascetur, æterna mihi

Multiiformi specie.] Cum deus sit, ἀσώματος ἢ ἄψυχος, ἢ ἀανάστροφος, id est, incorporeus, indicibilis, innominabilis, scienter et prudenter existimantur facere Iudai, qui sola mente unũ tantum numẽ intelligunt: prophanos existimantes, qui deorum imaginem mortalibus materijs in species hominum effingant. itaq; nulla simulastra deorũ in suis templis sunt: et ex præscripto legis Mosaicæ nefas est simulachrum Dei, nedum hominis, nõ solũ in templo, sed neque in prophano loco collocare. auctores Cor. Tacitus et Io

sepbus, quod et in
Pētateucho copio
se explicatur. Cn.
Pompeius domitis
Iudæis, templū Hie
rosolymorum il
lud famigeratum
iure uictoriæ in
gressus, uulgauit,
nullā intus Dei ef

nuncupauit religio, quo seda
tis hybernis tempestatibus, &
lenitis maris procellofis flucti
bus, nauigabili iam pelago ru
dem dedicantes carinam, pri
mitias comeatus libant mei sa
cerdotes. Id sacrum, nec sollici
ta nec prophana mente debe
bis opperiri.

figiē esse, uacuā sedē & inania arcana. cōtra Ægyptij sub
effigie animalū plurimorū deos nō tam uenerātur, quā
infamant. Namq; (ut inquit M. Varro, & renarrat diuor
August.) qui primi populis instituerūt simulachra deorum,
metuum dempserunt, errorem addiderunt. De uario cultu
deorum, simulachrisq; multiformibus, et nominibus quibus
coluntur apud uariis nationes, scitent uolumina scriptorū,
& suo loco singillatim annotabitur. Multijugo nomi
ne.] multis uarijsq; nominibus. est enim deus unus, nomina
plura. Primigeni Pbryges.] Ex historia remotiore
sumptum, ut Pbryges primigeni siue primi mortalū nunc
cupentur. nam Pſammetichus rex Ægypti, cupidus noscen
di qui nam primi hominum exiitissent, huiusmodi rem cō
miniscitur. Pueros duos recens natos tradidit pastorī eduo
candos, iubens neminem coram eis uocem ullam edere, so
litaria in casa ambos relinquereisdē in tempore capras ad
moueri, quarum lacte nutrirerentur. præterea iussit diligen
ter obseruari, quam uocem primam ederent. itaq; exacto
biennio, cum pastor qui puerorum nutritionem susceper
rat, accedens ad casam, ianuam repanderet: amba infan
tes

tes clamare cœperunt Becchus, quod primo audiens pastor obtulit. cum uerò crebrius adeunti & obseruanti idẽ uerbum ab infantibus ingereretur, rem domino indicat, eiusq; iussu pueros exhibet. quos cum ipse Psametichus audisset, uestigauit qui nam homines becchus quidpiam appellarent. hoc curiose perquirens, comperit Phrygas sic panem appellare, quo argumento confutati Ægyptij, Phrygas primigenios primosq; hominum, & se ipsis priores extitisse, concesserunt: cum ante Psametichum persuasissimum habuissent, omnium hominum se primos extitisse. historię auctor Herodotus in 2. De Ægyptijs dixit Lucian. αἰγύπτιοι λέγουσιν ὅτι πρώτοι τῶν ἀνθρώπων. Apud Trogum explicatur luculenta contentio inter Scythas & Ægyptios, de generis uetustate, qua Scythæ antiquiores cęsentur. Claudian. scribēs in Eutropium, uetustatis et historię Phrygum meminit his uersibus: Dat cuncta uetustas Principium Phrygibus, nec rerum Ægyptius ultra Restitit, humani postquam puer uberi expers, in Phrygiam primum laxauit murmura uocem. Ennius (teste M. Tul.) Fruges dicebat, non Phryges & purrum, non pyrrhum. nec enim antiqui Græcam litteram y adhibebant: nunc & Phryges & Pyrrhum aurium causa dicimus. Pefinunticam.] In Phrygia oppidũ est, quod Pefinuntium appellatum ferunt: à simulachro deæ Cybeles, cœlitus lapso in eum locum. nam πῑσῑν Græcè dicitur, quod cadere nos dicimus. Alij nomen huic loco inditũ esse tradũt, quia permulti illic utrinq; ceciderũt, pugna inter illum Phrygem & Tantalum Lydum commissã: auctores Herodotus & Ammia. Marcellinus. Ad Pefinunta colebantur orgia matris magnæ, quam & Ideam uocant, & uetusta eiusdem delubra conspiciebantur. unde Pefinuntia deq

dea dicta, cuius simulachrum ex hoc oppido bello Punico secundo, carmine Sibyllino monente, Romam translatum est: et per Scipionem Nasicam, qui optimus à senatu iudicatus, hospitio rite receptum est. Pefinuntis oppidi, & Pefinuntiae deae meminit Strabo his uerbis; Pefinus emporium est eorum qui in hac regione sunt, & templum maximum habet magnae uenerationis matris deum, quam Anginiffa uocant. Domini matrem.] Lege Deum, pro deorum. Autochthones.] Epitheton perpetuum Atticorum, ut Autochthones dicantur, quasi indigenae, et in eodem nati solo, quod incolant, eiusdemque terrae primi cultores. non enim aduenae sunt Attici, neque passim collecta colluuius originem urbi dedit; sed, ut historici tradunt, quae illis sedes, eadem origo est, & (ut utar uerbis M. Tully) urbs Atheniensium uetustate ea est, ut ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, et eorum eadem terra parens & altrix fuisse dicatur. De Autochthonibus scripsimus copiosius in primo commentario. In epistolis ad Atticum, decenter dicitur ἀὐτὶξ ὄν in homine urbanitas, pro ingenita & natiua, non autem insitiua & alienigena. Illud adde, quod refert Suidas in Etymologico, Autochthonas dici, praeter Athenienses, Arcadas quoque, et Aeginetas. Cecropiam Mineruam.] Athenienses Attico uocabulo notissimo Athenam uocant Mineruam, ex cuius nomine Athenae nuncupatae. Cecropia uero cognominatur à Cecrope rege, qui primus multitudinem in ciuitates 12. digessit, à cuius nomine Cecropidae nominantur, & Cecropia regio nominata. quem Graeci Diphyaen cognominant, nostri geminum: quia primus marem foeminae matrimonio iunxit: uel quod cum esset Aegyptius, utranque linguam calluerit, Graecam & Aegyptiam.

eam. primus Cecrops bouem immolans, Iouem appellauit: auctores Strabo, Trogus, & Eusebius. Fluctuantes Cyprij.] Spectanda est huiusce scriptoris in rebus omnibus elegantia, & in epithetis apponendis mira solertia, cum unicuique quod suum est scienter nec minus deceter apponat: à quo ut primigenij Phryges, & Autochthones Attici significanter & proprie, atque ex priscorum doctrina nuncupati: ita & Cyprij fluctuantes optimo conuenientissimoque epitheto dicuntur, cum sint populi insulani, & omnis insula mari circumflua & maritimis fluctibus sit obnoxia. Fuit quondam Cyprus nouem regnorum sedes, in Cilio mari sita: ubi inter cetera urbs est Paphos, incluta deubro Veneris, claro per indigenas aduenasque, quam Paphiam cognominant, quod numen est Cypriorum peculiare. Simulachrum Paphie Veneris non effigie humana colitur, sed continuus est orbis latiore initio tenuem in ambitum, meta modo exurgens. Cur autem hac forma colatur, ratio in obscuro est, ut refert Cor. Tacitus. Præterea Cyprus (ut docet Origenes in Homelij Cantorum) appellatur uua florens: & uirgulti species est, ferentis quandam fructum floridum, habentem uim excalesfactoriam. Fuit & Romæ uicus nomine Cyprus, ex eo dictus, quod ibi Sabini bono omine confederunt. nam cyprum Sabini bonum dicunt, ut refert M. Varro. Cretes sagittiferi.] Creta, quam Homerus Hecatompolin à numero centum ciuitatum appellat, quam à temperie cæli Macaron neson, id est beatam insulam dixere, nobilitatur usu sagittarum: nec peritia sagittariorum orientis populis, qui sagittis bella conficiunt, postponitur. Lucan. Nec Bois peior cortina sagittis. Plin. in 16 ait, quod præcipuus sagittarum usus in Creta bellatores suos

suos præcipitauit. De hac Solinus : Creta prima potuit rem
 mis & sagittis. & ut auctor est Strabo in 10. Cretenses na
 uigandi principatum tenuerunt. Inde uetus prouerbiū in
 uulgatum est, de eo qui quod optime nouit, id se ignorare
 & fugere dissimulat : Cres nescit pelagus. græcè dicitur,
 ὁ λῆϊς τῶν δῶρα τῶν. & cum Cretenses fuerint impositos
 res ac mendaces, qui ab Epimenide dicuntur λῆϊς αἰ ψῶ
 τῶν : factum est alterum prouerbiū λῆϊς αἰ ψῶ, quo utimur
 ad mendaces fallacesq;. Quin etiam Creta una ex tribus il
 lis nationibus, propter quas exijt illud, τῶν λῆϊν τῶν λῆϊν τῶν,
 Tria Cappa pessima : uidelicet Cappadocia, Creta, Cilia
 cia: cuius rei supra quoq; commemorimus. Dictynnā
 Dianam.] Cretes Dianam religiosissime uenerantur, Bri
 tomartem gentiliter nominantes, quod sermone nostro so
 nat uirginem dulcem: eandem & Dictynnā cognomināt,
 propterea quod retia inuenerit, quæ græcè dicuntur δία
 κῆρα. Scribit Diodorus in 6 Bibliothecæ, Dictynnā ex
 Ioue genitam, in Creta cōsuetudine Dianæ familiarissime
 usam esse: quæ res causam præbuit, ut quidam Dictynnā
 Dianamq; eandem esse existimarēt. Callimachus autumat
 Dictynnā à retibus piscatorijs denominatā, intra quæ fru
 giens euaserit uolentiā Minois regis, eā libidinis causa inse
 quentis. Tibul. Perq; suas impune sinit Dictynna sagittas.
 De templo Dictynnae mentio quoq; est apud Strabonem.
 Siculi tri.] Queritur cur trilingues Siculos appellauerit,
 quidam exponunt, quasi dolosos & fraudulentos, quos &
 bilingues dicimus. Siculos enim acumine pollere cōstat, atq;
 que uasfricia, quos Maternus bono epitheto acutos appella
 lat. Græci quoque usurpant hoc uerbum σικκῖσται, pro eo
 quod est κινῶν σικκῖσται, id est, nequiter agere, et prauè. Ego
 uero

uero intelligo trilingues dici, quia tribus linguis, Græca et Latina & Sicula loquebantur, quamuis nec Latina nec Græca satis bene uterentur: & quod sentit Peditanus Asconius in expositione Verrinarum, et Plaut. signat cum ait, Tibi sexcenti logiatici nullum Siculum acceperis. Sicilistitate Plautinum uerbum est, quod significat Sicule loqui. Diuus Hieronymus uocat hominē pentaglotton, id est, quinquelinguem, qui omnibus quinque Græcorum linguis loqueretur. Stygiā Proserpinā.] In Sicilia ex Ennensiu nemo are, qui locus quod in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur, rapta est Proserpina à Stygio Plutone, quæ Orcum dicunt. M. Tul. in oratione de signis, tradit insulam Siciliam totam esse Cereri ac Proserpinæ cōsecratā: quam & Liberam uocant. nam et natus esse has in his locis deas, & fruges in ea terra primū repertas arbitrantur. Syracusani festos dies anniuersarios agūt, eo in loco quo Ditem patrē ferunt penetrasse sub terras à Proserpinæ raptu, abreptamq; secū asportasse. Eleusini Cererem.] Hoc paulo ante explicatū est, et supra ab Apuleio Eleusis dicta Atticæ sacrariū. Pomponius Melam in Attide Eleusin Cereri cōsecrata. Iunonē alij.] ut Samij, quia in insula Iunonis sacra celebrabatur. Bellonā.] sororē Martis, carminibus poeticis inclytam, quam (ut inquit Augustinus) ita iungunt Marti, ut Venerem Vulcano, Neptuno Salaciam. à bello cui præest Bellona nuncupata, ut à Pomis Pomona, à bobus dea Bobona. Hecaten.] De hac diximus suo loco: de qua & Virg. Tergeminamq; Hecaten, tria uirgū ora Diana. à numerosa effigie & potestate Hecaten dici tradunt: quia Græce *ἑκατὶς* centum. Orpheus in Argonauticis figmento poetico tradit Hecaten esse tricipitem, id est

tria

tria capita habere: unum equinum, alterum caninum, tertium humanum: unde à poetis tergemina & triformis dici creditur. Lego apud scriptores Græcos, morem fuisse, ut singulis mensibus diuites offerrent Hecatae panes & alia quedam, quæ à pauperibus corripiebantur. Rhamnusia alij.] Rhamnus pagus est Atticæ, siue ciuitas parua quidem, illustris tamen, teste Pomp. Mela: quod in ea fanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemesis. Miror Phidiacam nemesis dici à Mela, quam fecerit Agoracritus Parus Phidiæ discipulus: nisi forte idco Phidiacam dixit, quia Phidias pleraque suis operibus nomini Agoracriti donasse fertur. Narrant auctores rem dignam memoratu, quemadmodum scilicet Agoracritus & Alcámenes ambo Phidiæ discipuli, certauerunt inter se in Venere faciendam: uicitque Alcámenes non opere, sed suffragiis Atheniensium, qui Alcameni cuius suo contra peregrinum fauerunt: qua re Agoracritus ea lege signum suum uendidisse traditur, ne Athenis esset, et appellasse Nemesis. Id positum est Rhamnunte, quod M. Varro omnibus signis prætulit: unde Nemesis Rhamnusia nuncupata, Castullo, Ouid. poetisque cæteris. De qua intelligi uoluit & Lucan. illo uersu: Et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus: est autem Nemesis ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, arbitra rerum, regina causarum, quam theologi ueteres fingentes Iusticiæ filiam, ex abdita quadam æternitate tradunt omnia despectare terrena. Pinnas ideo illi fabulosa uetustas aptauit, ut adesse uelocitate uolueri cunctis existimetur. Eidem gubernaculum dedit, & rotam subdidit, ut uniuersitatem regere per elementa discurrens omnia non ignoretur. Macrobius Nemesis contra superbiam coli, esseque solis potestatem arbitratur: cuius ista natura

natura est, ut fulgentia obscuret, et quæ sunt in obscuro illu-
 minet: sic & Nemesis nunc erectas mentium humanarum
 ceruices opprimit & eneruat, nunc bonos ab imo suscitans
 ad bene uiuendum extollit. Eandem uocant Adrastiam, de
 qua est prouerbiū, ἀδράστια ἕμιος: de his qui primò for-
 tunati, postremò infortunijs premuntur. Martianus Neme-
 sin fortunam esse sentit, quam & sortem & Tychem &
 Nortiam uocant. Plin. in 11. prodidit, post aurem dextram
 locum esse Nemestios, quæ dea (inquit) latinum nomen ne
 in Capitolio quidem inuenit. Idem in 28. Alij Græcam Ne-
 mesin inuocantes, cuius ob id Romæ simulachrum in Capi-
 tolio est: quamuis latinū nomen nō sit. Cum sit hæc dea (ut
 diximus) ultrix improborum, & superborum castigatrix.
 Meritò ita ait apud Auson. Punio sic Persas uaniloquos Ne-
 mesis, de hac est & illud Catulli: Ne pœnas Nemesis repo-
 scat à te, Est uehemens dea, ledere hanc caueto. Est & al-
 terum apud Græcos prouerbiū, cuius mentio fit apud Sui-
 dam, ἕμιος ἕμιος ἕμιος ἕμιος ἕμιος id est, Nemesis iuxta pedes
 graditur; quo significatur, fontes celeriter punire. A dea
 Nemesi, quæ Græcis uocabulis dicitur ἕμιος, ἄνις, ἕμιος,
 ἕμιος, ἕμιος, Græci uocant Nemésin ἀδράστια ἕμιος: id
 est, superborum ultricem. Radys et.] De Æthiopicibus
 nota sunt omnia, et affatim scripsi in primo Commentario.
 nascenti soli subiecti sunt. Homer. Bipertitos appellat: sus-
 per quo longa est Strabonis dissertatio. Illud adde, quòd cū
 Æthiopicibus nigricia sit ingenita, natiuaq; & consequen-
 ter ineluibilis, factum est prouerbiū ἀθίοπιον σμίνωσις id est,
 Æthiopem purgans, de hominibus incassum laborantibus.
 Nā (ut inquit Propheta) neq; Æthiops mutare potest pel-
 lem suā, neq; pardys maculas. Extat Æsopia fabella, super

Æthiopsis emptore, cuius colorem nullis lauacris, nullis purgatorijs medicaminibus potuit immutare. ex quo admonemur, uitia naturalia tolli penitus non posse. *Arijq.*] *Plin.* in 6. Arios post Indiam populos celebrat, de quibus et *Strab.* in 15. Paropamisidis ad occidentem *Arij* adiacet, *Arij*s Paribi. hinc Ariana dicta Ariorum regio, quam post Indiā collocant. Pollentes Ægyptij.] Auctores agminatim et concorditer Ægyptios dicunt diuinarum rerum omnium conscios extitisse. à *Macrobio* Ægyptus mater artium appellatur, ab Ægyptijs Græci disciplinas omnis mutuati sunt. *Pythagoram*, *Platonem*, cæteraq; lumina doctrinarum petiisse Ægyptias disciplinas, atq; ibi à sacerdotibus ceremoniarum arcana mysteria didicisse, memorie proditum est. Nonnulli putauerūt *Platonem*, quādo perexit in Ægyptū, *Hieremiam* audisse prophetam, scripturasq; propheticas in eadem peregrinatione perlegisse, quod et *diuus August.* credit in libris de doctrina Christiana, mox in opere sermo de Ciuitate dei scribens, computata diligenter temporum ratione constanter affirmat, *Platonem Hieremie* auditorem esse non potuisse, multis annis ante defuncti. Annotat *Ammianus Marcellinus*, quod annotatu dignum est, tantā fuisse auctoritatē doctrinarū Alexandria, quæ Ægypti ciuitas est clarissima, ut medico ad cōmendandā artē pro omni experimēto sufficeret dicere, se Alexandria esse cruditiū. *Reginam Isidem.*] *Diodorus*, *Eusebius*, & cæteri, tradunt *Isidem* & *Osirim* maxima esse numina, & cōmunia Ægyptiorum: & solem quidem *Osirim*, lunam uerò *Isin* significare. quæ uocabula si quis ad latinam linguam transferat, *Osiris* dici potest multioculus, *Isis* uerò prisca siue antiqua interpretatur; neq; id ab re. nam radios suos sol quasi mulo

tos oculos rebus immittit, luna uero prisca semper inter
 naq; est. In naturam rerum esse, periti interpretantur:
 Illucescit dies.] Quo scilicet exuto a finali corio, in pristina
 hominem reformaberis. Ex ista nocte nascitur.] tanquam
 nox sit mater diei, & dies noctis partus. etenim nocte die
 priorem esse autumat. Legimus apud Casarem, Gallos spa
 tia omnis temporis non numero dierum finire, sed noctium,
 qui dies natales, & mensum & annorum initia sic obser
 uant, ut noctem dies subsequatur. Sedatis hybernis tem
 pestatibus.] Significat diem huc fuisse uernum, quo Isiacæ
 mysteria celebrantur. uer enim (ut inquit Plinius) aperit
 nauigantibus maria, quæ hyberno tempore hyemant, &
 seuitia tempestatum concluduntur. Fortassis denotantur hi
 laria: sic enim appellant diem ad octauum Calendas Apri
 lis, quo primum tempore sol diem longiorem nocte præter
 dit, quo læticiæ celebratur exordium: & tunc Isidis lætus
 ex Ægyptiâ religione uertitur in læticiam. Rudem ca
 rinam.] nouum nauigium, necdum uindis assuetum: signat
 autem, solitos sacerdotes quotannis die Isiacæ ceremoniæ
 dedicare nouam carinam, pelago iam nauigabili facto, cum
 sedatæ essent tempestates uerna temperie. Apud Ægyptios
 nauis est quædam nomine baris, quæ à Græcis epibathra
 nominatur, quæ corpora per paludem Acherusiam à porti
 tore uehuntur, cui nomē est Caron. apud Athenienses quo
 tannis quoq; (ut docet Plato in Phædone) nauis in Delon
 insulam mittebatur, spectaculi cuiuspiam causa: quæ do
 nec perueniret in Delon, et rursus Athenas reuerteretur ex
 Delo, neminem eo tempore publicè necabant. Fortassis
 autem hæc nauis dedicabatur à Corinthijs, in Isidis memo
 riam, quam nauigio usam esse constat. de quo Lactantius

hæc in primo: Certus dies habetur in festis, quo Isidis nauigium celebratur: quæ res docet, non transisse illam, sed nauigasse. *Commeatus.*] Sicut primitiæ frugum dijs dicantur, ita primitiæ nauigationis à sacerdotibus Isidis libabantur in dedicatione tyruncule nauis: ut scilicet ire ac redire feliciter nauibus possent. nam cõmeatus hoc in loco significat itionem nauium, ipsamq; nauigationem: à commeando. Sic Cæsar in commentarijs: Duobus commeatibus exercitum reportare constituit. idem paulo post, prioris commeatus expositis militibus. *Prophana.*] irreligiosa. hæc duo ueluti contraria opponuntur, religiosus et prophanus: ut prophanos intelligas dici, non tam detestabiles (sicut uulgo usurpatur) quam eos qui sacris initiati nõ sunt; quos seculares ex idiotismo uernacule lingue nuncupamus. Sic & Seruius exposuit illud Maronianum: Procul o procul este prophani: id est, qui non estis initiati. Ego & ceteri qui nõ sumus initiati ceremonijs, dici nõ absurde possumus prophani, quasi procul à phano, id est à templo & cerimonia: cuius cultores sunt religiosi. *Prophanum* id dicitur, auctore Festo, quod non est sanctum. *Plautus:* Sanctum an prophanum habeas parui penditur.

In procinctu.] apparatus. *Procincta* clas-
sis dicebatur, cum exercitus erat paratus, confestim pugnatur.
A. Gellius: *Classem* procinctam extra pomerium,

Nā meo monitu sacerdos, in ipso procinctu pompæ, roseam manu dextra sistro colicentem gestabit coronā. incontinenter ergo dimotis turbulis, alacer continuare pompam meam, uolentia fretus, & de proximo clementer uelut manum

num sacerdotis osculabund^o,
 rosis decerptis, pessimæ mi-
 hiq; detestabilis iamdudum
 beluæ istius corio te protinus
 exuo: nec quicquam rerū mea-
 rum reformides, ut arduum.
 nam hoc eodē momento, quo
 tibi uenio, simul et tibi præsens
 quæ sunt, consequentia sacer-
 doti meo per quietem facien-
 da præcipio: meo iussu tibi cō-
 stricti comitatus decedent po-
 puli: nec inter hilares cerimo-
 nias & festiua spectacula, quis-
 quam deformem istam (quam
 geris) faciem perhorrescet, uel
 figuram tuam repentē mutatā
 sequius interpretatus aliquis
 malignè criminabitur. Planè
 memineris, et penita mente cō-
 ditum semper tenebis, mihi
 reliqua uitæ tuæ curricula, ad-
 usq; terminos ultimi spiritus
 uadata: nec iniurium, cuius be-
 neficio redieris ad homines, ei-
 totum debere quod uiues. Vi-
 ues autē beatus, uiues in mea
 tutela gloriosus: & cum spaciū
 seculi tui permessus ad inferos
 demearis, ibi quoque in ipso

id est, exercitiū ar-
 matum uidere res-
 ligio est. Vnū acce-
 pimus esse testamē-
 torū genus, quod
 in propinquo dice-
 batur, cum uiri ad
 prælium faciendū
 in aciem uocaban-
 tur. Sistro.] cre-
 pitaculum iniellis-
 git Isiacum, quod
 sacerdotes in pom-
 pa sacrorum ma-
 nu gestabant, uns-
 de sistrati dicti.
 Mart. Linigeri sic
 giunt calui, sistra-
 taq; turba. Ipsa
 quoq; Is^o fig: ras-
 tur cum sistro, ut
 dixim^o. Olim qui-
 dam cum rasisset
 caput, & habitu
 Isiaco esset indus-
 tus, sumpsit & sis-
 strum: idq; instar
 sacerdotis concus-
 tiens fefellit, eua-
 sitq; impendēs in
 fortuniam.

fortunium. In-
contanter.] sine
cunctatione et mo-
ra. Continuas
re.] Imperātis est
uerbum. Volen-
tia fretus.] uolun-
tate mea confusus.
Volētia enim à uo-
lendo dicta, sicut
à ualeo ualentia,
alterū pro uolun-
tate, alterum pro

fortitudine accipitur. Titinius: Sapientia gubernator nauē
torquet, non ualentia. Osculabundus.] osculans. Te
protinus exuo.] Ego, inquit Isis, confestim tibi detrahā
hoc asini corium, quæ belua mihi iam pridem detestabilis
est. Potest legi Exue, ut sit imperantis uerbum, quod magis
quadrat cum antecedentibus subsequētib; . Eodem
momento.] Deus ubiq; locorum præsens est, ubiq; totus:
nec, dum ad unū accedit, ab altero recedens. Dogmati Chri-
stiano quadrat illud poeticum: Deum namq; ire per omnes
Terrasq; tractusq; maris, cælumq; profundum. Poterat et
ego dea eodem momento Lucium monere, quid factū opus
foret, & sacerdotem instruere quid facere deberet.
Constricti.] coarctati, densatiq; ex frequentia. Sequius.]
in deteriorem partem. Penita mente.] In intimis præ-
cordijs, sic Plautus: Age quæso Hercle, usq; ex penitis fau-
cibus, ab aduerbio penitus uocabulum inclinatum, cuius et
comparatiuo & superlatiua utuntur auctores. Penitissim-

mos Scythas dixit A. Gellius, intelligi uolēs extimos ac reo-
 motissimos, longeq; ab orbe nostro in penitioribus partibus
 sequestratos. At idem Sidonius in carmine Phalecio: Franco-
 ram penitissimas paludes. Vita curricula.] cursum. M.
 Tullius: Exiguum nobis uitae curriculum natura circumscri-
 psit, immensum gloriae. Nec iniurium.] Non est (in-
 quit) iniquum, nec iniustum, te uiuere in famulatu meo, cuius
 beneficio ex asino in hominem sis reformatus, restitutusq;
 Vadata.] obstricta, mancipata. petit autem, ut
 Istitus fiat sacerdos, initiaturq; suis cerimonijs. Cuius be-
 neficio.] Cum beneficio meo, inquit Istitus, reformatus fue-
 ris in hominem, merito mihi debebis dedicabisq; reliquam
 uitae, quantumcunque tibi supererit, ut ita uiuas sacerdos
 meus, & in mea tutela consecratus. Viuere autem beas-
 tus.] Legendum est, uiuas autem beatus. Subterra-
 neo semirotondo.] Hemisphaerium intelligit, quod Antipodes
 incolunt, quod & inferis assignatur. Est autem sensus:
 Cum ad inferos ex mortis lege descenderis, ibi me quo-
 que adorabis, ubi Proserpina à Latinis, Persephone à Grae-
 cis appellatur: & ita ostendit, se eandem esse & lunam, Iste
 dem, & Proserpinam, & denique rerum naturam, quam
 multijugo nomine mortales uenerantur. Consimiliter de Io-
 ue scribens diuus Augustinus inquit: Ipse in aethere sit Iupiter,
 ipsa in aere Iuno, ipse in mari Neptunus, in inferioribus
 maris Salacia, in terra Pluto, in terra inferiore Proser-
 pina, in focis domesticis Vesta, in fabricarum fornace Vulca-
 nus, in sideribus Sol & Luna & Stella, & caetera: quibus
 docet, deos & deas omnis ad unum Deum referri. Campos
 Elysios.] Animae piorum maximeq; sacerdotum campos E-
 lysios incolunt, quae sunt apud inferos domicilia beatorum.

Secundum poetas, in medio inferorum est Elysium, suis felicitatibus plenum. Secundum philosophos insulae fortunatae sunt, quas poetarum carminibus inclytas scimus, & historici dilaudant. Secundum theologos, circa lunarem circulum, ubi aer purior est, & defecatio. Dictum Elysium (ut grammatici interpretantur) ἀπὸ τῆς λύσεως, à solutione. namq; animæ post solutionem uinculi corporei deueniunt in Elysios campos. Macrobius primo in somnium Commentario, in sphaera aplane Elysios campos esse tradit, quos puris animis deputatos antiquitas intelligi uoluit. Apud Graecos scribitur, ἠλύσιον πεδῖον, Elysium campum esse ἢ ἢ εἰς ἀίγιον ἀνίσταται, in quo iusti habitant. Tenacibus castimonij.] Canit poeta in 6. sacerdotes, maxime castos, incolere beatas Elysij sedes, illo uersu: Quiq; sacerdotes casti, dum uita manebat. Constat, sacerdotes qui maxima sacra accipiebant, renunciare solitos omnibus rebus, quibus nulla nisi numinum cura remanebat. herbis etiam quibusdam emasculabantur; & ut auctor est diuus Hieronymus in libro ad Geruntiam de monogamia, hierophanta apud Athenas euirat uirum, & aeterna debilitate fit castus. est autem hierophanta graeco uocabulo, sacrorum sacerdos. M. Tullius in legibus ita praecipit: Ad diuos adeunto caste. quae lex iubet, ut castimoniâ corporis & animi simul adhibeamus. In Euangelio scriptum cum sit, Sunt eunuchi qui se ipsos castrarunt propter regnum caelorum: Origenes ille magister ecclesiae incomparabilis se ipsum castrauit, et in seipso re aggressus est implere, quod uox Dominica non historico, sed mystico intellectu praecipiebat. Promerueris.] conciliaueris, tibiq; propitium reddideris. Oratio spiritalis (ut inquit Cyprianus) Deum promeretur. Ultra
Statuta

statuta fato spacia.] Sententia philosophica est, præscriptos esse unicuique mortalium ex dispositione fatali uitæ terminos, quos non liceat transgredi; legem fati insuperabilem esse, & ineluctabilem. Ex quo est illud Tertulliani: Fato stat Iuppiter ipse, & græcus in eam sententiam uersus hoc idem significat, Fatum summū exuperat Iouem. At tamen ex uarietate sectarum philosophicarum traditur, præter fatum multa contingere posse, & fata ipsa prorogari. Ex quo dogmate exiit illud Virgilianum: Atque immota manet fatis Lavinia coniunx, At trahere, atque moras tantis licet addere rebus. Secundum Aruspiciæ libros & sacra, quæ Tages cōposuisse dicitur, fata decem annis quadam ratione differri possunt. Igitur cum fato stet sua cuique dies, nūc Luna pollicetur, se uitam Apuleio prorogaturam ultra fati præscriptū et legem, tanquam plus polleat Deus quàm fatale decretū, & liceat Deo uitam prorogare mortalibus aduersus fati necessitatem. Consimiliter in Canonice scripturis libro quarto Regum, Deus addidit annos 15, diebus Ezechie. Videtur hoc in loco signare palingenesiā Pythagoræ, id est regenerationem: qua post exacta curricula, animæ reuocantur ad uitam, alijsq; corporibus indute reuiuiscunt. Verū hæc omnis quæstio alterius est instituti. Stoici nasci & mori fati assignant, media omnia fortunæ tribuunt.

In se recessit.]

Sic oraculi uenerabilis sine Numē in seipsum recedit, dum subducitur colloquio oculisq; mortaliū, quod in se ipso est.

Deus in *Canonicis* scripturis dicitur abscondere faciem, cum hominibus cognitionem sui abscondit. Nimirum Deus intra penetralia penitissima recedit, ad quæ nefus est homini penetrare, cuius menses ad contemplatum diuinæ maiestatis hebetescit, & oculi nostri tanquam nocturni sunt in contuitu fulgoris exuperantissimi. Tam claram præsentiam.] Sic Virgilius: Nec tã præfentes alibi cognoscere diuos. Aspectus autẽ & præsentia fauorem affert. Marino rore.] Suprà diximus ex auctoritate Procli Platonicæ, aquam marinã

permixtus exurgo, summeq; miratus deæ potentis tam claram præsentiam, marino rore respersus, magnisq; imperijs eius intentus, monitionis eius ordinem recolebam. Nec mora, cum noctis atræ fugato nubilo, sol exurgit aureus: & ecce discursu religioso, ac prorsus triumphali, turbulæ complent totas plateas, tantaq; hilaritudine præter peculiarem meam gestire mihi cuncta uidebantur, ut pecua etiam huiuscemodi, & totas domos, & ipsum diem serena facie gaudere sentirem. Nam & pruinam pridianam dies apricus ac placidus repente fuerat infecutus, ut canoræ etiam auiculæ, prolectante uerno uapore, cõcentus sua ues adsonarent, matrem fiderrum, parentem temporum, orbisq; totius dominam, blando mulcentes affamine. Quid qd arbores etiam quæ pomifera sobole fœcundæ, quæq; earum tantum umbra contentæ, & steriles austrinis laxatæ flatibus, germine foliorũ renidetes, clementi

menti motu brachiorum dulces strepitus obſibilabant: magnoq; procellarum ſedato fragore, ac turbido fluctuum tumore poſito, mare quietas aluuiſes temperabat. Cœlum autē nubiſa caligine diſiecta, nudo ſudoq; luminis proprii ſplēdore candebat. Ecce pompę magnę paulatim procedūt, anteludia uocibus cuiuſq; ſtudijs exornata pulcherrime, hic incinctus baltheo militem gerebat, illum ſuccinctum chlamyde crepidę & uenabula uenatore ſecerāt. Alius ſoccis obaurariſis, indut9 ſerica ueste, mundoq; precioſo, & adtextis capite crinibus, in ceſſu perſuo ſœminam mentiebatur. Porro alium ocreis, ſcuto, galea, ferroq; inſignē, è ludo putares gladiatorio procedere. nec ille decrat, qui magiſtratū ſaſcib. purpuraq; luderet: nec qui pallio, baculoq; & baxeis, et hircino barbitio philoſophum ſingeret: nec qui diuerſis harundinibus, alter aucupē ſum uiſco, alter piſcatorem cū

ad purificationes adbiberi, propter igneam portionē. Turbulę cōplēt.] Docet quemadmodum Corinthienſes celebrare pōpabiliter feſtiuitatem Iſidis ſolennē, ex ritu uidelicet inſtitutoq; Agyptiorum, a quibus Græci pleraq; omnia ſunt mutuati. Præter peculiarē meam.] Ultra, inquit, genuinū gaudium meū, & hilaritatem, qua ego geſtiebam, cuncta quoque hilaritudinis plena eſſe uidebantur. Pecua,] pecora, brutaq; animantia. Pruiſnam pridianam.] Non abſimilis eſt illa ſententia: Non eſt pluit tota, redeunt ſpectacula mane.

mane. Ex rore gelido pruinā gigni tradunt Meteorologi: & ut auctor est Aristoteles, pruina fit ex euaporatione, hyeme & locis hyemalibus magis quam tepidis. In Cosmographia inquit Apuleius: Huic est

pruina consimilis, si mollicies roris matutinis roribus incauit. Canoræ auiculæ.] Inter canoras auiculas cum primis lusciniæ numerantur, quibus diebus ac noctibus continuis quindecim per uernum tempus garrulus est sine intermissu cantus, & in tam paruo corpusculo tam modulatus editur sonus, ut perfecta musicæ scientia in hac aue digna miratu cōspiciatur. Prolectante.] Inuitante ac alliciente. Tepor enim uernus, & uerna temperies prolectant auiculas ad concentus edendos. Matrem siderum.] Lunam intelligit, quæ mater siderum, genitrix temporū, mundi domina merito nuncupatur, cum sit rerum natura et opifex.

Blando affamine.] allocutione & affatu: cantus enim, auicularum sermocinatio est. Democritus tradit, confuso auium sanguine serpentem gigni, quem quisquis ederit intellecturus sit alitum colloquia. Apollonius Tyaneus (quo nihil diuinius inter homines fuit) cum audiret hirundinem canentem, dixit in cœtu amicorum, eam ab his hirundinibus uoce nunciare, asinum prope urbem onustum tritico cecisse,

disse, triticumq; humi diffusum. Cuius rei meminit Porphy-
 rius Platonius lib. 3. de sacrificijs. Philostratus uero libro
 4. refert, non hirundinem fuisse, sed passerem, cuius uoce cæ-
 teri passeruli quasi commoniti, post ipsum uolitarunt; quod
 uidens Apollonius, ad amicos conuersus: Passer (inquit) il-
 le cæteris nunciauit, inuentum esse cibum, cum puer quidã
 frumentum effuderit. quibus uerbis permulti commoti, ad
 hoc uisendum cucurrere; compertoq; ut prædixerat Apol-
 lonius, cum clamore atq; admiratione summa reuersi sunt.
 Quid quod arbores.] Plin. & Theophrastus arbores bis
 fariam discriminant, in siluestres scilicet & urbanas. quæ
 sint siluestres, nomine ipso apparet. Urbanae uero dicuntur,
 quæ mites fructu, aut aliqua dote umbrarum officio huma-
 nus iuuant. Antiqui infelices arbores dixerunt, quæ frus-
 tum non ferunt: felices uero, frugiferas siue pomiferas.
 nunc Lucius noster utrunq; genus arborum ait, gaudium
 quasi quoddam demonstrasse dulci strepitu foliorum. Um-
 bra cõtenta.] Platanus inter eas arbores numeratur, qua-
 rum sola expetitur umbra: quandoquidem cõmendatio ar-
 boris eius nõ alia maior est, quàm solè æstate arcere, ut au-
 ctor est Plin. hæc arbor umbræ gratia tantum ex alieno pe-
 tita orbe est. Austrinis flatibus.] Plin. scribit, uiuiscientia
 è terra maritari uento fauonio: quo flante, natura animam
 infert omnibus satis. Quibusdam arboribus geminatur ger-
 minatio, nimia solis ubertate, aut inuitantis cæli uoluptate:
 & cum cibus arborum sit imber, et tempore germinatio-
 nes euocentur, merito austrinis flatibus dixit, qui humectus
 est uentus, & calidus, arbores laxari. Plinius tamen ait, a-
 rantes defatiscere, si blandiantur austri: fruges celerius ma-
 turescunt austrinis diebus. Renidentes.] Flores & fo-
 lia

lia arborum gaudia sunt: tunc se nouas aliasq; quam sunt ostendunt, tunc uarijs colorum picturis in certamen usq; luxuriant: tunc sunt comosissimæ, & capillamentis renidentes, quæ prius caluitio deformes, ac squalore tristes conspiciantur. Clementi motu.] modico, leni, blando. sic enim legendum est, non dementi. Brachiorum.] In corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, uenæ, ossa, medullæ, adipēs sunt: eisdem pedes, brachia, articuli assignantur. Obsibilabant.] Aptè dixit arbores obsibilare, quare strepitus sibilum imitatur: Græci ψιββουα uocant in arboribus, sibilum ac strepitum. Tumore posito.] Signatè locutus est. Sic Virgil. Tum uentis posuere. Alluues.] Rheumata & æstus intelligit, qui bruma & solstitio inanes sunt: qui modici luna noua, ad diuidiam pleniores ab ea exundant: plena maxime feruent, inde mitescunt. Alluuiationem iuriscōsulti appellant inundationem fluiorum, quo latēs incrementum agris inducitur. Caligine dissecta.] Nebula exhalatio est uaporata, quæ ortu solis dissipatur, cui serenitas abolitionem infert: nec enim aliud est serenitas, quam aer purgatus caligine, et perspicue sincerus. Sudo splendore.] Sudum dicunt serenū & liquidum, quasi sine uolo: quale est cœlum post pluuias. hic poeta cecinit, Ver nactæ sudum. & in serio opere, Persudum rutilare uident. M. Tullius in epistolis ad Tironem Horologium mittam, et libros, si erit sudum. Inde sudificus dictus boreas, quasi faciens sudum, id est serenū: quem Homerus αἰθρῆν, uirtu uocat. In Apologia Lucius noster, Specula suda dixit, quæ udis contraria sunt. Candebat.] relucebat: à candore dictum uerbum. Ecce.] Annotauerunt eruditi hanc particulam apud M. Tullium & Virgilium.

lum ferè semper significare inopinatum atq; improvisum,
 & subitariū malum: quod non item apud alios. nam et hic
 et aliubi saepe signat bonū repentinū. Ouidius: Ecce Corina
 na uenit tunica uelata recincta. Pōpæ anteludia.] Elegāter
 anteludia pompæ sacrificalis appellat ea etiam præludia,
 quæ in huiuscemodi speculis præmitti solent, quibus oculi
 spectatorū mirum in modum capiuntur. Apud nos hodieq;
 in pompa cærimoniali, quæ Deo nostro quotannis peculiariter
 dedicatur, solēt id genus anteludia præcedere, & ob-
 lectationes ludicræ uagari, in quibus prophætæ represen-
 tantur, alati pueri concinunt, fæminarum chorus induci-
 tur, pægmata obambulant, & historia Iudaica conuulsitur:
 in qua hic Herodem gerit, ille reginam fingit, alij satellites
 regios repræsentant, quo apparatu ludicro uenatores, ste-
 mia, iumenta inducuntur. unde fit, ut hæc legens pompam
 omnem nostræ cærimonie uidere uidear, & agnoscere.

Incinctus baltheo.] Inter anteludia pompæ primus præ-
 cedebat miles, hoc est histrio militem habitu reddens: alius
 apparatu uenatorio, uenator esse uidebatur: alius uestitu et
 incessu fæminam mentiebatur, alij alias personas sustine-
 bant, prout deposcit ludicra festiuitas. Crepidæ.] Lego
 apud auctores semplotia fuisse calciameta, siue soleas di-
 midiatas, quibus utebantur in uenâdo, quo planius pedem
 ponerent: quæ nunc significari uidentur nomine crepidæ
 rum. Non dispicio quomodo crepidæ uenatori cōueniant,
 quæ magis gestamina philosophica sunt quàm uenatoria.
 Codex manuscriptus copides habet, quæ dictio magis qua-
 drat, sunt enim copides, cultri siue gladij recurui, quib. ma-
 nus siue promuscides elephantorum in prælio milites amo-
 putabant: querū meminit Quintus Curtius. Suidas tradit ne-

nida esse machæram. Cope, id est *μάχη*, Græcis est ma-
 nubrium gladij. Soccis obauratis.] Modò accipe soccos
 pro calciatu fæmineo, aliàs dicuntur calcei comædorû: fæ-
 minæ autem deauratos calceos induebât, quod censoria ca-
 stigatone Plinius noster taxat in 33. his uerbis: At Hercus
 les tu Brute mulierû pedibus aurum gestari tacuisti. Idem
 in 9, luxum fæminarum castigans: Margaritas, inquit, pee-
 dibus, nec crepidarum tantum obstragulis, sed totis soccu-
 lis addunt. In usu uirorum quoq; socculos auratos fuisse, tes-
 tis est Seneca, scribens Caium Cæsarem porrexisse ad or-
 sculandum sinistrum pedem Pompeio Pæno, ut ita ostene-
 deret socculum auratum, margaritisq; distinctum. Dixit
 Plautus in Bacchidibus: Auro habet soccis supactum soe-
 lum. ubi solum significatur solea calciamenti, et corium in-
 finium, quod esse solet crassius. sic & apud Epigrammatis-
 tam ponitur: Pictorum sola basiate regum. Item, Et mor-
 dere luto putre uetusq; solû. Mundo.] ornatu muliebri:
 hoc enim significat mundus uocabulo notissimo, de quo su-
 præ abundè diximus. Adtextis capite crinibus.] Qui fæ-
 minam repræsental in spectaculo, solet crines fæmineos
 subtiliter attexere, ut capillamētum natiuum, non insitiuū
 esse uideatur. Caliendrum & galericulum dixerunt uete-
 res, comas adulterinas, quibus concinniter appositis, & so-
 lenter annexis, calui fiunt comati. Incessu perfluo.] Non
 potuit significantius exprimere gradum matronalè, quam
 perfluum appellando. Vndatim enim incedunt matro-
 næ, & fluctuant, quarum incessus & hac & illac per-
 fluit: quod specimen fastus est, & molliciei. Fæ-
 minam mentiebatur.] Cyprianus: Plus illic placet, quis
 quis uirum in fæminam magis fregerit. Ocreis.]
 scuto.

scuto. Arma sunt & militaria & gladiatoria: ocrea, quod
 opponebatur ob crus dicta, sicut à galero galea. Ocreas &
 cristas primi Cares inuenerunt, galeam & gladium Laces
 demonij, scuta Prætus & Acrutus inter se bellantes. Ab o
 crea ocreatus nominatur, non solum is qui ferreas ocreas
 reducit, sed & pellice. u. sic ocreatum uenatorem posuit Ho
 rat. illo uersu: In niue Lucana dormis ocreatus, ut aprū Cœ
 nem ego. Fascibus purpuraq; luderet.] Inter ludicras
 oblectationes & ille quoq; inambulabat, qui magistratum
 repræsentabat prætexta purpurea, & licetoribus fasces uir
 garum ex more gestantibus. Purpuram Sidonius, Cassiodo
 rus recentioresq; scriptores blattam appellant. Nec qui
 pallio.] Gestamina philosophi, & Cynicæ insignia fami
 lia, sunt palliū, pera, baculus. Quam multi hac tempestate
 palliati barbatiq; incedunt, nomen sanctitatis tali habitu
 usurpantes, ut non solum philosophi habeantur, sed et dese
 rum consiliarij, & cerimoniarū antistites sincerissimi exis
 timētur: cum reuera sint animalia spurca, et probra, cum
 impostores sint mali & maliciosi, nulla re prorsus bona
 digni, foris tristes, domi dissoluti, uestitu philosophi & san
 cti, moribus spurcissimi. Fronti nulla fides: non barbæ, non
 pallio, sordibusq; affectatis credendum est. Olim (quod
 huic loco conuenit) ad Herodem Atticum adijt palliatus
 quispiam & crinitus, barbaq; propè usq; ad pubem porre
 cta, ac petijt æs sibi dari ad panes emendos. Tum Herodes
 interrogat, quis nam esset? atq; ille uultu sonituq; uocis ob
 iurgatorio, philosophum se esse dicit. mirari quoq; addit,
 cur querendum putasset, quod uideret. Tunc Herodes, uocem
 illam memorabilem protulit: Video, inquit, barbam et
 pallium, philosophum adhuc non uideo. Horatius barbam

philosophi non sine mordacitate satyrica sapientem appellat in Sermonibus, tanquam barba sapientem faciat & philosophum. sic enim inquit apud illum Damascippus: Solatus iussit sapientem pascere barbam. Idem illudens barbatos philosophos, dixit: Vellunt tibi barbam Lasciui pueri. Barbatos quoque magistros poetæ uocitât sapientes & sanctos. palliata mendicabula Lucius noster deceter appellat quosdam, qui palliotenus philosophos imitantur, sordidi prorsus, & imperiti. Diogenes inter Cynicos philosophos famigeratus, pingitur barba comante, sicut Socrates coma candente. hinc illud Persianum: Si Cynico petulans barbam Nonaria uellat. Consimile est & illud Sidonij Apollinaris: Quæ Cynici per menta feri, rugosaq; colla Rupit odoratâ redolenti forcipe barbam. Quod autem baculus & peram sit supellex philosophorum, & maxime Cynicorum, ostendit Lucius noster, scribens in Floridis: Quod Crates philosophus peram cum baculo & pallium humi posuerit, eamq; supellectilem sibi esse professus sit. Item in Apologia docet, peram & baculum philosophis Cynicis hoc esse, quod regibus diadema, quod pontificibus galcrium. Diogenes baculo uice sceptri gloriabatur. Sidonius quoque Apollinaris libro 9. epistolarum: Non cesariem (inquit) pascere, neque pallio aut claua uelut sophisticis insignibus gloriari. Posuit autem Sidonius clauam pro baculo, propterea quod Hercules quem sectæ Cynicæ auctorem ferunt, claua & leonina pelle usus est, de quo dictum est: Neque una pelle uestitior, neque uno baculo comitator. Baxæ.] Dicuntur crepidæ et calciamina philosophica, uocabulo minime protrito, minimeq; triuiali, quod apud scriptorē aliū nō temerē reperias. Idē in Floridis, loquēs de calciatu philosophico, sic inquit: Vexstem de

*stē de texterna emere, baxeis istas de suterna præstinare: Nē in secūdo huius operis uolumine dixit, prophetā palmis baxeis pedes indutū esse. Ex hac Apulciana doctrina, cum Plautum iam pridem profiterer, correxi opinor rectissimē mendosam dictionem ex Menæchmis, ubi sic passim legitur: Quis iste est peniculus, qui extergitur baxe? Ego fidenter & plausibiliter monui, ut in locum baxæ, quod uocabulum est cassum, & nihil ualet, substitueretur baxæ, dictio uetus, & ad sententiam Plautinam mirè faciens. nam alludens ad nomen peniculi, quod genus spongiæ est, quo baxæ, id est, calciamenta hodieq; exterguntur, festiuiter dixit ex persona Menæchmi, ignorantis Peniculum parasitum: Non noui, inquit, aliom peniculū, quā illum quo calcei exterguntur, suntq; nitidiores puluere deterso: intelligens spongiam, quæ peniculus uocatur; & est inter cæteras mollissimæ de qua Plinius copiosissimè in 31. Hircino barbicio.] hircina barba: porrecta scilicet, & prolisxa ad similitudinem barbæ hircorum, quos barbigeros esse cōspicimus. Plautus in Pseudolo: Heus tu, qui cum hircina stas barba, rēspōde quod rogo? Pili uiris crescunt, Plinio teste, maximè in capite, mox in barba recisi: nō ut herbaræ ab cætera incisura augentur. sed ab radice exeunt. Omnium caprarum mento dependet uillus, quem aruncium uocant: hoc si quis apprensam ex grege unam trahat, cæteræ stupètes spectant. eos autem qui philosophi uideri uolunt, barbatos cōspicimus, barba ad pubem usq; porrecta, tantæquam barbiciū illud faciat sapientem. uerū non omnis barbatus est sanctus, non omnis discalciatus integer, denique non omnis cum sacerdotali ueste est sacerdos: cum sæpe sub tali habitu flagitiosissimi nequissimiq; delitecāt, de
YY 2 quibus*

quibus dici potest, Dolosi homines, dolosa uestimenta. Proe
 inde Hieronym. salubriter præcipit Eustochio, ut viros il-
 los fugiat, quorum feminei sunt crines, & hircorum bare-
 ba, nigrum pallium, & nudi impatientia frigoris pedes.
 Cum fisco.] Lege, cum uisco: obrepit enim minutulus er-
 ror, uitio linguæ barbaricæ. Diuersis harundinibus.]
 Piscatoria et aucupatoria. namq; harundines aliæ seruiūt
 piscatoribus, aliæ aucupibus. Plin. in 16. utriusq; generis me-
 minit hisce uerbis: Aucupatoria harundo à Panormo laue-
 datissima, piscatoria ab Aritana ex Africa: calami aucupa-
 torij græco uerbo uocantur ixente. Cum hamo.] Hæ-
 miotas & hamotrabonas dixere antiqui piscatores, ab ha-
 mo: unde hamata munera captatoris decenter dicta, quæ
 insidiosa sunt, & hamos imitantur. Mansuem.] mansue-
 tiam. sic ueteres loquebantur, ut supra annotauimus. sic
 & Plautus: Reddant te ex fera fame mansuem: uel, ut alij
 codices habent, mansuetem. Cultu matronali.] Specta-
 culum prorsus ludicrum, & ridiculum, ursam uehi in sella
 ornata matronali. Haud absimile est illud Horatianum: Si
 quis lectica nitidam gestare amet agnam, Huic uestem ut
 gnatæ, paret ancillas, paret aurum. Simiam pileo.] Sæpe
 & apud nos inter oblectamenta oculorum exhibitæ sunt
 simiæ uestitu & calciatu ludibundæ, quæ maxime homi-
 num imitatrices sunt, & parasitæ. Cum operæ precium sit
 nihil omittere, de simijs ista produntur. Venatores imita-
 tione calceari gestiunt: ob hoc illi inungunt laqueos uisco,
 quo oculos oblinunt, & ita capiuntur: amant foetus, im-
 moderatè exultant noua luna, tristes sunt cornuto & con-
 cauo sidere. Cercopitheci caudas habent, unde & noe-
 men. Cynocephali & ipsi sunt in numero simiarum, qui-
 bus

bus efferatior natura est. Sunt & satyri mitiores, callitriches, & facie barbam habent: unde à pulchritudine barbitij sic dicti. Refert Possidonius, se uidisse siluam quadam simijs plenam, quarum aliæ super arboribus, aliæ in terra sederent: nonnullæ catulos haberent, & ubera pendentiæ: nonnullæ etiam caluæ, quædam herniose conspectæ cum risu sunt. De simia Banius: Simia quæ similis turpissima bestia nobis, Græci τριβώνος dicunt: unde Pithecusis insulæ inditum nomē. Quidam existimauere à multitudine uidelicet simiarum, ad quem intellectum Ouidianus uersus referri solet: Colle Pithecusas habitantium nomine dictas. uerum Plinius in 3. opinionem hanc refellit, scribens Pithecusam insulam dici à Græcis, non à simiarum multitudine, sed à figulinis doliariorum. Græcè enim τριβώνος dicitur doliū: illic enim doliarij opifices, dolia & figulina opera peculiariter consciebant. & ita Ouidianum carmen, ut congruat cum Plinianæ sententiæ, poterit exponi, ut à nomine habitantium exponas, à nomine doliariorum. De hoc tamen opinetur, ut cuique libitum erit. Prouerbiū est apud Græcos, cuius meminit et Suidas, γέρων τριβώνος ἐξ ἀλιονιταί, id est senex simia non capitur. Crococijs Phrygijs.] Purior dictio Crocotis. sunt enim crocotæ, & per diminutionem crocotulæ, uestes crocei coloris: quarum infectores crocotarij dicuntur in Aulularia: Incedunt infectores crocotarij. De his supra scripsi. Catamiti pastoris.] Dicit simiam crocotulæ ueste indutam, gestasse poculum ad instar Ganymedis, qui catamitus est Iouis, & pocillator: quem in cælo aquarium esse fingunt poetæ, & græco uocabulo Hydrochoon uocant. Catamitos dici pueros meritorios & concubinos, sat notum. Catamitum Iouis esse Ganymedem, nemo non

uiti quem hoc in loco pastorem uocat, sicuti supra rusticum nominauit. Ut ridiculi sint illi, qui sinceram lectionem interpollantes, pro rustico puero corrigunt Rbeteum: tanquã Ganymedes dicendus sit Rbeteus, hoc est Phrygius, et non rusticus. Intoleranda est quorundam male literatorum licentia, qui non tam explicant quã implicant, nõ tam corrigunt quã corrumpunt prisca uolumina: cuiuscmodi homines magis obsunt quã prosunt Latine lingue. Igitur Apuleius sibi consentaneus & concors, Ganymedem scitã rusticum appellat: quem hic pastorem dicit. nam si pastor, consequenter & rusticus. Asinum pin. agglutina.] Ad representandam Bellorophontis fabulam, pro Pegaso eo quo uolatico inductus est asinus cum pinnis annexis: pro Bellorophonte senex, ut res esset spectatior, ridiculosiorq. De Bellorophonte, suo loco superius explicata sunt omnia.

Pompa.] Olim

Apelles pinxit Megabyssi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam. Sospitatrix deæ.] Lunam intelligit, siue Isiden, deã illam multinominam, quæ merito sospitatrix uocatur, cuius nutu & numine cuncta sospitantur, in terris cuncta uiuiscunt.

Inter has oblectationes ludicras popularium quæ passim uagabantur, iam sospitatrix deæ peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido splendentes amicimine, uario latantes gestamine, uerno florentes coronamine, quæ de gremio per uiam, qua sacer incedebat comitatus, solum sternebant flosculis. Aliæq. nitentibus speculis pone tergum reuersis, uenienti deæ obuium commonstrarent obsequium. Et quæ pe-

Quinæ

Atines eburneos ferentes, gestu brachiorum, flexuq; digitorum, ornatum atq; obpexum crinium regalium fingerent: illæ etiam, quæ cæteris unguentis & geniali balsamo guttatim excusso conspergebant plateas. Magnus præterea sexus utriusq; numerus, lucernis, tædis, cereis, & alio genere ficti luminis siderum cœlestiû stirpem propitiantes. Symphonæ dehinc, suaues fistulæ, tibiæq; modulis dulcissimis personabant. eas amœnus lectissimæ iuuentutis ueste niuea & cataclista prænitens sequebatur chorus, carmen uenustum iterantes, quod camœnarû fauore solers poeta modulatus edixerat, quod argumentum referebat. interim maiorum antecâtamenta uotorû.

Candido ami.] uestitu. Dicuntur autè hæc per rhetoricæ sexornationes, quibus nomina sunt homœotes leuta, homœoptota, isocola. latine dicuntur similiter cadēs, similiter desinens, & cōpar. Verno coro.] coronis uerno flore cōtextis. Flores ita distinguit Plin. ut alios uernos, alios æstiuos appellet. ibi quoq; non omitenda differentia, odoramentorum multa nihil pertinere ad coronamēta. Nitentibus.] lucidis. Ponē.]

post tergum, à tergo. Dicit autem fuisse quasdam mulieres, quæ à tergo gestabant speculum, ut ita pompaticum ministerium conuideretur. Reuersus.] id est, retro uersus, & à tergo positus. uel lege Reuexis, pro retro inclinatis, obliquatisq;. Pectines ferentes.] Augustinus in 6 de ciuitate Dei, & ante August. Seneca, superstitionem Ethnicorum

rum illudentes, scribunt in hanc sententiam conducenter: Sunt quæ Iunoni ac Minervæ capillos disponant, longè à templo, non tantum à simulachro stantes, digitos mouent, ornantium modo, sunt quæ speculum teneant, sunt quæ ad uadimonia sua deos aduocent: sunt qui libellos offerat, & illos causam suam doceant. Obpexum.] pectinationis nomen est quarti ordinis. nam à pectendo pexus, & per cõpositionem obpexus dicitur. Signat autem, fuisse in pompa Isiaca quasdam mulieres, quæ uicem ornatriciũ implentes, fingerent se pectinibus pectere crines reginæ Isidis. Geniali.] uoluptario, & ad genitalia obeunda accommodatissimo. Siderum cœlestium stirpem.] & populum Stellarum numerosissimum: quæ cum igne sint, ardentisq; nature, merito propitiantur flammis, flammiumisq; instrumentis. Symphoniæ.] Annotandum, à nostris symphoniam penultima correpta enunciari: contra uulgi producentis cõsuetudinem. hoc docent cùm cæteri, tum Horatius, scribens: Tum gratas inter mensas symphonia discors. Symphoniam nostri concentum interpretantur: inde symphoniaci dicti cantores musici, quorũ mentio apud auctores. Lectissimæ.] electissimæ. Vesteni. & ca.] Homines (quorum nominibus parco) in ætate nostra alioquin doctissimi, locum hunc Apuleianum ita legebant, Chorus cataflita: exponentes chorum cataflitam dici, ex castallis pueris constantem. catastlos autem pueros esse dicebant formosos, & egregiè canentes: quorum Vitruius meminisset in 8. & in hoc interpretamento sibimet applauderant, tanquam Gordianum nodum dissoluissent. quibus nos planè permittamus, ut se ament, & sua nos certe riuales non habebunt. cæterum ne commentationes nostras asseramus

seramus circa alienam insectationem, scito cataclista[m] dici uestem undiq; clausam, quales hodieq; nostri sacerdotes in pompa sacrificiali induunt. dicitur autem cataclista à uerbo Græco κατακλώω, quod significat claudio. Alij deducere malūt à κατακλώω, quod est frango: tanquam sit uestis sine manicis mutila, quam & colobiam uocant. antiqui enim (quod & Seruius grammaticus memorat) collobijs utebantur, & ut auctor est Gel. tunicas circa humerum desinentes sine manicis habebant, quod genus Græci dicūt δρωιδας. nam tunice manicatæ non sine probro habebantur. Colobia autem (ut id quoq; explicemus) uestimenta appellant mutila, sine manicis, & quasi trunca: à uerbo Græco κολοβίω. Legimus in Decretis canonicis, quod Paulus primus heremita in testamento colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, ubi colobium accipitur pro hoc genere uestis, quod iam descripsimus. Sensus autem Apuleij hic est: chorus splendens & lucidus in ueste candida & manicis carente, sequebatur pompam præcedentem. et ita cataclista erit septimus casus, & cum ueste copulabitur. Suidas auctor est, cataclistas dici δέξους, hoc est sedilia ad mensam parata. Solers poeta.] Ut scribit Horatius, Carmine d[omi]ni superi placantur, carmine manes, Poscit op[er]e chorus, & præsentia numina sentit. Olim cum Augustus Cæsar celebraret seculares ludos, cantatum est Horatianū carmen à uirginibus, puerisq; prætextatis. Liuius quoq; Andronicus poeta quondam carmen composuit, quod Romæ in sacrificijs cantauerunt. Quod argumentum.] Carmine poetico argumentum festiuitatis & pompæ totius referebatur. Antecantamēta. Iut anteloquia dicuntur præfamina, sic & antecantamenta sunt illa quæ præcinentur

ante uota & preces legitimas.

Magno Sera.]
 Apis rex Argiuo-
 rum trāsuectus in
 Ægyptū, cum ibi
 mortuus esset, fa-
 ctus est Serapis om-
 nium maximus
 Ægyptiorū deus.
 Cur autē non Apis
 post mortem, sed
 Serapis appella-
 tus sit, M. Varro,
 August. Eusebius
 et Nymphodorus
 rationē hanc red-
 diderūt. nam quia
 arca in qua mor-
 tuus ponitur, soros
 dicitur græcè, pri-
 mo Soros apis, de-
 inde litera una (ut
 fieri solet) cōmu-
 tata Serapis dictus
 est. Constitutū est
 etiā de illo, ut quis
 quis eum fuisse ho-
 minem dixisset, ca-
 pitalem penderet
 poenā. unde in om-

Ibant & dicati magno Sera-
 pi tibicines, qui per obliquum
 calamum ad aurem porrectū
 dextrā, familiarē templi deiq;
 modulum frequentabant: &
 plerique, qui facilem sacris
 uiam dari prædicarent. Tunc
 influunt turbæ sacris diuinis
 initiatæ, uiri fœminæq; omnis
 dignitatis & omnis ætatis, lin-
 teæ uestis candore puro lumi-
 nosi. illæ limpido tegmine cri-
 nes madidos obuolutæ: hi ca-
 pillum derasi funditus, uertice
 prænitentes, magnæ religionis
 terrena sidera, creis & argēteis,
 immò uerò aureis etiā fistris ar-
 gutum tinnitū constrepentes:
 & antistites sacrorum proce-
 res illi, qui candido linteami-
 ne cinctum pectoralem adus-
 que uestigia strictim iniecti,
 potentissimorum domini pro-
 ferebāt insignis exuuias. Quo-
 rum primus lucernam præmi-
 cantem porrigebat lumen,
 non adeò nostris illis confimi-
 lem, quæ uespertinas illuminat
 epulas: sed aureum cymbium
 in

in medio sui patore flammulā
 fuscitans largiorem. Secundus
 uestitu quidem similis, sed ma-
 nibus ambabus gerebat alta-
 ria: idem auxilia, quibus nomē
 dedit proprium, dex summa-
 tis auxiliaris prouidentia. Ibat
 tertius, attollens palmam au-
 ro subtiliter foliatam, necnon
 mercurialem etiam caduceū.
 Quartus æquitatis ostendebat
 indicium, deformatam manū
 sinistram, porrecta palmula,
 quæ genuina pigritia, nulla cal-
 liditate, nulla solertia prædita,
 uidebatur æquitati magis apti-
 or quàm dextera. idem gere-
 bat et aureum uasculum in mo-
 dum papillæ rotundatum, de
 quo lacte libabat. Quintus au-
 ream uannum aureis cōgestā
 ramulis: & alius ferebat am-
 phoram.

nibus templis ubi
 colebantur Isis et
 Serapis, erat etiā
 simulachrū quod
 digito labris im-
 presso admonere
 uideretur, ut silen-
 tium fieret, utq; ta-
 ceretur eos homi-
 nes fuisse, diceba-
 tur autem Harpoe-
 crates ille silentij
 monitor, de quo
 M. Varro: Harpo-
 crates digito si-
 gnificat silentium.
 Plin. Iam uerò Har-
 pocratē Statuasq;
 Ægyptiorum nus-
 minū in digitis uis-
 ri quoque portare
 incipiunt. hinc Ca-
 tul. silentiosum at-
 que taciturnissi-

num intelligi uolens, scitissime dixit: Factum me esse puta
 Harpocratem. De hoc intellexit et Ouid. illo uersu: Quiq;
 premit uocem, digitisq; silentia suadet. Ab Ausonio dicitur
 sigalion, à silētio, ut opinor. στυάω enim græcè sileo, ἤσυχον
 ἢ silentiū. idem M. Varro Serapin & Isim Ægypti deos
 eosdem esse censet cælū & terram, qui ut Samothracū ini-
 tia

tia docent, sunt dei magni, multisq; nominibus nuncupantur. Apud Alexandriam templum fuit Serapidis opere fornicario constructum, & mira arte uisendum: in quo simulachrum dei ita erat uastum, ut dextram unum parietem, alterum laeuam perstringeret: quod ex omnibus generibus metallorum lignorumq; compositum ferebatur. erat etiam dolis & arte composita fenestra perexigua ab ortu solis ita aptata, ut radius solaris per eam directus os & labra Serapis illustraret: ita ut inspectante populo, osculo salutatus Serapis uideretur à sole. Erat et aliud ibi fraudis genus huiusmodi. simulachrum solis ex ferro fabrefactum in aere pendens uisebatur, cum in laquearibus lapis magnes subtilissimo artificio intextus ui naturali ferrum ad se raperet, cogeretq; simulachrum paulatim assurgere, atq; in sublime sustolli: quæ res inspectores miraculo rei attonitos faciebat, atq; uenerabundos. Quidam Serapin Iouem putant, cuius capiti modius superpositus, ut indicet cum mensura modoq; cuncta moderari oportere. Alij genium Nili esse autumat, cuius Ægyptus opibus & fœcunditate pascatur. De origine Serapidis Cor. Tacitus non parum multa. Lactantius in primo: Hic est Osiris, quem Serapin & Serapidem uulgus appellat. Lactantio subscribit Martianus in hymno sic scribens: Te Serapin Memphis, Nilus ueneratur Osirin. Serapium & Isium appellat Lampridius templum Serapis & Isidis. in Alexandro Marcellinus Serapium refert emicnere inter Ægypti templa, ita exornatum, ut post Capitolium nihil orbis terrarum ambitiosius cernat. Per obliquum calamiu.] obliquam tibiam intelligit, quam Midas in Phrygia primus inuenit: sicuti monaulum Mercurius, et geminas tibias Marsias. Dicitur autem monaulon, singulis

laris tibia & simplex, unde & nomen. de qua epigram-
 matarius: Sæpe duas pariter, sæpe monaulon habet. Mos
 dulum.] modulatum carmen. Sacris ui.da.] In pompa
 sacrorum hodieq; aliquot præficiuntur, qui iubeant viam
 dari, ut pompa sine offensaculo pompabiliter procedat.
 Ex instituto solenni præterea præcones proclamare solea-
 bant, Hoc agite; quo uerbo admonebatur, reliquis rebus
 posthabitis sola sacrificia curanda esse. Illud quoq; obiter
 annotandū, placuisse maioribus loca uelari quæ pompa ue-
 heretur: sicut etiam apud nos conuelantur. causam refert
 Verrius Flaccus, scribit enim: Cum Pop. Rom. pestilentia la-
 boraret, essetq; responsum, id accidere quòd dii despiceren-
 tur: anxiam urbem fuisse, quia non intelligeretur oraculūz
 euenissetq; ut Circensium die puer de cœnaculo pompam
 supernè despiceret, & matri referret, quo ordine se-
 creta sacrorum in arca pilenti (quod uehiculari genus est)
 composita uidisset: qua re senatui nunciata, tunc pla-
 cuit loca uelis contegi, qua pompa uehi solet: atque
 ita peste sedata, puer qui ambiguitate fortis absolue-
 rat: prætextæ gestandæ munus impetrauit. ambiguitas
 autem oraculi fuit in uerbo Despicerentur: nam qui audit
 quòd dii despicerentur, statim intelligit quòd dii et cerimo-
 niæ negligenterentur, haberenturq; despiciatui: cum tamen or-
 raculum quod semper flexiloquum est & amphibolon, in-
 telligi uellet, quòd dii despicerentur, id est deorsum ex supe-
 riore cœnaculi parte aspicerentur: quod nefas est, & ad
 pollutionem sacrorum pertinet. unde & nostri hodieq;
 in pompa sacrificali pueros & puellas ex fenestris uetant
 despiciere, hoc est, superne in locum inferiorem despectas-
 re. Initiatæ sacris.] inter religiosos ascitæ, & cultui ce-
 rimo-

rimoniarum dedicata. M. Tull. auctor est, mysteria appellari initia, quibus ex agresti uita exculsi ad humanitatem sumus, tanquam ea sint uitæ principia. unde initiari est, ritu sacrorum institui, & sacris diuinis ascribi. idem M. Tul. Diligentissime (inquit) faciendum est, ut inicientur eo ritu cæteri, quo Romæ inicianur. M. Varro ait, quod inijtis Cereris porci immolantur, & quod inijtis pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur. Dies initionum dicuntur à Liniis, quibus solennia sacrificia celebrabantur, quibus nefas erat interesse non initiatos. In alio significato notissimo initiari est inchoare et auspiciari. Firmicus Maternus: Ver initiatur, cum primam arietis partem sol fuerit ingressus. Lintee ue. causa.] Orphei & Pythagoræ placita laneum uestimentum in rebus diuinis, ut prophanum impurumq; uituperant, cum lineum uelamentum ut purissimum mundissimumq; maxime probet. unde non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoq; in rebus sacris usurpabatur. Scribit Plin. lib. undeuigesimo, uestes sacerdotib. Ægypti lineas gratissimas esse, eo genere lini quod xylon uocant: unde & dicta xylina, quibus nulla sunt incandore mollitia ue præferenda. igitur cum Isiaci, id est Isidis sacerdotes lintea ueste prope peculiariter uterentur, à poetis perpetuo epitheto linigeri cognominantur. sic Ouid. Iuuenal. Martial. sic cæteri ore consono appellitant. Apollonio Tyaneo apud Domitianum principem inter cætera crimina, hoc quoq; accusatores calumniiosi obiecerunt, quod uestitu linteo uteretur: quod crimen diluens, ut futile & nugatorium, ô diuine Pythagora (inquit) tu pro me ipso causam dicito. pro his enim in iudicium uocor, quorum tu inuentor, ego imitator sum. Pythagoras enim Ægyptiorum
discipulo

disciplinam cum primis laudans, linteis amiciri constituit,
 & calciamenta ex arborum corticibus fieri mandavit, uesti-
 titum impurum esse autumans, qui ex morticina materia
 confectus gestaretur. ideo autem impurus ex lana uestitus
 Aegyptijs sacerdotibus & Pythagoræ, & mox Apollonio
 uidebatur: quoniã ab animato decerpitur, et ex eo quidem
 animali quod inter cetera mitissimum est. linea uerò uestis
 ideo pura habita est, & sacrificantibus in primis accom-
 modata, quoniam linum ex terra oritur. Quæcunq; autem
 ex terra nascuntur, munda & pura esse existimauerunt.
 Hæc & id genus alia apud Philostratum memorat Apol-
 lonius. unde Sidonio data est occasio appellandi Apollonia
 inter purpuratos linteatum. Quid multa? non ne hodie
 quoq; nostri sacerdotes linteati linigeriq; in sacrorum
 pompa incedere conspiciuntur? ritu opinor translato ab
 Aegyptijs sacerdotibus, de quibus hæc Herodotus: *Ve-*
stibus amiccuntur lincis, circa crura simbriatis, quas calasi-
ras appellant: supra quas candida fuerunt amicula, tanquã
superiecta. Lanæ neq; in ædes sacras gestantur, neque unã
cum cadauere sepeliuntur: prophanum enim est. Idem aliu-
bi: Linea (inquit) ferunt uestimenta semper recens ablu-
ta, huic rei præcipuè uacantes, calceos papyraceos gestant.
aliam uestem, aut alios calceos induere eis fas non est. à lin-
tea ueste linteones dicti linteorum textores. scribit Mater-
nus, Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Mare-
tem, quòd illa coniunctio faciet linteones aut tabernarios.
 Alexander Romanus imperator uectigal pulcherrimum
 instituit, Lampridio teste, braccariorum, linteonum &
 pallionum. ubi braccarij & palliones dicuntur, bracc-
 ebarum (quæ uestes sunt) & palliorum confectores.

Limpido.] lucido, spendicante. Limpida Stella est in secunda parte leonis, quæ in horoscopo facit reges. Madidos.] unguentatos. Crines madidos.] unguento delibutos. Capillum derasi.] Sacerdotes Ægyptiaci erant capiti-
 bus derasi, quod Plin. noster indicat, & ante Plin. Herodotus sic scripsit: Deorum sacerdotes alibi comati sunt, in Ægypto derasi. Idem refert, solitos eos totum corpus alternis diebus deradere, ne inter deorum cultum quicquam pediculorum, aut alterius excrementiciæ sordis illos pollueret. Lactantius lib. 1. Institutionum, illudens sacra Isis Ægyptia sic refert: Primò sacerdotes eius deglabra à corpore sua pectora tundunt, lamentantur, sicut ipsa cum perdidit filium fecerat. ob hoc poætæ caluos hosce sacerdotes decèter appellant. Satyrographus: Cum grege linigero circumdatus, & grege caluo. Epigrammatista: Linigeri fugiunt calui, sistrataq; turba. quinetiam Lampridius de imperatore Commodo scribens, sic inquit: Sacra Isis coluit, ut et caput raderet, Anubim portaret, et omnis partes expleret. Ex hoc Isiacorum ritu uidetur id quoq; transcriptum esse, ut nostri sacerdotes comam alere prohibeantur, capite deraso: quamuis Ecclesiastici scriptores hoc ueluti mysticè et tropologicè interpretètur. nam Diuus Hieronymus tradit, quòd rasio capitis est temporalium omnium depositio, & quòd corona in capite designat regni cælestis coronam. hoc idem legitur in Decretis canonicis, 12. q. 1. De caluis ce-
 lebre est prouerbiu apud Græcos, φάλαγγιν τιλλειν, id est, caluum uellis: quod refertur ad cassos inefficacesq; hominum labores. Illud attende, à nobis explicari hunc totum ceremoniarum ritum secundum mysteria Ægyptiorum: quamuis hæc res fiat Corinthi, ex formula tamè et instituto Ægypticæ

Optiacæ religionis : hoc enim in primis significari uoluit
 Lucius noſter. Vertice prænitentes.] qui deſo capite
 ſunt, uerticem habent ſplendicantem. Terrena ſidera.]
 Magna ſacerdotum dignatio & maietas, qui terrena ſi-
 dera dici mereantur. Sacerdotes hodie mundi lumina nun-
 cupantur. & diſtinctione 96 legimus, quòd aurũ non tam
 precioſius plumbo eſt, q̄ regia poteſtate altior ordo ſacera-
 dotalis. Vnde tu Archiepiſcope ampliſſime, dici meritiffi-
 mo potes terrenum ſidus, & quidem fulgentiſſimum: cum
 in te & fulgor ſacerdotalis, & literarum ſplendor eluce-
 ſcant & radiant. Columella oppidò quàm eleganter terre-
 ſtria ſidera flores appellat, illo uerſu : Pingit & in uarios
 terreſtria ſidera flores. Aereis ſiſtris.] Suprà diximus
 ſiſtra dici crepitacula, quæ agitata reddebant argutum ſo-
 num : ob hoc ſonabile ſiſtrum à poetis dictum. ſimulachrũ
 Iſidis cum ſiſtro figurabatur. hinc illud ſatyricum : Iſis &
 irato feriat mea lumina ſiſtro. Siſtratos Iſidis ſacerdotes
 poetæ appellant, à geſtamine ſiſtrorum : ut inquit Suidas,
 ἱεῖς ἰσίδος ἀπὸ τῆς ἰσίδος, id eſt Iſidis cultores ſiſtrum quati-
 bant. unde à uerbo græco οἰώ, quod ſignificat quatio, indi-
 tum nomen. Argutum tinnitum.] ſtridulum ſonitum,
 qualè ſcilicet reddunt æramenta. Antiſtites primarios.]
 Sacerdotes intelligit, quos protomyſtas Græco uocabulo
 Sidonius uocat, qui Archiſtanines quoq; nominantur. Li-
 bro Codicis primo legimus, Archimandritas nominari pro-
 ceres ſacerdotum, & antiſtites : qui ab eo quod ante ſtant
 & præpollent, nomen fortiuntur. antiſtitium uocabulo ele-
 gantiſſimo dicitur excellentia & apex, Marcianus: Vene-
 rabili antiſtitio præminebat Athanaſia. Inter protomyſtas
 tu cum primis numerandus Archiepiſcope ſacraſſime,
 Z Z qui

qui in ordine episcopali uenerabilis maiestatis antistitis
 præcellis, & instar Luciferi inter minores stellas enite-
 scis. Cinctum pectoralem.] non tam cincturam, quam
 uestem, hoc in loco cinctum accipimus. nam & Porphy-
 rio docet, cinctum tunica genus esse infra pectus aptata,
 à quo cinctutos Ceteos Horatius nominauerit. M. Varro:
 Cinctus (inquit) & cingulum à cingendo: alterum uiris,
 alterum mulieribus attributum. Videtur autem denotare id
 genus uestis sacerdotalis, quæ ex lino poderis erat: id est, ta-
 laris duplici syndone, quam Iosephus, Hieronymus & cate-
 ri bysinam uocant. Hæc adhaeret corpori, et ita arcta est,
 & strictis manicis, ut nulla omnino in ueste sit ruga, &
 usq; ad crura descendat. Fuit & apud antiquos uestimenti
 genus nomine cingulum, pellis colubrina similitudine, ro-
 tundum, textum, ut marsupium longius putes. Hoc baltheo
 lineam tunicam talarem supradictam stringunt, inter um-
 bilicum & pectus. Potentissimorum domini.] Lege-
 deum: id est, deorum. dicit enim, proceres sacerdotum ostens-
 tasse exuias deorum maximorum. Exuiarum autem no-
 mine symbola quædam peculiaria & gestamina diuina,
 hoc in loco significantur: ut lucerna, caduceus, uannus, &
 quæ statim explicantur. Primus lucernam.] Religionis
 Egyptiæ symbolum est lucerna, ut opinor pertinens ad
 Osiridis uestigationem, quem perditum cum luctu quæ-
 runt, mox inuentum magno gaudio prosequuntur auctores
 Seneca, Augustinus, Lactantius, & ceteri. Ob hoc uide-
 tur Seneca in lib. de Beata uita sic scripsisse: Cum laurum
 linteatus senex, & medio lucernam die proferens, concla-
 mat iratum aliquem deorum, concurritis & auditis. Apud
 nos hodieq; in pompa sacrorum ceroferarij conspiciuntur,
 rita

ritu propè consimili atq; germano. Tertullianus denotat hunc ritum lucernarium solennium, & improbat inquit: Cur die lato nec laureis postes obumbramus, nec lucernis diem infringimus? Potest lucerna hæc uideri symbolū solis, qui et Osiris dicitur, cuius luce cuncta collustrantur. Præterea auctor est Herodotus, festiuitatem solennem in Ægypto celebrari, cui nomen est accensio lucernarum, propterea quòd noctu sub dio per uniuersam Ægyptum lucernas accendunt, imbutas sale, & oleo plenas, cum multo ellychnio, quòd tota nocte ardens perduret. Cur uerò sic lucernæ accendantur ad sacra; quædam ratio commemoratur, quæ auribus prophanorum minimè intimanda sit. Ad hunc mysticum sensum referri non absurdè posset illud Persianum: Dispositum pinguem nebulam uomuere lucernæ, Portantes uiolæ. Potest hæc lucerna symbolum uideri inquisitionis Osiridis. Quid si ad Vulcanum referatur, quem inuentorem ignis primum in Ægypto regnasse, sacerdotes affirmant? Lucernari uerbum uetus est, quod significat lucernis dispositis illuminare. Hinc illud: Tecta lucernantur florentia numina fertis. Cymbium. Ipoculum, à cymba dictū, cuius effigiem representat: de quo supra. Pectore.] Corripatore: etenim pator Apuleianum uocabulum, significans hiatus, apertionemq;: & est orificium patens. Vestitu similis.] linteamine candido indutus. Idem auxilia.] dic, id est auxilia: est enim quoddam quasi interpretamentū, ut lector audiens altaria sacerdotis manu gestari, intelligat ea auxilia nuncupari. Cur autem ita nuncupentur, statim subiungit, ab auxilio scilicet, quod auxilatrix dea Isis cultoribus suis præstatuitaq; altaria hæc possunt uideri symbola auxilij diuini. Apud Plautum loquitur in C

Stilaria deus cui Auxilio est nomen. Palmam.] tanquã sit
 symbolum uictoriæ, & argumentum palmiferæ regionis.
 scribit Plin. *Dactylos palmarũ honori deorum dicatos esse.*
Caduceum.] Ægyptij caduceum Mercurij sic figurant
 Dracones duo masculus et femina cõiunguntur parte me-
 dia uoluminis sui, nodo quem uocant Herculis: primæ par-
 tes reflexæ in circulum sunt, caudæ uerò reuocantur ad ca-
 pulum caducei: ornaturq; alis ex eadem parte capitis na-
 scentibus. Argumentum caducei ad genituram hominum
 (quæ Genesis appellatur) Ægyptij pertinere demonstrat.
 Plinius ideo caduceum fieri asserit, circumdata effigies
 anguium: quia angues sunt concordissimi inter se, & com-
 plexu mutuo copulantur, unde & caduceum signum pacis
 & symbolum esse uoluerunt. hinc caduceatores dicti, pa-
 cis internuncij, Liuius, Curtius, & cæteris. Caducifer quoq;
 ipse Mercurius à poetis nominatur. Deformata manu
 sinistra.] Videtur discordare Lucius noster à Diodoro,
 qui scribit in quarto Bibliothecæ, quòd inter sacras literas
 Ægyptiorum deformatur manus dextra expansa, liberali-
 tatem significans: sinistra uerò compressa, tenacitatem at-
 que auariciam. Verùm nullum est inter scriptores super re
 ista dissidium, cum utrunq; fieri commode potuerit, ut sinis-
 tra cõpressis digitis esset symbolum tenacitatis, eadem ex-
 plicata palma foret indicium æquitatis. Genuina pigri-
 tia.] ingenita & naturali: sinistram enim natura in homi-
 nibus pigriorẽ esse, quàm dextram, sat notũ, præter quàm
 in his qui scæuæ nominantur: tales enim agiliore sunt sinis-
 tra, unde & illis inditum nomen. Scæuam enim græci sinis-
 tram uocant. Talis uir Tiberius, quem scribit Tranquillus
 sinistra manu fuisse agiliore ac ualidiore. Iurisconsulti ut.

ad ædilitium edictum, Scævam, hoc est hominem agilioris sinistrae, neque morbosum neque vitiosum esse tradunt. Albertus Magnus in secundo de animalibus, causam refert sinisteritatis: Quia videlicet (inquit) iecur & cor virtutes suas mittant in sinistrum latus, & à dextro remoueantur. Contingit etiam aliquando, ut quis à puero sinistram quàm dextram frequentius exerceat, fiatque inde consuetudo, & ex consuetudine natura. Scripsi in Tranquilli commentarijs, ambidextros dici, qui utraq; manu pariter utantur, quos Græci amphoterodes xios uocant: de quibus Plato, Aristoteles, Hieronymus. Sed quod ad sinistrae manus pigritiam pertinet, quodque memoratu dignum est, comperio apud auctores, quod annuli preciosi dextra manu exempti sunt, quæ multum negociorum gerit: & in sinistram relegati, quæ ociosior est, ne crebro motu & officio manus dextræ preciosi lapides frangerentur. In modum papillæ rotundatum.] Vasculum hoc papillæ lactanti simile uideri potest indicium bouis, in quam Io reformata est, & mox facta dea Isis, ut fabulæ ferunt. potest & hoc symbolum esse fecunditatis Niloticæ, ut sicut lac profusum ex papilla saginat foetum, ita aqua nihil exuberans opinat fecundum. Obiter annotandum, quemadmodum Helena in templo Mineræ sacrauit calicem ex electro, mammae suæ mensura. Inclutus Vldricus Rosensis, inter barones Boemie primarius, inter discipulos meos transmontanos clarissimus, cum mecum semper egerit munificenter liberaliterque, nuper mihi donauit uasculum hac figura papillæ rotundatum, argenteum quidem, sed tam fabre, tam eleganter deauratum, ut aureum esse uideatur: quod à me serua-

tur conditum in gazophylacio, in quo propè peculiariter, continentur munera, quibus me complusculi profecuti sunt ob doctrinarum ingenijq; (ut existimant) claritudinem: ut ego sentio, mediocritatem. Ibidem quoq; radiat scyphus ille argenteus, quem tu ad me abhinc sequiannū dono misisti Archiepiscopo munificentissime, qui bractæatoris opificio fabrefactus, luculenter uina facit meliora, subinuitatq; ad bibendum. Lacte.] Secundum priscorum declinationem, lacte dixit pro lac, ut suprâ. Vannum.] cribrum. Poeta in Georgicis dixit, Et mystica uannus Iacchi, ubi commentatores exposuerunt, ideo mysticam dici, quòd Liberi patris sacra ad purgationem animæ pertinebant: & sic homines eius mysterijs purgabatur, sicut uannis frumenta purgantur. Hinc est quòd dicitur Isis, Osiridis membra à Tiphone dilaniata, cribro, id est uanno superposuisse. nam idem est Liber pater, & Osiris, Isidis maritus in cuius mysterijs uannus est, & nunc in pompa Istiaca gestabatur. Dicitur autem uannus, cribrum, ^{uannus} uallus. inde fit uerbum euannare, quod est uannis siue uallis expurgare. M. Varro in primo de re Rustica: Ita fit ut quod seuisimum est in eo, atq; appellatur acus, euannatur foras extra aream. In Varronianis codicibus mendum innotuit, in quibus euaminatur passim legitur, uerbo futili et nugatorio: cum euannatur legendum sit, sicuti nos corrigimus uerbo latinissimo et Varroniano, quod à uannis inflexum est. Columella præcipit, frumenta uannis expurgari in area deterfa.

Dei dignati pedibus incedere.] ioculariter dictū,

Nec mora, cum dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt, hic horrèdum ille superum

rūm commeator & inferūm,
 nunc atra nunc aurea facie su-
 blimis, attollēs canis ceruices
 arduas Anubis, læua caduceū
 gerens, dextera palmam uiren-
 tem quatiens, cuius uestigium
 continuum sequebatur bos in
 rectum leuata statum, bos om-
 niparentis deæ fœcundum si-
 mulachrum, quod residens hu-
 meris suis proferebat un⁹ è mi-
 nisterio beato gressu gestuo-
 so. Ferebatur ab alio cista secre-
 torum capax, penitus celās o-
 perta magnificę religionis. Ge-
 rebat alius fœlici suo gremio
 summi sui numinis ueneran-
 dam effigiem, non pecoris, nō
 auis, non feræ, ac ne hominis
 quidem ipsius cōsimilem: Sed
 solerti repertum etiam ipsa no-
 uitate, reuerendam altioris ut-
 cunq; & magno silentio tegē-
 dæ religionis argumentum in-
 effabile, sed ad istum planē mo-
 dum fulgēte auro figuratum.
 Vrnula faberrimē cauata, fun-
 do quā rotūdo miris extrin-
 secus simulachris Aegyptiorū
 effigiata. eius orificium non al-

decenter dicis
 mus enim deos in-
 cedere pedibus hu-
 manis, quando ho-
 mines in pōpa sa-
 crificali sustinent
 personas & nomi-
 na deorū. de quib⁹
 intellexit Ter-
 tullianus sic scri-
 bēs: Ipsos deos ue-
 stros sæpe noxijs
 induunt. Mecum
 ego subinde reco-
 lens hæc instituta
 sacrorum ethnico-
 rum, uenio in eam
 sententiam, ut cre-
 dam plerq; om-
 nia ad cerimonias
 rum nostrarum ce-
 lebrationem perti-
 nentia, illinc esse
 translata, transpo-
 sitaq;. Nimirū ex
 gentiliū religio-
 ne sunt lineæ ue-
 stes, dearsa sacer-
 dotum capita, uer-
 tigines in altari,

pompa sacrificas
lis, musica modula
mina, adoratiões,
preces, aliaq; id
genus compluria,
quæ nostri sacer
dotes in nostris my
sterijs solenniter
usurpant, haud du

biè sumpta de cerimonia priscorum. sic & apud nos ho
mines incedunt in pompa sacrorum, sub effigie sanctorum
& prophetarum, qui dici possent dei humanis pedibus in
cedentes. Ille superum.] Sensus est: Mercurius, qui &
Anubis dicitur, qui & nuncius superiorum ac inferioru deo
rum esse fertur, prodibat attollens caninum caput. Cecinit
poeta in opere serio: Omnigenumq; deum monstra, & la
trator Anubis. Quem locum exponens Seruius, inquit: Hunc
uolunt esse Mercurium: ideo capite canino pingitur, quia
nihil est cane sagacius. Tradunt historici, Anubim Osiridis
filium, secutum esse patrem in bellicam expeditionem: qui
armis usus insignibus, canem pro insigni gestauit: qua ex re
canina forma apud Aegyptios colitur, et canes ipsi in sum
ma dignatione habentur. cuius rei Eusebius quoq; commem
minat lib. 2. Preparationis euangelicæ, scribens, deum qui
apud Aegyptios Anubis appellatur, caninum habere ca
put: eaq; re ostendi, custodè ipsum Osiridos fuisse, tam be
llicus quam homines importunè obuiam factos coercètem.
A canibus, qui pro dijs habentur, dicta est Cynopolis, quas
si canum ciuitas. hinc morsus ille satyricus: Oppida tota ca
nem uenerantur, nemo Dianam. De Anubi dixit Ouidius:

Per Anubidis ora uerēdi. et ut autumat Strabo, Anubis deus qui capite canino figuratur, colitur in ciuitate canū, id est, Cynopoli, ubi sacer quidam cibus est canibus constitutus. Dicitur autem Mercurius commeator superiorum & inferiorum, quoniam ulro citroq; cōmeat inter superos & inferos: ut poetæ canunt. et ut inquit Claudianus, Commune profundis & superis numen, qui fas per limen utrunq; Solus habet, geminoq; facit cōmercia mundo. ab Homero dicitur *Αἰάντης*, id est, internuncius. Macrob. ex hoc Mercurium mysticē Solem significari argumētatur. nam cum sol in inferiore hemisphærio, id est, hyemalib. signis cursum suum peragit, dicitur inferorū administer: cum uerò superiore hemisphærio partē zodiaci ambit æstiuā, tunc superiorū nuncius existimatur. Nunc atra nunc aurea facie.] Ægyptij simulacrū Mercurij partim cerulea specie et atra, partim aurea et clara figurāt: ut per atrum colorē cōmeator inferorū, per aureā faciē superiorū nuncius declaretur. Bos in rectū leuata statū.] Fabula notissima, quæ ad modum Io in bouem demutata est, mox ex boue dea Isis facta: unde meritò in pompa Isiaca bos prodibat, quæ symbolum quoq; (ut docet ipse Lucius) est deæ omnia progignentis. Ægyptus bouem uice numinis colit, quem Apim uocant, cui semel in anno ostenditur femina bos insignibus quibusdam notabilis. Plinius & Solinus auctores. Fuit & in Ægypto præfectura, Bouina nuncupata, à boue, cui deo dicata est. Bouem autem colunt inter deos utilitatis causa. constat enim (ut refert Busebius) bouem tam partu quam arandi opera esse conducibilem. Annotandum, ab eodem Eusebio tradi, papauer esse symbolum fecunditatis. Suprà diximus, quemadmodum Apis Ægyptiorū deus maximus.

postea dictus est Serapis. Scribit Suidas, ἀπίδες Διοί ἦσαν
 μιμῶμενοι παρὰ αἰγυπτίους, σκυμῶν ἰχθυόσιν ὡς ἰ τῶ ἔραον
 ἡγεῖ γλώσσαι, ἀλλὰ ἐν αἰὲς ἀπίδες. id est: Apides dei ca
 rant honorati apud Aegyptios, signum habentes in cauda
 & in lingua, quod declarabat eos esse apides, quibus inuen
 tis, ἰσχυτῶ μεγάλῳ ἕγρον, id est festiuitatem magnam age
 bant. Præterea memoriae proditum est à scriptoribus cele
 berrimis, deos Aegyptiorum esse bruta animantia, & sin
 gulas penè in Aegypto ciuitates singulas bestias et monstra
 uenerari. unde & urbes apud eos ex animalium uocabulis
 nuncupantur, ut Leontopolis, Cynopolis, Lycopolis. Cur au
 tem animalia pro dijs in Aegypto coleretur, causas cum as
 ly referunt, tum Diodorus in 2 Bibliothecæ. Omnia pas
 rentis deæ.] iunctim lego Omniparentis, sic & poeta di
 xit in 6. Terræ omniparentis alunnum Cernere erat. qua
 enim forma omnipotens, eadem & omniparens dicitur,
 quasi omnia pariens, omnia gignens. E' ministerio bea
 to.] ex ministris sacrorum, qui meritò beati dicuntur,
 utpote cognatione quadam cum numine beatifico con
 iuncti. Mercurius cum Venere in horoscopo, faciet
 baiulos sacrorum simulachrorum. Idem in tertio loco
 cum Venere, faciet uestitores deorum. Gressu gestuos
 so.] M. Tullius & diuus Ambrosius de Officijs scri
 bentes, præcipiunt cauendum esse, ne tarditatibus utam
 mur in gressu mollioribus, ut similes pomparum fercu
 lis esse uideamur. Ex quo declaratur, fercula baiulosq;
 sacrorum simulachrorum in pompa solenni incedere
 consueuisse gressu quodam mollissimo, & histrionico,
 ac proفسus pompatico. Cista sacrorum capax.] De
 cista hac, qua sacra opertanea occultantur, & de canea
 phoris,

phoris, id est baiulis cistæ sacrificialis, abunde annotavi in
 6. cōmentario: ubi scribit tacita secreta cistarū. illinc repea
 te, si quid hic desiderabitur. Suidas appellat *αἱσῆς ἱερῆς*, id
 est cistæ sacræ: à quibus *αἱσῆς ἱερῆς* dicitur cistifer, baiu
 lusq; cistarum. Operta.] Suprà diximus, opertanea sac
 cra appellari, quæ operta erant, neq; exposita oculis pro
 phanorum. nam mysteria à græcis dicuntur, ut interpreta
 tur Suidas, ἀπὸ τοῦ κρύπτειν τὸ ἁγίον, id est ab ore claudendo:
 quòd scilicet deceat eos qui audiunt diuinas cerimonias &
 religionis arcana, os obturare, nec ulli mortalium enuncia
 re. Summi sui numinis.] Videtur signare simulachrum
 Isis, quod in arcano habebatur, quod nulla animantium
 effigie figuratum fuisse demonstrat: sed noua quadam for
 ma fabricatum, tanquam deus & natura rerum parens
 nulla imagine mortalium effingi possit. Sic Quintus Cur
 tius effigiem Iouis Ammonis umbilico similem fuisse tra
 dit. sic & Cor. Tacitus simulachrum Paphiæ Veneris non
 humana effigie fabricatum esse autumat, sed continuum
 orbem latiore initio tenuem in ambitum, metæ modo exur
 gentem spectari: cuius rei ratio in obscuro sit. Iudæi nulla
 omnino effigie, nulloq; simulachro Deum colunt, qui incor
 poreus est, innominabilis, indicibilis, incōprehensibilis. Vnde
 anthropomorphitæ meritò culpantur, quorum hæresis
 ex eo fluxit, & nomen, quòd deum habere humana mem
 bra arbitrabantur: ignorantes, quòd deus nec membris dis
 stinguitur, nec corporis mole censetur. Verùm quādo in ca
 nonicis scripturis membra Deo attribuuntur, id totum my
 stico intellectu ad potestates diuinas referendum est. So
 lerti repertum.] Corrigo, repertu. hoc est, inuentu, sua
 inuentione. Tegente.] Purior lectio est, tegendæ reli
 gionis,

gionis. *Urnula faberrimè cauata.*] Opinor hanc urnulã referri ad situlam, quam sinistra retinès Isis figuratur: per quam fluentiam omnium lacunarum ostendi tradunt. Præterea capiti Serapis, cuius numen cum Ifide commune est, calathum infigunt: quasi sol sit, cuius uertex insignitus calatho, & altitudinè sideris monstrat, & potentiam capacitatis ostendit. Faberrimè autem aduerbium est, significans perfectissimè, politissimeq;. Fabrè (ut inquit Placiades) perfectè dicitur. *Quam rotundo.*] Rancida grammaticorum subtilitas, quam rotundissimo contendit esse dicendum: auctoritas eruditorũ, quæ longè potentior est, grammaticilibus illis placitis posthabitis, sic dicere sepius inuault. *Simulachris Ægyptiorũ.*] De simulachris Ægyptiorum quæ sunt illorum sacræ literæ, suo loco mox dicemus: & dudum diximus, deos Ægyptiorum esse animalia. *Longo riuulo prominebat.*] Videtur ostendere, ut nam illam fuisse nasutiorem. Etenim nasus dicitur in uasis, riuulus ille prominens, ex quo liquor egeritur. Iuuenalis: *Siccabis calicem nasorum quatuor.* Ab epigrammataario poeta quoq; dictum est, Nasus longior ille fuit. *Dilatatione.*] Lego, dilatatione. signat enim, urnam dilatatam fuisse ab ea parte, qua adhærebat ansa. & ita hodieq; urnæ fictiles finguntur, ut scilicet sint orificio patentiore. *Super sedebat aspis.*] Non temerè aspis sedes super ansam urnæ fuisse describitur, sed ex mysterijs Ægyptiorum sumptum, quibus Isis figurabatur cinctum caput habens aspidem de serpente, quod et Valerius Flaccus denotat illo uersu de Ifide loquens: *aspide cincta comas,* & ouanti persona sicstro. Auctor est Herodotus, serpentes in Ægypto sacros esse, nihil omnino hominibus noxios. *Lego apud Amianum Marcellinum.*

Marcellinū, ali in Ægypto serpentes innumeras, quas omnis magnitudine & decore aspēs facile supereminet, multas in illis tractibus: unde & simulachris Isis peculiaris. Aspē dum ceruices & colla intumescere, & tumore uenenato exuberare, auctor est Plinius: qui aliubi tradit, aspidi uims somnificā inesse, ut percussos torpore & somno necet. Tales uocant hypnals, à somno. Cleopatra (teste Solino) hypnalen aspidē adhibuit ad morsum, ut ita somno extingueretur. Ptyadas aspides appellat, quæ saluas uenenatas in oculos hominum expuant.

Et ecce, præsentissimi numi nis promissa nobis accedunt beneficia et fara, salutēq; ipsam meam gerens sacerdos appropinquat ad ipsum præscriptum diuinæ promissionis ornatū, dextra proferens sistrum deæ coronam, mihi etiam Hercules coronam consequenter, quod tot actantis exanclatis laboribus, tot emeris periculis deæ maximæ prouidentia adluctantem mihi scruissimā fortunam superarem. Nec tamē gaudio subitario commotus, inclementi me cursu proripui, uerens scilicet ne repente ino quadrupedis imperu religionis quietus turbaretur or-

Præsentissimi.]

Virgilius: Nec tam præsentē alibi cognoscere diuos. Plinius remedia præsentissima scite appellat, quæ statim afferunt medelam salutarem, & sine dilatione perferant. Salutem meam gerens sacerdos.] Coronā roseam intelligit, qua salus Lucij et reformatio promittebatur. Proferens sistrū deæ.] Hæc fuerat diuina Isis promissio, quæ

quæ supra sic Lu-
cum alloquitur :
Meo monitu sacer-
dos, q̄ in ipso pros-
cinctu pompæ ro-
seam manu sistro
coherentem gesta-
bit coronam.

Mibi hercules co-
ronã.] Sensus est:
sacerdos dextra fe-
rebat coronã Isia-
cam, quæ dubio
procul mihi quoq;
erat cõueniens co-
rona, cū coronan-
dus meritò forem,
tanquam fortunæ
uictor, qui tot la-
bores, tot arūas
in omni uita per-
tulcram. coronari
enim uictores in
ludis coronis mul-
tifarijs constat, de
quib. alibi plura.
Exanclatis.] ex-
haustis, exsuda-
tisq;. Deæ ma-
ximæ.] Isis.

do: sed placido ac prorsus hu-
mano gradu cunctabundus
paulatim obliquato corpore,
sanè diuinitus decedēte popu-
lo, sensim irrepo. At sacerdos
(ut reapse cognoscere potui)
nocturni commonefactus o-
raculi, miratusq; congruentiã
mandati muneris, confestim
restitit, & ultro porrecta dex-
tra, ob os ipsum meum coro-
nam exhibuit. Tunc ego trepi-
dans assiduo pulso micãti cor-
de, coronam quæ rosas amæ-
nis intexta fulgurabat, auido
ore susceptã, cupidus cupidissi-
mè deuorauit: nec me fefellit
cœleste promissum. Protinus
mihi delabitur deformis & fe-
rina facies: ac primò quidem
squalēs pilus defluit, ac dehinc
cutis crassã tenuatur, uenter
obesus residet, pedum plantæ
per ungulas in digitos exeūt:
manus nō iam pedes sunt, sed
in erecta porriguntur officia:
cervix procera cohibetur, os
& caput rotundatur, aures e-
normes repetunt paruitatem
pristinam, dentes saxei redeūt
ad

ad humanam minutiem: & quæ potissimum cruciabat antea cauda, nusquam comparuit. populi mirantur, religiosi uenerantur tam euidentem maximi numinis potentiam, & consimilem nocturnis imaginibus magnificentiam, & facilitatem reformationis: claraque & consona uoce cælo manus attendentes, testantur tam illustre deæ beneficium.

Inclementi.] immodico & ferocienti. Cunctabundus.] cunctanter & lento gressu gradiens. Decedente diuinitus pop.] Nutu et numine deæ Isis cominitus omnis populus, ab asino decedebat. dixit enim supra hoc is

pro uolumine, Meo iussu tibi constricti comitatus decedent populi. Re ab se.] Legendum est reapse: hoc est, re ipsa, ut ueteres dicebant, & supra annotatum est. Nocturni oraculi.] Dixit supra Isis: Hoc eodem momento, quo tibi uenio, simul quæ sunt consequentia sacerdoti meo per quietem facienda præcipio. Mandati muneris.] à dea scilicet, per nocturnam quietem. Ob os.] ad os. Coronam deuorauit.] Lucian, sine ullo mysterio religioso, simpliciter narrat se uidisse inter flores alios rosas promicantes: ad quas procurrens, eas deuorauerit: hoc enim utitur uerbo ῥόδα λατίνων, rosas deuorauit. Noster uero Lucius mysticoteram quædam decentissime sapientissimeque præfatus ait, se ex manu sacerdotis coronam roseam deuorasse: eaque, deuorata, in pristinum hominem fuisse euestigio reformatum. ut mysticote intelligas, coronam rosaceam esse sapientiam: ad quam gustandam quam diu mortales non aspirant, tam diu bruta & asinino corio contacti torpescunt: mox ubi rosas carps

pserunt

pferunt ex manu porrigentis sacerdotis, hoc est sapientis,
 qui antistes est doctrinarum, qui esurientes ultro inuitat
 ad gustulum sapientiæ dulcissimum, illico exuunt brutale
 tegumentum, fiuntq; humana ratione pollentes & uere ho-
 mines ipsi quoq; sacerdotilibus sacris initiatur, terreni cor-
 poris labe purgati, uitis exutis, nulla deinceps scelerum con-
 tagione polluti Deo seruiunt, cui conciliante uirtute cõiu-
 guntur. Quæ uita nihil beatius esse potest, ad quam utinam
 nos quoque peruenire possimus: sicut Apuleius noster, post
 exudatos labores multijugos, post exutas terrenas sordes,
 aliquando felicissimè peruenit. Delabitur ferina facies.]
 Cupis exuere faciem ferinam? facito ut ex animo tuo brut-
 ales sordes, quæ interiorẽ hominem deformant, delaban-
 tur: curato, prouideto, ut in te nihil beluinum conspiciatur:
 da operam, ut sicuti diceris animal rationale, ita ut ratios-
 nem uitæ ducem sequaris, appetitionibus conculcatis, ut uir-
 tutis fulgore fias luminosus. Ita pilus asininus defluet, ita co-
 rium crassum in cutem subtiliorem tenuabitur, ita obesitas
 uentris cohibebitur: deniq; omni abolita brutali effigie, re-
 formaberis in hominem, quem cuncti meritò mirentur, &
 cum ueneratione suscipiant. sic homines transfigurantur
 in lupos, fiuntq; uersipelles, quando induunt lupinam uora-
 citatem: sic mox ex lupis in pristinam faciem reuertuntur,
 pristinamq; uestem resumunt, quando exutis improbis mo-
 ribus, & lupina deposita natura, ad humanos mores, &
 humanam rationem oculo mentis uegetiore regrediuntur,
 probitatem amplexantes, & uirtutem quam deposuerant
 resumunt. Cutis te.] Sunt qui putent tenuitatem cutis
 & opera corporum magis aut minus bruta effo-
 cere animalia, tanquam crassitudo corij in asinis & id ge-

nus cæteris obstat tenuitati sensus, in homine ex tenuiori cute subtilitas animi constat. Venter obe.] Homines minus solertes esse censet Plin. quibus sit obesissimus uenter. hinc illud Hieronymi memoratissimū: Pinguis uenter non gignit sensum tenuē. Cobibetur.] ad humanam breuitatem redigitur. Enormes.] immodicæ, prægrandes, et prorsus asinina. Pristinam.] priorem. Ad humanam.] dentes qui in asino ingentes conspiciabantur, tantilli facti sunt, ad humanæ paruitatis modulum redeuntes. Scribit diuus Augustinus, uidisse se molarem hominis dentem tam ingentem, ut si ad nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum sibi uideretur facere potuisse. à dente Plautinum uerbum est oppidò quam elegans, edentare malus: quòd (ut aliubi annotauimus) significat dentem maxillis excutere, & dentibus priuare. quod fieri solet in his quos pugnis contundimus, & dentilegos efficiamus, edentulosq; sicut enim edentulus dictus à particula priuatiua, qui sine dente est: sic edentare inde quoq; deflexum est. Comparuit.] apparuit, uisa est. Nocturnis ima.] pro ut per nocturnam uisionem ipsa dea sacerdotibus, quæ futura erant, demonstrauerat. Vel hoc dicit, rem simillimam somnio hanc uisam esse, quæ tunc uera erat. Cælo manus.] ait Virg. Tendoq; supinas Ad cælum cum uoce manus. Communis mos & hominū obseruationes affirmant, superiora esse Deo tradita. nanq; habitus orantium sic est, ut manibus extensis in cælum precemur: & ut auctor est Aristot. in 1 de Cælo & mundo, omnes homines barbari, Græci, & quicumq; putant deos esse, attribuunt locum superiorem dijs, hoc est, cælum, ut immortalibus immortale conueniens: ut terra hominum est, sic Dei cælum.

Animo capiente gaudium.] Interdum tanta est gaudij exuberantia, & lætitiæ cumulus, ut animus noster incapax eius sit: ut homo gaudēs ita perturbetur, ut apud se ipsum nō sit. sic & Lilius: Cum uix gaudij animis caperent, discursum hinc ab alijs circa tēpla deūm, ut gratias agerent. Hinc reperio apud auctores, gaudij ingens nō parū multis mortē attulisse. sicut gaudio obiit Philippides poeta: & mater illa uiso filio ex pugna Cannensi præter opinionem suam incolumis, copia atq; magnitudine inopinati gaudij

At ego stupore nimio defixus, tacitus hærebam, animo meo tam repentinum, tamq; magnum non capiente gaudium: quid potissimum præferrer primarium? unde nouæ uocis exordium caperē? quo sermonem nunc renata lingua fœlicius auspicarer? quibus quantisque uerbis tantæ deæ gratias agerem? Sed sacerdos utcumq; diuino monitu cognitis ab origine cunctis cladibus meis, quanquam & ipse insigni per motus miraculo, nuda significato, prius præcipit, regendo mihi linream dari laciniam. Nā me, cum primū nefando tegmine despoliauerat asinus, compressis in arctum feminibus, & superstrictis accuratè manibus, quantum nudo licebat, uelamēto me naturali prope muniueram. Tunc è cohorte religionis unus, impigrè superiorem exutus tunicam, super texit me celerrimè. quo facto, sacerdos uultu geniali, & Hercules perhumano, in aspectum meum attonitus sic affatur:

qua figura utitur
incertus dubitāsq;
quid primūm di-
cat, & quid potiss-
imum. Consimile
est illud poeticum:
Quid primū me-
dium'ue canā, quo
fine quiescam? La-
zicia autem obstre-
pit facundia, &
cogitatio uolupta-
te impeditur.

Sed, sacerdos.] Lu-
cianus aliter nar-
rat, scribens spe-
ctatores hac trās-
formationis noui-
tate consternatos,
partim censuisse,
ut perinde ac ma-

gus & quoddam quasi monstrum igni cremaretur. Partim
dixisse, ut ipsum prius audirent sermocinantem, et ita rem
cognoscerent. Itaq; scribit se cursim ad principem accessisse
se, illiq; totam rem gestam denarrasse: præterea quibus na-
talibus, qua patria, qua conditione natus foret, edocuisse.
quo audito, præses osculo et complexu exceperit Lucianū,
utpote patris ipsius amicissimus, domum deductum hospie-
taliter suscepit. fuit autem Lucianus (ut ipse testatur) Pas-
trensīs, quæ ciuitas Achaiæ est, patre nomine Lucio natus,

ἄσσυρον ἰσορίων, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ μάλιστα ἀγαθὸς. interdū
 Assyrium se esse commemorat, quem & Suidas Samosa-
 teum à patria nuncupat. Potuit enim fieri, ut hic ortus es-
 set, illinc oriundus: & ita duplici patria censeretur, ut an-
 te prodidimus. Nefando tegmine.] corio brutali, & tes-
 tamento asinali. Diuino monitu.] Dea sacerdotem uis-
 sionibus nocturnis cuncta edocuerat, ad asinum nostrum
 pertinentia. Compressis in altum fœminibus.] Corrigo,
 compressis in arctum fœminibus. est enim sensus: cum pri-
 mum despoliatus fui tegmine asinino, primam habui ratio-
 nem uerecundiæ. Itaq; compressis strictissimè femoribus,
 & superconnexis manibus naturali uelamento uerenda
 cooperui, cum nudus forem, nec ullum quidè habens subli-
 gaculum. Homini autem in primis uerecundiæ ratio haberi
 da est, ut M. Tullius Ambrosiusq; præcipiunt: cuius magis
 stra natura est, quæ docuit & suesit tegendas esse partes
 nostri corporis pudibundas. Proinde Cynici philosophi me-
 ritò exploduntur, quibus uerecundia nulla, quos palàm in
 propatulo non pudebat cum uxoribus concumbere. auctor
 est Ruffinus in expositione symboli Apostolici, quòd non
 natura docuit hæc esse obscœna, sed obseruantia. ideoq; scio-
 tè scribit diuus Augustin. homines statim à peccato nuditatis
 turpem iudicasse: unde euestigio consutis fici folijs fece-
 runt sibi succinctoria genitalium, quæ & fœminalia dicuntur,
 à fœminibus, id est femoribus, coxisq; uelandis. De uela-
 mentis genitalium, quæ femoralia, fœminalia, bracchæ, pe-
 riscelides, succinctoria, campestria, subligaria, subligacula
 nominantur, aliubi scripsi copiosissimè, ex auctoritate eth-
 nicorum ecclesiasticorumq; scriptorum. Superiorem tua-
 nicam.] In canonicis scripturis ephod Hebraicè appellatur,

quod Latini interpretes interpretantur superhumeralē,
 quod Græcè dicitur *ἱερῶν*. est autem (ut docet Hierony-
 mus) uestimentum sacerdotale lineum & simplex, & to-
 to candore purissimum, quod super humeros uenit: cui subij-
 citur *ὑποδύτης*, quod nos subtunicalem siue tunicam, quam
 subtus uestitus est, possumus interpretari. Idem Hieron. in
 lib. de ueste sacerdotali refert, tunicam poderin, id est tala-
 rem esse lineam, duplici syndone, quam Iosephus byssinam
 uocat. Hæc adhæret corpori, & talis est quales solent mi-
 litantes habere lineas quas camistas uocant. Geniali.]
 hilario & gaudibundo. Hercules.] certè, aduerbium est
 asseuerantis. Fortunæ tempestatibus.] Oratio est sacra-
 dotis, Apuleium iam hominem restitutum monentis, fortus-
 næ cæcitatem nihil deinceps formidandam esse: & inuis-
 tantis ad sacramenta militiæ sacerdotalis. uerba autem hæc
 metaphoricos dicuntur, translatione facta à maris tempe-
 statibus, & procellis fluctuum, & portu nauticorum.
 Ara misericordiæ.] Alludit ad aram, quam Athenis misera-
 cordiæ consecrassē memorant Heraclidas, qui post obitū
 Herculis pulsī ab Euristheo, cum facillè auxiliū ab Athe-
 niensibus meruissent, aram Misericordiæ dedicarunt, qua
 Græco uocabulo dicitur *ἱερὸν ἰσχυρῶν*. de qua Papinius libro
 Thebaidos nouissimo sic cecinit: Vrbe fuit media, nulli con-
 cessa potentum Ara deūm, mitis posuit clementia sedem. Et
 miseri fecere sacram, sine supplice nunquam illa nouo, nuls-
 la damnauit uota repulsa. Auditi quicunq; rogant, noctesq;
 diesq; Ire datum, et solis numen placare querelis. Erat hæc
 ara misericordiæ, commune miseris confugiū, & asylum
 quasi quoddam calamitosorum. olim Orestes matricida,
 cum post absolutionem fureret, ad hanc aram Pilade ami-

co trabente confugit, & respicit. M. Tullius aram sociorum, portum gentium appellat, Romanum senatum. Idem aram legum dicit, intelligi uolens tribunal pretorum.

Luci.] Allocutio est per uocatiuum casum, ad Lucium Apuleium. Natales.] Hæc omnia hominibus frequenter prodesse solent, ut claritudine natalium, ut dignitate, ut doctrina fiant fauorabiles, ut hisce adminiculis contra aduersa fulciantur: quæ ait sacerdos nihil Lucio nostro profuisse, quo minus in asinum transmutatus poenas dederit curiositatis. Virentis ætatuæ.] adolescentiæ lubricum tam instabile, tamq; obnoxium est, ut qui in eo cadunt, saltem titubent. Quod & Pacatus panegyrista commemorat.

Curiositatis.] Sæpe diximus, curiositatem esse infelicem, periculorumq; germanam: quæ detrimenta suis amatoribus nouerit magis parturire, quam gaudia. Sinistrum præmium.] noxium: intelligit autem transfigurationem in asinum. Scribit Trimegistus, quod imagine intelligentiæ, nulla uera ratione inspecta, homines decipiuntur: quæ transformat optimum animal in naturã feræ, moresq; bestiarum.

Improuida produxit.] Haud absimile est illud Terentij ex Hecyra: Equidẽ plus boni feci hodie imprudẽs, quam sciens ante hunc diẽ. Itidem Plautus in Captiuis: Sæpe iam in multis locis plus insciens quid feci, quam prudens boni. Cõsimiliter fecit fortuna in Lucii Apuleiũ, quod nõ parũ multi facere noscuntur, qui profunt dum nolunt, imò quia nolunt: ideoq; illis beneficium non debemus. sicut Pheræus deploratus à medicis, uomicæ morbo uulneratus, ab hoste medicinã inuenit ex uulnere. nec tamen ob id hosti debuit: quia non sufficit profuisse, nisi etiam uelis prodesse. Non habet locum casus.] In hanc sententiam ait Seneca, quod

uir sapiens est supra fortunam collocatus, nec in illum fortuna habet longas manus. Ita Papinius in Siluis, laudans Pollium scitissime inquit: Vitio sublimior omni, Exemptus fati, indignantemq; refellis fortunam. Satyricus quoq; de Democrito philosopho loquens, in quem fortuna locum scuiendi non habebat, ait: Cum fortunæ ipse minaci Mandaret laqueum, mediumq; ostenderet unguem. Fortuna, inquit, etiã infesta, nõ habet locum scuiendi in eos, quos maiestas deæ Isidis uindicauit in suum mancipatum, recepitq; in tutelam. De casu Papinius: Omnia casum Fecimus, & uires auxit fortuna nocendi. Quid latrones, quid fera.] Bnus merat incommoda & ærumnas, quibus Lucius noster fuit obnoxius fortunæ fulminantis impulsu. Fortunæ, sed uidentis.] Fortunam cæcam, exoculatamq; & brutam esse, superius annotauimus: uerum Isis est fortuna uidens, bona & salutaris, quæ præmiatrix est bonorum, nec malos fouet & extollit, sicut facit fortuna cæcutiens. Vnde possuimus accipere pro fortuna bona Isidem, quæ græcè dicitur *Ἰσὶς τὸ ἄγαθόν*, cum illa altera accipiatur pro mala, quæ Græci *Ἰσὶς τὸ κακόν*, malam fortunam uocant. utriusq; locus est in cælo. Macrobius auctor est in primo Saturnalium, lunam (quæ dea hic signatur) esse Tychem, id est fortunam, quia corporum præsul est, quæ fortuitonum uarietate idætantur. Deos illuminat.] Clanculum alludere uidetur ad lunæ splendorem, quæ in plenilunio lucidissima, nocturnus sol uidetur, cuncta collustrans, potest & symbolicòs referri ad numinis maiestatem lucidissimam. Habitu congruentem.] Sicut indutus es uestem candidam & luminosam, ita sume uultum hilariorem ac serenio rem: Habitu autem dixit datiuo casu, secundum ueterem consuetudinẽ, qui

qui senatu, uictu, aspectu, pro senatui, uictui, aspectui dice-
 bant, & cætera consimiliter: super qua re scribunt gram-
 matici, & caput extat apud Gellium eleganter gra-
 phiceq; conscriptum, & nos iam annotamenta confeci-
 mus. In nouanti gradu.] Sciunctim lego, ut duæ sint di-
 etiones, In ouanti: hoc est, gaudibundo & lætanti gradu.
 Errorum suum recognoscant.] Irreligiosorum error est,
 ut aut non esse autumant deum, aut curâ non agere rerum
 humanarum: nec miraculum ullum fieri ex diuina prou-
 dentia, sed ex naturæ instituto. in quem errorem lapsus est
 Horatius, scribens: Nâq; deos didici securû agere æuû, Nec
 si quid miri faciat natura, deos id Tristes ex alto cæli demit-
 tere tecto. Igitur irreligiosi suum errorem recognoscunt,
 quâdo euidenti miraculo commoniti, diuinam maiestatem
 coguntur confiteri. Diagoras cognominatus est Atheos, ex
 eo quod negabat deos esse, quem irreligiositatis merito ar-
 cescunt. Prudentiæ.] Lego prouidentia, ut sit ea quam
 Græci *πρόνοια* uocant, de qua. M. Tullius in primo de Na-
 tura deorum: Audite non fatidicam Stoicorum Pronocam,
 quam latine licet prouidentiam dicere. Da nomen san-
 ctæ militiæ.] Decens ex disciplina militari facta transla-
 tio. namq; in delectu militû habendo euocabantur ad dan-
 dum nomen, & multi plerunq; nomen dare recusabant:
 quod sæpius leges apud Liuium. Vbi autem nomen des-
 derant, in militiam scribebantur: & (ut inquit Vege-
 tius) matriculis inserti, iurabant per maiestatem Impera-
 toris, omnia se strenuè facturos, quæ præcepisset: nunquã
 deserturos militiam, nec mortem recusaturos pro Romana
 Republica: unde et militiæ sacramenta dicuntur. Igitur si-
 cut milites dant nomen in militia seculari, & sacramento

astringuntur: ita qui propter militiam religiosam ascribuntur, dant nomen, & adiurati obsequio religionis dedicantur. Duplex enim militia est, secularis & cœlestis. Hinc illud Ecclesiasticum: Nemo militans Deo, negocijs secularibus implicabitur. Non olim.] haud ita pridem. Iugum subi.] Traslatio à iumentis, quæ iugo subeunt, & colono obsequuntur: unde à Græcis dicta ὑποσύρια, quasi subiugalia. Præterea iugum imponebatur matrimonio coniugendis: unde uicus iugarius, & Iuno iuga nuncupata. Iugum quoque subeunt hostes deuicti. quod fit duabus hastis humi defixis, superque eas una transuersa deligata. Sed ad propositum: qui religioni dedicatur, iugum subit obedientiæ atque ministerij, ut obsequenter ministret, agatque: quæcunque præmarius Antistes imperauerit. Quale sit hoc iugum, nouerunt religiosi, qui sæpe ingemiscunt, & secum taciti musitantes optant subire iugum maritale, tanquam id præ illo sit suauissimum, gestatuque facillimum, cum illud suum ut ingestabile frequenter contentur excutere. est autem Subi imperatiui modi uerbum, ut illud Catullianum: Rasilemque subi forem. et apud Claudianum, Primus iussa subi. Voluntarium autem merito dixit, quoniã ultronei & uolentes, non coacti debemus iugum subire religionis. alioqui nunquam quicquam salutare fit à sacerdote, qui inuitus sacris initiatur. Fructum libertatis.] In hanc sententiam ait Seneca, eum maxime libertate frui, qui philosophiæ seruiat.

Fatigatos anhelitus trahens.] Intelligimus anhelationes traxisse sacerdotem, nõ tam

Ad istum modum uaticinatus sacerdos egregius, fatigatos anhelitus trahens conticuit, Exin permixtus agmini religioso,

gioso, procedens comitabar fa-
crarium, totæ ciuitati notus ac
conspiciuus, digitis hominum
nuribusq; notabilis, omnes in
me populi fabulabantur. Hūc
omnipotentis hodie dex nu-
men augustum reformauit ad
homines: fœlix Hercules, & tis-
bi beatus, qui uitæ scilicet præ-
cedentis innocentia fideq; me
ruerit tam præclarum de cœlo
patrocinium, ut renatus quo-
dammodo statim sacrorū ob-
sequio desponderetur. Inter
hæc, & festorum uotorum tu-
multum, paulatim progressi,
iam ripâ maris proximamus,
atq; ad ipsum illum locū quo
pridiè meus stabulauerat asi-
nus peruenimus. Ibidem simu-
lachris ritè dispositis, nauem
faberrimè factam, picturis mi-
ris Aegyptiorum circumseptâ
uariëgatam, summus sacerdos
teda lucida, & ouo & sulphu-
re, solennissimas preces de ca-
sto præfatus ore, quàm purissi-
mè purificatam, dex nuncupa-
uit, dedicauitq;. Huius aluci fœ-
licis nitens carbasus lintea uo-

ex fatigatione lo-
quendi, quàm ex
furore uaticino, et
afflatu diuino, qui
græcè dicitur *ivbr
εραπειρ*. sic apud
poetas Sibyllæ deo
plenæ, trahunt an-
helitus fatigatos.
Exin.] exinde, des-
inde. Hunc om-
nipotentis.] Ser-
mocinatio & con-
fabulatio populi,
admirâtis subita-
riam ex asino in
hominè reforma-
tionem, idq; mirac-
culum attribuētis
maiestati ac numi-
ni Isis deæ om-
nipotentis. Deæ
omnipotentis.]
Deus dicitur omni-
potens, faciendo
quod uult, non pas-
tiendo quod non
uult. quod si ei acci-
deret, nequaquam
esset omnipotens.
unde

unde propterea
quædam non pos-
test, quia omnipos-
tes est: etenim mos-
ri & falli non po-
test. Auctor Augu-
stinus in quinto de
Ciuitate dei. Aus-
gustum.] sanctum
& uenerabile.
Et tibi beatus.]
Scribe, sibi beas-
tus: ut uerba ter-
tiæ personæ sint
cõgruentia, uel le-
ge, Ter beatus: ut
pro beatissimo ac-
cipiatur. dicimus
enim ter felicem,
& ter beatum,
quem intelligi uo-
lumus felicissimũ,
beatissimumq;: à
potentia scilicet,
& ui numeri ter-
tarij, quem Latini
ternionẽ, Græci
triada uocant.

Ripam maris.] *à uisus* & improprie uidetur dixisse
ripam maris, cum ex obseruatione grammatica litus ma-
ris

tum ingestans progerebat. Ec-
ce literæ uotum instaurabant,
de noui comœtus prospera
nauigatione. iam malus insur-
git: pinus rotunda, splendore
sublimis, insignis, carchesio cõ-
spicua, & puppis in torta cheni-
sco, bracteis aureis uestita ful-
gurabat, omnisq; prorsus cari-
na citro limpido perpolita flo-
rebat. Tunc cuncti populi tam
religiosi quàm prophani, uan-
nos onustas aromatis & huius-
cemodi supplicij certatim cõ-
gerunt: & insuper fluctus libat
in tritum lacte confectum, do-
nec muneribus largis, & deu-
tionibus faustis completa na-
uis, absoluta strophij anchora-
libus, peculiari serenoq; fla-
tu pelago redderetur, quæ
postquam cursus spacio pro-
spectum sui nobis incertat, sa-
crosũ geruli sumptis rursus
quæ quisq; detulerant, alacres
ad phanum reditũ capessũt, si-
mili ritu pompæ decori.

ris fit, ripa uero fluuiorum: quod edocenter expressit Ouid.
 illo uersu dimidiato: Pro ripis litora pulsant. Pridie sta-
 bulauerat.] luttus intelligit, & harenæ gremium proprie
 Cenchræ: ubi lassum corpus, cum adhuc a sinu esset, refo-
 uit, & somno dulcissimo quieuit. Nauem faberrimè fa-
 ctam.] Luna superius alloquens Lucium dixit, sacerdotes
 sibi dedicasse hanc nauem die festo, cum pelagus sedatis hy-
 bernis tempestatibus iam nauigabile factum esset. Videtur
 autem hæc nauis esse symbolum nauigationis deæ Isis.
 namq; dies certus (teste Lactantio) habetur in fastis, quo
 Isis nauigium celebratur, quæ res docet non tranasse illã,
 sed nauigasse, & ut auctor est Fulgent. in Mythologijs, na-
 uigium Isis Ægyptus colit: quoniam hoc in loco nauigiũ
 Isis à Lucio nostro luculente describitur. Videor factus
 rus operæ precium, si quædã annotaui non indigna me-
 moratu, ad rem nauticam pertinẽtia. Dromones naues sunt
 frumentariæ, à celeritate nauigandi dictæ, quarum memi-
 nit Cassiodorus in epistolis. Emphracta dicuntur nauigia
 tecta, à uerbo Græco ἔμφρακτον, quod significat obturo,
 occludoq;: ediuerso aphracta nuncupant aperta intectaq;
 nauigia, de quibus M. Tul. in epistolis ad Atticũ: Nos Rho-
 diorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Core-
 rige mendosum locum apud eundem in eisdem Epistolis.
 nam ubi legitur acta Rhodiorũ, tu lege aphracta Rhodio-
 rum, & de hoc nauigij genere dictum accipe. consimiliter
 apud iuriconsultos, tit. de exercitoria actione, maculosa
 dictio in sinceritatem redigenda est, & suo nitore illumina-
 nanda. sic enim passim legitur: Quædam naues onerariæ,
 quædam (ut ipsi dicunt) emphactæ sunt. Tu pro emphactæ,
 legito emphractæ: significantur enim naues clausæ undiq;

que, ut docuimus, & tecta. Plin. ait tectas naues à Thāsij
 inuentas esse. apud Liniū ceterosq; historicos tecta & a-
 perta naues crebriter nominantur, quæ amphracta et a-
 phracta Græcis uocabulis appellantur. Variegræcam.]
 Scribe uariëgatam, hoc est distinctam exornatamq; uarijs
 picturis. dictio est Apuleio prope peculiaris: à quo etiam
 dicitur uariëgare pro uariare, & ornatus uarietate distin-
 guere. Faberrimè,] poliuissimè, perfectissimèq;. idem a-
 liubi, faberrimo signaculo dixit, pro absolutissimo, perfe-
 ctissimoq;. Teda, & ouo, & sulphure.] In sacris fere
 omnibus priscorum tres erant istæ purgationes. nam aut
 teda purgabatur, et sulphure: aut aqua abluëbantur, aut
 aere uentilabantur. De purgatione tede & sulphuris me-
 minit satyrographus illo uersu: Cuperent lustrari si qua da-
 rentur Sulphura cum tedis. Plin. in 16. inter arbores quæ
 resinam ferunt, ponit & tedam, quam flammis ac lumini
 sacrorum etiam gratam esse refert. idem in 35. auctor est,
 sulphur habere in religionibus locum, ad expiandis suffi-
 tu domos. Ouidius triplicem purgationem signat illo uer-
 su: Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustrat.
 Quum quoque purgationibus usurpari solitum, testes sunt
 præter reliquos Iuuenalis & Ouidius. quorum alter sic
 scribit: Nisi se centum lustrauerit ouis. alter in libris de Ar-
 te ludens, sic canit: Et ueniat quæ lustrat anus, lectumq;
 locumq;. Resferat & tremula sulphur et oua manu. Lucianus
 in Dialogo cui titulus est λυτάρων ἢ τὸ πῦρ, dixit
 τὰ ἐν τῷ πῦρ λυτάρων ὄντα, id est, purgationum oua: ostens-
 dens, oua esse lustralia & purgatoria. Lego apud Macro-
 bium, quod initiati sacris Liberi patris magna ueneratio-
 ne ouū colunt, mundi simulacrum uocantes. His adde, ut
 nihil

nihil quod equidē meminere prætereā, quod scribit Pro-
 clus nobilis Platonius, sacerdotes in purificationib. uti solie-
 tos sulphure atq; asphalto, hoc est bitumine, aqua marina
 aspergentes, quoniā (ut ille inquit) purificat sulphur pro-
 pter odoris acumē, aqua uerò marina propter igneā portio-
 nem. Aluci.] nauis alueum intelligit. sic & Proper-
 Portabat sanctos alucis ille uiros. Carbasus litera.] E-
 mendo, carbasus lintea. Signantur enim uela nautica, quæ
 lintea sunt ex carbaso, quod genus lini tenuissimum est. Scri-
 bit Plin. carbasa primum in Hispania reperta esse, mira li-
 ni tenuitate. Porro in nauigijs sunt maiora uela, sunt et mi-
 nora: alia in proris, alia in puppibus panduntur. Græci do-
 lones uocant τὰ μικρὰ ἰστία, hoc est minuscule nauium ue-
 la, prout docent Suidas & Iulius Pollux. Hoc iccirco tran-
 seuntes annotaui, ut intelligeres illud Linianum ex 36 uolue-
 mine, dolonibus erectis altum petere intendit. item mox
 paulo: Polyxenidas ut uirtute militum superari se uidit, su-
 blatis dolonibus effuse fugere intendit. Ingestans.] ge-
 stans. Ecce litera.] Denotat literas fuisse in carbaso in-
 textas siue scriptas, quæ indicarent id uotum esse prosperæ
 nauigationis & comæatus: hoc est, itus & reditus felici-
 cioris. nec mirum uideri debet, si literis erant uela nautica
 inscripta: cum auctores tradant, ante usum chartarum uo-
 luminibus linteis fuisse scriptitatum: unde & Liuius libros
 linteos frequenter citat. Malus insurgit.] arbor nautica.
 Iurifcon. ti. de uer. signi. ex sententia Labeonis tradit, malū
 nauis esse partem, quia pleræq; naues sine malo inuitiles es-
 sent: artemonem autem magis esse additamentum quam
 partem nauis. In expositione artemonis cacutiens labitur
 Acursius, qui exponit artemonem esse gubernaculum. In-
 terpres

terpres quoq; canonice scripturæ Nicol. de lira, non minus delirat, qui in actibus Apostolorum exponens illud, Leuata artemone secundum auræ flatum trudebant ad littus: refert, artemonem dici uelum paruum. Verum à uero deuius aberrat. namq; artemonem, ut docet Vietru. in 10. trocleâ uocant nostri, quam Græci dicunt epagunta. hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, et armamenta explicantur: ut merito additamentum magis quam pars nauis esse uideatur. ait idem scriptor, machinas id genus tracto-
 rijs, ad onerandas & exonerandas naues esse accommo-
 datas, fieriq; his trocleis nauium subductiones. Insigni-
 car.] Summa pars ueli naualis carchesiû nominatur, sic in-
 ferior patera; media trachelon. à similitudine carchesij
 nautici dictum est carchesium poculum procerum, ansatû,
 & circa mediam partem compressum. quod Plaut. scribit
 in fabula Amphitrione, pateram datam Alcumenæ à Ioue
 pro precio concubitus, id Pherecides scripsit fuisse aureum
 carchesium. Vietru. carchesia uersatilia appellat, indicans
 non tam esse uela in nauibus, quam id quod in mali fastigio
 collocatum circumagitur: à quo significato non abhorret
 Apuleiana sententia. Chenisco.] Dictio est futilis &
 illiterata, dignaq; quæ obelo fodiatur: itaq; illa expuncta,
 in eius uicem substitue Cerucho. dicitur autè nomine græco
 ceruchos, cornutus: poniturq; pro cornibus naualibus, quæ
 in utrunq; ueli latus diffunduntur, de quibus poeta: Cornua
 uelatarum obuertimus antennarum. Quidam ceruchos ac-
 cipunt pro cauea illa, quæ in fastigio nauigij sustollitur es-
 figie corniculata. Val. Flac. in primo Argonauticon: Tèpe-
 ret ut tremulos Zetes fraterq; ceruchos. De ceruchis Lucã.
 in 10. Transtraq; nautarum summiq; arsere ceruchi. item

in 8. Surgit & instabit summis minor urfa ceruchis. In
 codicibus impressis non ceruchi legitur, sed cherusci &
 eberusci. uerum etymon uocabuli exigit, ut legas Ceruchi
 & ceruchis: cum Cherusci sunt populi Germaniæ, nihil ad
 hunc intellectum pertinentes. quibusdam placet in Apuleio
 tueri lectionem uulgarem chenisco, ut cheniscus dicatur lo-
 culus & uas in puppe nauis, uel quoddam puppis ipsa esset ad
 effigiem chenisci inflexa, intortaq; : uocabulo deducto à
 τὴν χοίρινον, id est à chœnice. est autem chœnix græco no-
 mine, uasis siue mensuræ nomen, literatis sat notum, qua
 sestarij quatuor continentur. de quo est illud Pythagoricū
 enigma, Super chœnice non sedendum: qua significatur, de
 trāstino cogitandū esse, & ociosam desidiam eliminandā.
 Carina citro limpido.] Auctor est Diodorus, Sesostrem
 Ægypti regem fecisse nauem ex cedro ducentū octogin-
 ta cubitorum longitudine, forinsecus bracteis aureis uesti-
 tam, intus uerò deargentatam, quam dono obtulit deo qui
 Thebis Hecatompylis colitur. Plinius in 16. At in Ægypto
 (inquit) ac Syria reges inopia abietis, cedro ad classes fe-
 runtur usi. De citro & citreis mensis non pauca Plin. no-
 ster in 13. & nos aliubi perscripsimus. Quam prophæ-
 ni.] Ut suprā diximus, religiosus & prophanus frontibus
 aduersis opponuntur. qui enim religioni initiatus non est,
 prophanus nominatur. Vannos.] uallos, siue cribra. De
 uanno hoc eodem uolumine paulo suprā diximus. Aro-
 matis.] aromatibus. secundum ueterum cōsuetudinem, qui
 epigrammatis, problematis, poematis dicebant, et alia con-
 similia, pro epigrammatibus, problematibus, poematibus:
 tanquam prisca declinatio foret hoc aromatum aromati,
 epigrammatum epigrammati, & cætera similiter, hoc et

in superioribus annotatū est. Supplicijs.] nomine suppliciorum hoc in loco signifi-
 cantur res sacrificales, & supplicationibus deorum accommodatæ. etenim supplicia dicuntur supplicationes. Salustius : In supplicijs deorum magnifici. Tradit Seruius, quia de bonis damnatorum & supplicia passorum fiebant sacrificia, inde dici supplicia pro supplicationibus. Insuper fluctus.] supra fluctus libamina projiciunt. Intritum.] Prosecta si gnare uideitur : sic enim dicunt exta, quæ in sacris profecantur, ad instar intriti minutatim. intrita Catoni propè peculiaris est, pro emplaastro quasi quodam ad insectiones. hinc Plin. de Catonis emplastratione loquens ait: Usbit ita cognominari, & illa sua intrita oblini. idem Plin. intritam uocat materiam calicis. ab interendo intritum dicitur, & intrita. Terentius: Quod tibi intristi, exedendum est. Absoluta strophijs.] resoluta uinculis anchorarum. Strophia enim uincula dicuntur, dictione græca *στροφίον*, sed Latinis usitatissima : quia Strophia modò pro uinculis, modò pro coronis, modò pro fascijs (quibus pectora uinciuntur) accipitur, ut supra diximus, ex eodem fonte cuncta deriuata. Suidas docet strophium esse *στρογγύλον λυγάριον*, id est, rotundum cingulum, & coronam capitis. Prospectum sui incertat.] hoc est, incertum facit, & dubium. Scribunt philosophi, nihil humana acie fallacius esse. Remus integer in aqua fracti speciem reddit, poma per utrumq; aspicientibus multo maiora sunt, columnarum interualla porticus longiores iungunt; solem, qui toto orbe terrarum maior est, acies nostra pedalem esse existimat. scribit Macrobius in cōmentario in somnium Scipionis, aciem nostram nō excedere stadia centum octoginta; ad quod spacium cum uenerit uisus, deficere incipit.

cepit, & in rotunditatem currendo curuatur. Adphas
nam.] ad deæ templum.

At cum ad ipsum iam tem-
plum peruenimus, sacerdos
maximus, quique diuinas effigi-
es progerebant, & qui uenera-
dis penetralibus pridem fue-
rant initiati, intra cubiculum
deæ recepti, disponunt ritè si-
mulachra spirantia. tunc ex his
unus quem cuncti grammatea
dicebant, pro foribus assistens,
cœtu pastophorum (quod sa-
cro sancti collegij nomen est)
uelut in concionem uocato, in-
didem de sublimi suggestu, de
libro, de literis fausta uota præ-
fat^o, principi magno, senatuique
& equiti, totoque Romano po-
pulo nauticis nauibus, quæque
sub imperio mundi nostratis
reguntur, renunciat sermone
rituque Græciensi ita, λαοῖς ἀφείρισ,
populis missio. Quam uocem
fœliciter cunctis euenire signa-
uit populi clamor insécutus.
Exin gaudio delibuti popula-
res, talos, uerbenas, corollas fe-
rètes, exosculatis uestigijs deæ

Venerandis pen-
netralibus.] arca-
nis ceremonijs,
quæ in sanctiore
sacrario recondun-
tur. Simulachra
spirantia.] homi-
nes dicit, qui deo-
rum imaginè res
presentantes spi-
rabant. Suprà ait,
Dij dignati huma-
nis pedibus incede-
re. Grammatea
dicebant.] Græci
γραμμάτια dicunt
scribam, & archi-
grammatea prin-
cipem scribarum
Eumenes Cardias-
nus (Plutarcho tes-
te) Archigram-
mateus, id est scri-
barum princeps uo-
cabatur sub Ale-
xandrò Magnò.
multo autem apud
Græios honorifi-

centius est, quam
 apud Romanos,
 scribæ nomē. nam
 apud Græcos, ut
 auctor est Probus
 Æmilius, nemo ad
 id officium admit-
 titur, nisi honesto
 loco & fide &
 industria cognita:
 quod necesse est
 eum omnium con-
 siliiorum participē
 esse. apud Roma-
 nos uerò mercena-
 rij scribæ eximes-
 bantur, quos et scri-
 ptuarios & li-
 brarios uocabant,
 qui rationes publi-
 cas scribunt, in ta-
 bulis: nunc uulgo
 cancellarios nomi-
 nitāt, qua dictio-
 ne utitur & scri-
 ptores idonei. Fla-
 uio Vopisco de Ca-
 rino imperatore
 scribēs inqt: Præ-
 fectum urbi unum ex cancellarijs suis fecit, quo fœdus nec
 cogitari.

quæ gradibus hærebat argento
 formata, ad suos descendūt la-
 res. Nec tamen sinebat me ani-
 mus ungue latius in didem di-
 gredi, sed intentus deæ speci-
 men, pristinos casus meos re-
 cordabar. nec tamen fama uo-
 lucris, pigra pinnarum tardita-
 te cessauerat: sed protin⁹ in pa-
 tria, deę prouidentis adorabi-
 le beneficium, meamq; ipsius
 fortunam memorabilem nar-
 rauerat passim. confestim de-
 nique familiares ac uernulæ,
 quiq; mihi proximo nexu fan-
 guinis cohærebāt, luctu depo-
 sito, quem de meæ mortis fal-
 so nuncio susceperant, repenti-
 no lætali gaudio, uariē quisq;
 munerabundi, ad meum festi-
 nant illico diutinum reducēq;
 ab inferis conspectum: quorū
 desperata ipse etiā facie recrea-
 tus, oblationes honestas æqui-
 boniq; facio: quippe cum mihi
 familiares, quoad cultum sum-
 ptumq; largiter succederet, de-
 ferre perspicuē curassent.

cogitari potuit aliquid, nec dici. Quicumque natus fuerit oriente hædo, erit scriba, & obsequijs magistratuum deputatus. Mercurius & Saturnus in parte horoscopi partiliter constituti, faciunt scribas, sed languidos, & qui citò deficiant. In libris Regum, auricularius à secreto dicitur archigrammateus, quem et lingua uernacula secretarium appellatant. Officium aut scribæ est inter cætera, subijcere præconi uerba populo recitanda. Olim (ut auctores annotauerunt) Publius Seruilius Globulus tribunus plebis scribã subijcere uerba legis Corneliæ, & præconem pronunciare passus non est. Tunc ipse Cornelius in tribunatu pro rostris codicem recitauit. Hic significat Lucius noster, scribam ipsum sine præconis ministerio præfatum esse uota fausta, prout in libro descriperat. nam de scripto & ex libello recitare dicuntur hi, qui annotata habent in libro quæcunq; dicturi sunt. Quod facere solent hi, qui ediscendi laborem perferre non possunt, & memoriæ pericula uerentur. M. Tul. in oratione pro Plancio, auctor est, orationem dictã esse de scripto, propter eius magnitudinem. Augustus sermones grauiore ex libello habebat, etiam cum Liuia sua: ne plus minus' ue loqueretur ex tempore. Quintil. in oratore dicit, uiciosum esse respicere ad libellum. Suidas ait, grammatea esse notarium, & ἀνοπύρω, id est arcanorũ participem. est autem grammatea accusatiuus græcus, cuius rectus est grammateus, id est ὑγραμματοῦς: ut ἐγραμματοῦς. Cæterum pastophorum.] Pastophori dicuntur sacerdotes sacrosancti, græca dictione: quasi thalamiferi, hoc est in supplicationibus pallium ferentes sacerdotale. Pastophora dicuntur domicilia pastophororũ, id est sacerdotum: de quibus mentionem fieri apud auctores ecclesiasticos potissimum comperio.

perio. namq; in lib. 1. Machabæorum scriptum est: Et uide-
 runt sanctificationem desertam, & altare prophanatum,
 & portas exustas, & pastophoria diruta. Euseb. in 11. His-
 toriæ ecclesiasticæ: Extrema tanti ambitus spacia occupat
 exedra, & pastophoria. Iosephus in quinto belli Iudaici
 uolumine, meminit pastophoriorum. Venus epitheto græco
 pastophoros, quasi thalamifera nominatur. Principi ma-
 gno, senatuiq;] Expressit morem edictorum, in quibus ho-
 noris causa felicitatem præfari solemus principi, & sena-
 tui & populo. Liuius auctor est, morem fuisse Arguorū,
 ut prætores die primo comitiouras uelut honoris causa pro-
 nunciarent, Iouem, Apollinem & Herculem: quibus ut Phi-
 lippus rex adijceretur, instituerunt, cuius nomen quia præ-
 co aliquando non adiecit, fremitus multitudinis ortus et cla-
 mor est, subijcientiū Philippi nomen, iubentiumq; legitimū
 nomē usurpare, donec cū ingenti assensu nomē recitatu est.
 Ritū Græciensi.] more Græcanico & lingua, λαις ἀφίσις
 est. Interpretamentum Græcarum dictionum est, populis
 missio: uerba sunt, quæ græci nostriq; iuxta usurpant, post
 cuncta celebrata mysteria, ut dicatur Missio populis, scilicet
 est, uel datur, ut tunc demum omnibus abire fas sit. Vis
 exemplum consimile? proximum habes. nam quotidie in
 mysterijs nostris solet sacerdos post peracta solennia dices-
 re, Ite missa est: ita nunc scriba græcè dixit, λαις ἀφίσις:
 id est, populis missio. & ita legendum est. Mendosi codices
 non missio habent, sed missis, quod repugnat uerbo græco
 atq; sententiæ. ἀφίσις apheteria Græci dicunt carceres,
 unde equi emittuntur ad cursum, græcè dicitur δόξα ἰσθμῶ
 δόξαι. Sunt & apheteria, auctore Suida, ὄργανα πολεμικῆ
 ὀργανῶν, id est instrumenta ad urbes expugnandas accom-
 modata.

modata. *Fœliciter euenire.*] Vis uidere quippiam germanum consimileq; moribus institutisq; priscorum? Scito in nostra religione idem pollere Amen, quod hic fœliciter. nam ut Aquila interpretis exprimit, quod nos fideliter possumus dicere, id apud Hebræos significat amen: quod alij fiat transtulerunt, quo significatur, ut ea quæ supra sunt uerè de Æta confirmantur. Super ea re extat breuis epistola diuini Hieronymi ad Marcellam. Scire autem debemus, apud Hebræos in fine librorum unum ex tribus solere subnecti, ut aut Amen scribant, quod fideliter siue fiat significat: aut Sela, quod trās fertur semper: aut salon, quod exprimit pacem. igitur ut solemus nos cōpletis opusculis ad distinctionem rei alterius subsequenti interponere Explicit, aut Fœliciter, aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, ut quæ scripta sunt roborantur, facere solent, ut dicant Amen, aut in sempiternum: & scribenda commemorant, ut ponant Sela: aut transacta fœliciter protestantur, pacem in ultimo subnotantes. sic & nunc ex ritu prisco fœliciter populus succlamauit in fine orationis, quam de libro scriba pronunciauerat. Exin.] exinde, deinde. Vngue latius.] Pro uerbiale est, ex illo Plautino, Digitum trasuersum, aut unguem latum excesseris. Verbenas.] Verbenæ generali uocabulo sunt omnes herbæ & frondes, quæ festæ ad aras coronandas adhibentur, quasi herbenæ dictæ: et ut inquit Donatus, redimicula sunt ararum. De uerbenis, quæ & sagmina dicuntur, de uerbenario legato, quem ad hostes mittebant res raptas repetitum, aliubi plura annotauimus. Indidem.] inde. Intentus deæ.] id est, spectans intentis oculis effigiè deæ. Pinnarum tarditate.] Famam uolaticam pingunt, & pinnatâ: qua nihil uelocius quam poë

tæ eleganter graphiceq; depingunt, et in primis noster Ma-
 ro, qui eam pedibus celerem & pernicib. alis esse memo-
 raticui quot sunt corpore plumæ, tot uigiles oculi subter.
 Tertullianus in apologetico: Cur malum, inquit, fama? quia
 uelox, an quia plurimum mendax, serpit hæc intra duces
 linguarū, & aurium. Contra Symmachus: Vera (inquit)
 res est famam esse uelocem: sed dissentio à Mantuano, qui
 eam putat in malis debere numerari: nam quid hac præcla-
 rius, cum lætis nuncijs rigat aures & mentem bonorum?
 Adorable.] adoratione uenerationeq; dignissimum. Vere
 nule, seruuli domestici. Nexu sanguinis.] Consanguineos
 necessariosq; significat. Luctu deposito.] luctum depo-
 nere proprie est, squalorem uestis nigrae lugubrem exue-
 re, & omne mæroris indicium deponere, ut sæpe diximus.
 Variè munerabundi.] cum uarijs muneribus uenientes.
 Munerabundus non similis donanti, sed donans & mune-
 ra dans significatur. Reducem conspectum.] Signatè
 locutus est: nam redux proprie is dicitur, qui ex insperato
 periculo euadens reducit ad superos. Desperata facie.]
 Desperauerat Lucius se deinceps unquam usurum quem-
 piam suorum, unde gaudiū tanto maius efficiebatur, quan-
 to erat id insperatius, & præter expectationem. Obla-
 tiones.] munera, quæ illi uliro obtulerant: seruatur & hic
 mos hodieq; , ut necessarij offerant munera reducibus.
 Æqui boniq; facio.] in bonam partem accipio. prouerbia-
 le est, de quo in primo commentario: & hæc honesta lo-
 cutio. Ad cultum sumptumq;.] Denotat non solum nes-
 cessaria in sumptū deportata esse à necessarijs, sed ea quoq;
 quæ ad cultum splendidiorē pertinerent, largè summis
 ministrata.

Affatis itaq; ex officio singulis, narratisq; meis pristinis ærumnis, & præsentibus gaudijs, me rursus ad deæ gratissimum mihi refero conspectû; ædibusq; conductis, intra conseptum templi larem temporarium mihi constituto, deæ mysterijs adhuc priuatis appositus, contubernijsq; sacerdotû indiuiduus, & numinis magni cultor inseparabilis. Nec fuit nox una, uel quies aliqua, uisû deæ monituq; ieiuna: sed crebris imperijs, sacris suis me iãdudum destinatum, nunc saltẽ censebat initiari. At ego quãquam cupienti uoluntate præditus, tamen religiosa formidine renitebar. quod enim sedulo percontaueram, difficile religionis obsequium, & castimoniorum abstinentiam satis arduam, cautoq; circumspectu uitam, quæ multis casibus subiacet, esse ueniendam: hæc idem mecum reputãs, nescio quo modo, quanquã festinans differebam.

Affatis singulis. Jallocutis ipa sua significatione posuit. ut Virgil: Cursusq; dabit uenerata sacerdos.

Pristinis.] prioribus, quas sub astrali forma exanclaueram. Intra conseptû templi.] nomine consepti, significat totum illud sepimentum et ambitum, quo unã cum templo ædes quoq; sepiebatur, Græci peribolon appellant. Lacrem temporariû,] domiciliû ad tempus, nõ perpetuû: sic faciunt, qui incognito habitant. Indiuiduus.] adhærescens, et (ut mox ait) inseparabilis. Visu deæ ieiuna.] inanis & uacua.

Iuuenalis: In animam & mentem, cum qua dii nocte lo-

quantur. sic Socrates sæpenumero à dæmone suo regebat
 tur, cuius monitis sedulo obediebat, cuius uocem auribus sæ
 penumero usurpabat, cui & forma dæmonis uisitata sæpe
 est. Pythagorici mirabantur, si quis se denegaret unquam
 uidisse dæmonem. Itaq; cum nihil deo similis sit & gra-
 tius, quàm uir animo perfectè bonus: credibile est, cum mo-
 nitu dei & uisu instrui posse & perfrui, qui bonitate fiet
 deo proximus, gratissimusq;. Initiari.] religioni & my-
 sterijs dedicari. De initijs, quæ sunt sacra deorum, diximus
 supra, quæ à Tertulliano initiationes appellantur, cum ait:
 Cum etiam semper impiæ initiationes arceant prophanos,
 & arbitris caueatur. Religiosa formidine.] Laudabi-
 lis est illa formido, et uerecunda, quam rebus religiosis ad-
 hibemus. Socrat. in Cratilo: Deos (inquit) iam mittamus,
 per deos obsecro: nam de his differere uereor. et ut Aristot.
 ac Seneca præcipiunt, nunquam nos uerecundiores esse de-
 cet, quàm cum de dijs agitur, ne quid temere, ne quid impu-
 denter, ne quid inscienter in religiosis rebus audeamus. inde
 etiam fit, ut intremus templa compositi, ut ad sacrificium
 accessuri uultum summittamus, omni argumento modestiæ
 fungentes. Percontaueram.] interrogaueram: secundum
 actiuam formam, ex priscorum consuetudine dixit percon-
 taueram, quod nos percunctatus fueram. sic recordaui di-
 xit Quadrigarius, præstolat Turpilius, præliant Ennius:
 sic & Neuius percunctare actiue protulit, scribès: Si per-
 cunctassem, malum hoc me præterisset. Castimoniorū.]
 de castimonijs ante dictum est, quibus in primis sacerdotis
 uita debet esse uallata, cum perpetuum & quasi peculiare
 epitheton sacerdotum sit, ut casti nominentur, ut sint fruga-
 lissimi, abstinentissimiq;. Didicerat percunctando Lucius
 noster,

noſter, quanta caſtmonia, quantaq; circumſpicientia & ſanctitudine uiuendum eſſet homini religioſo, & ſacraria religionis ingredienti, proinde re procrastinabat. Quamquam feſtinans differebam.] Diuus Auguſtinus lib. 8 Confeſſionum, hoc idem de ſe ipſo ſcribens ait, quod ſcilicet cum ſeruire deo diſpoſuiſſet, tamen procrastinabat, de die in die differebat, dicens, modo ecce modo, ſine paululum; ſed Modo & modo non habebat modum; & Sine paululum in locum ibat. duæ (inquit) uoluntates animum meum diſcerpebant, fiebatq; rixa interior animi, ut nec plene uellet, nec plene nollet.

Nocte quadã, plenum gremium ſuũ uifus eſt mihi ſummus ſacerdos offerre. At requirenti, quid utiq; iſtud? reſpondiſſe, partes illas de Theſſalia mihi miſſas: ſeruũ etiam meum indidem ſuperueniſſe, nomine Candidum. Hanc experientus imaginẽ, diu diuq; apud cogitationes meas reuoluebã, quid rei portenderet, præſertim cum nullum unquam habuiſſe me ſeruũ iſto nomine nuncupatũ certus eſſem: ut tamen ſeſe præſagiũ ſomni porrigeret, lucrum certum modis omnibus ſignificari partium oblatione credebã. Sic anxius, & in prouentum proſperiorẽ

Viſus eſt mihi.] ſcilicet in ſomnis. Summus ſacerdos.] Græcis uocabulis dicitur archierus, protomyſtes, archimãdrita. Partes illas.] Sicut partes obſoniorũ de menſa mitti ſolent amiſſimis uita uidebatur dormienti Lucio ſummus ſacerdos offerre plenum gremium, et partes eſſe fundere: quod ſignificabat, uenturos ſuos ſervulos de patria

tria cum muneribus largioribus. Indidē.] inde, ex Thessalia. Nominē Candidū.] Somnia plerunq; ut oracula, flexuosa sunt, & ambigua: sicut nūc somniat Lucius ad se uenire seruum nomine Candidum, quo portendebatur, equum colore candidū de Thessalia superuenturum, quem illic in hospitio Milonis habuerat. Isto nomine.] scilicet Candidi. Candidū autem nomen esse uiri proprium, et recens et uetustū, nemo inficiatur. Patrium oblatione credebam.] Corrige, partium oblatione. nam ex illa oblatione

attonitus, templi matutinas apertiones opperiebar. Ac dum ualuis candentibus reductis, in diuersum dex uenerabilem conspectum apprecamur, & per dispositas aras circumiens sacerdos rem diuinam procurat, supplicamentis solēnibus de penetrali fonte petitū spondeon libat: rebus iam ritē consummatis, inchoatæ lucis salutationibus, religiosi primam nunciantes horam perstreperūt. Et ecce superueniūt de patria, quos ibi reliqueram famuli, cuius me fortis malis incipistrasset erroribus, cognitis scilicet famulis meis, nec non & equum quoq; illum meum reducentibus, quem diuersæ distractum notę dorsualis cognitione recuperauerunt. Quare solertiam somni tum mirabar, uel maximē quod præter congruentiam lucrosę pollicitationis, argumento serui Candidi, equum mihi reddidisset colore candidum.

partium, quas pleno gremio uisus erat

erat sacerdos offerre, cōiectabat lucrū certū indubitanter significari. Opperiebar.] expectabā, ut tēplū Isidis matutino aperiretur. Candentibus.] splendētibus, lucentibus. Reductis in diuersum.] Valuæ in diuersum reducuntur, quando patefunt, & in diuersas partes reuoluuntur. Petitum spondeon libat.] Græci spondeon, id est, σπώνδεον uocant calicem & poculum libatorium atq; sacrificale. spondeus pes est metricus cunctis notus, qui constat ex duab. syllabis longis, dictus σπώνδεον quia in sacrificijs libātes eo utebātur: Græci enim σπώνδεον libamina appellant. Numa Pompilius hunc pedē pontificiū nominauit, cum spondeo melo, hoc est, cantu patrios placaret indigetes. præterea thure incensis altaribus, tibicen spondalion canere iuebatur, ut duabus longis melodijs, quasi duplicibus & iugibus uocibus prospera deorum uoluntas firmaretur. Sensus est: Sacerdos de sacrario penitiorē calicē libatorium exprompsit, eumq; libauit. Et ita legere malo, ut spondeon sit casus accusatiuus, accipiasq; pro uase, quānquod spondeo legatur septimo casu, & accipiatur pro pede & carmine sacrificali. Suidas tradit σπώνδεα ἀνα ἀγῶναι ἐν οἷς σπώνδον: id est, spondeas esse uasa in quibus sacrificant. Consummatis.] peractis. Lucis salutationibus.] adorationibus matutinis incipientibus. namq; salutationes dicuntur uenerationes deorum, & adorationes: et salutare deos, est uenerari & adorare. Terentius in Phormione: At ego deos penates hinc salutatum domum deuorator. Exponit Donatus salutatum, adoratum: quod est primum post redditam precem. Hoc idem tradit Seruius in 12 commentario. Martialis: Compressis natibus Iouem salutabat. Plautus in Curgulione: Quis hic est, qui operto capite
Æsculapium

Æsculapium salutat? Vitruuius in quarto de Architectura præcipit, si circum uias publicas erunt ædificia decorum, ut ita constituantur, ut prætereuntes possint asspicere, & in conspectu salutationes facere: hoc est, ut docuimus, deos adorare et uenerari. Non ineleganter & nos, quando imitatio auditiu diuina mysteria, dicere possemus, nos facere salutationem, & Deum salutare. Primam horam.] Sic & nostri sacerdotes primam, tertiam, sextam, nonam horas habent sacrificijs legitimis, & deputatis. Si curiose introspereris nouissimum hoc uolumen Apuleianum, haud dubie cognosces pleraque omnia instituta nostræ religionis sumpta esse, translataque ex cerimonia ethnicorum. Et ecce.] Sæpe annotauimus apud Virgilium et M. Tullium, quod hæc particula aliquod malum repentinum insperatumque significat: hic uero & aliubi sæpe improvisum bonum denotat. Fotis.] ancilla Milonis, cuius amore captus, dum uult fieri bubo, demutatus est in asinum: quod abunde in primis uoluminibus explicatur. Incapistrasset.] illigasset, illaqueasset, irretisset. à capistro formatum uerbum: Oportet, inquit Plinius, araturos boues fiscellis capistrari, ne germennum tenera præcerpant. ubi fiscellæ significantur uincula illa ex funiculis texta, quibus ora bouum uinciuntur inter arandum. Cato quoque fiscellas in hoc significato nominat. Distractum.] id est, pluribus diuenditum, & diuersos dominos sortitum. Notæ dorsualis.] Designat, equum non tam sine maculâ in dorso habuisse, qua fiebat cognobilior. sic Bucephalus Alexandri magni impressum habuit armo taurini capitis insigne: sic & Cæsaris dictatoris equus, pedes priores similes humanis pedibus habuisse proditur. à dorso dorsualis nota dicta, Solinus: Aculeatæ sunt, inquit, delphini

delphini spinæ dorsuales. Dorsualia quoq; dicuntur operimenta iumentoria. Iulius Capitolinus in Gallienis Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boues cornibus auro iugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.

Recuperauerant.] Tit. de rei uendicatione docent copiosissime Iurisconsulti, non solum singulas res, sed etiam gregem posse uendicari. Quod & de armento, & de equitio, cæterisq; quæ gregatim habentur, dicendum est: & ut inquit Vlpianus, ubi probaui rem meam esse, necesse habebit possessor restituere, qui non obiecit aliquam exceptionem. Lucrosæ pollicitationis.] Lucrosa pollicitatio refertur ad partium oblationem, quas in somnis offerri uiderat à sacerdote, quibus congruebant serui de patria uenientes cum pecunijs, sicut seruo nomine Candido mirè cõgruebat equus colore candidus.

Quo facto idem sollicitus, sedulum colendi frequentabã ministerium, spe futuri beneficijs præsentibus pignerata. Nec minus indies mihi magis magisque accipiendorum sacrorũ cupido gliscebat, summi scq; precibus primarium sacerdotem sæpissime cõueneram, petens ut me noctis sacræ tandẽ arcanis initiaret. At ille, uir alioquin grauis, & sobriæ religionis obseruatione famosus, clementer ac comiter, & ut

Idem.] Dic, inde. Futura.] Lego, futuri. spes, inquit, boni futuri fulciebatur præsentibus beneficijs, quasi pignerata. Indies.] quotidie, magis. Cupido gliscebat.] crescebat desiderium. Famosus.] Attende, famosum in bonã partẽ et cum laude

de dici, cum frequentius famosus dicatur infamis. Consimiliter Firmicus Maternus in 2. famosos oratores appellat famigratos & inscyltos. Plinius quosque in epistolis, famosam causam dixit, claram & illustre intelligi uolens. Illud uero Satyrici poetae, Famosos equitum cum dictatore magistris, legere consueui fumosos, ut ad imagines fumosas referatur: iuxta illud Seneca, Non facit nobile atrium plenum fumosis imaginibus. Subscriptor quoque accedit M. Tullius, qui in Pisonem scribens inquit: Obrepisti ad honores errore

solent parètes immaturis librorum desiderijs modificari) meam differens instantiam, spei melioris solatijs alioquin anxium mihi permulcebat animū. Nā & diē quo quisque possit initiari, deæ nutu demonstrari, & sacerdotem qui sacra debeat ministrare, eiusdem prouidentia deligi: sumptus etiam ceremonijs necessarios simili præcepto destinari. Quæ cuncta nos quoque obseruabili patientia sustinere censebat, quippe cum auiditati contumaciaeque summè cauere, & utramque culpā uitare, ac neque uocatus morari, nec non iussus festinare deberem, nec tamē esse quenquam de suo numero tam perditæ mentis, uel immo destinate mortis, qui non sibi quoque seorsum iubente domina, temerarium atque sacrilegum audeat ministerium subire, noxamque letalem contrahere. Nā & inferū claustra, & salutis tutelam in deæ manu posita, ipsamque traditionem ad instar uoluntariæ mortis & preca-

riæ salutis celebrari: quippe cū
transactis uitæ temporibus, iā
in ipso finitæ lucis limine con
stitutos, quis tamen tuto pos
sint magna religionis commit
ti silentia, numen deæ soleat e
licere: & sua prouidentia quo
dammodo renatos, ad nouæ
reponere rursus salutis curri
cula. Ergo igitur me quoq; o
portere cœleste sustinere præ
ceptum: quanquam perspicua
euentiq; magni numinis di
gnatione, iamdudum scælici
ministerio nuncupatum desti
nat umq;: nec secus quàm cul
tores cæteri, cibus prophanis
ac nefarijs iam nunc tempera
re, quo rectius ad arcana pu
rissimæ religionis secreta per
uaderem.

hominum, coma
mendatione fiono
sarian imaginum,
quarum simile ha
bes nihil præter
colorem. Vsitatissi
mum autem est, et
magis proprium,
ut piratæ, leno
nes, gladiatores fa
mosi dicantur: hoc
est infames, & ui
tæ turpitudine no
tatissimi. Imma
turis desiderijs.]
Ex quotidiano ne
gocio ducta senten
tia: quotidie enim
uidemus parentes
ire obitiam deside
rijs filiorum præ
properis, quadam

modificatione: ut moneant quædam
modificatio: ut moneant quædam
ferantur, quàm si statim peragantur. sic Latinus Vir
gilianus cohibet Turnum ferocientem. Nam & dis
em.] Hæc dicebantur à primario sacerdote, ad leniendum
Apuleij desiderium: quem, utpote festinantem, omnis dilao
tio & mora torquebat. Vtranq; culpam uitare.] uide
licet ne nimis auidus festinarem, & ne uocatus nimis con
tumaciter remorarer. Quanquam.] Corrige, quæquã.

Noxam letalem.] Implicata phrasis, hoc intellectu: Nullus est sacerdotum tam temerarius, tam perditæ mentis, ut audeat sine iussu deæ subire ministerium sacerdotale, & periculum mortiferum irato numine contrahere. qui enim nõ iubente domina uellet sacra tractare, sacrilegium committeret, & noxam: hoc est culpam exitialem contraheret, et ex culpa supplicium. In deæ manu.] Ut ante dictum est, hæc eadem dea est regina manium, quæ inferorum deplorata silentia nutibus dispensat. Traditionem.] Quando quispiam traditur in tuclam deæ, & obsequio religionis destinatur, ea traditio fit quædã quasi uoluntaria mors, dum scilicet è uita prophana transitur ad religiosam: ut tunc homo renasci uideatur, salute data numinis prasidio. uel hoc dicit: Sacerdotes eligi ab ipso deæ numine, eos qui iam hanc uitam peregerunt, suntq; in confinio uitæ ac mortis constituti: & ita tunc quodammodo renasci uidentur, & salute precario data perfui. Lucis lumine.] Lego, limite. sic Virgil. Infantumq; a nimæ stentis in lumine primo. Quis.] quibus. Post sunt.] Corrige, possint. Committi silentia.] Sape diximus, nulla re magis mysteria commendari quàm silentio. hinc Tertullianus: Omnibus (inquit) mysterijs silentij fides adhibetur: Samothracia & Eleusina reticentur. Elicere.] Legendum est Eligere. & est ordo ac sensus: Numen deæ solet eligere constitutos in ipso lucis finitæ limine. Ergo igitur.] Suprà dictum, quod ueteres particulas has multiplicabant: & est archaismos figura. Nuncupatum.] nominatum, dicatũ, promissum. Nuncupata pecunia dicitur nominata, certa, nominibus proprijs pronuntiata. Item uota nuncupata dicuntur, quæ magistratus, cum in prouinciã proficiscuntur, faciunt.

Santra aut, nuncupata significare, quæ promissa, testificatio
ta, recepta sint. Cibis prophanis ac nefarijs temperare.]
Cum vita clericorum discreta esse debeat à vita laicorum,
ut Telesphorus inquit: meritò sacerdotes & candidati rea-
ligionis abstinere debent à cibis prophanorum, hoc est eo-
rum qui religiosi non sunt. Apud ethnicos costum non gusta-
bant sacerdotes Isis & Cybeles. esus carniùm & uini pò-
tus specialiter interdicitur sacerdotibus: de quo paulo mox
dicemus copiosius. Nefarij autem cibi dicuntur, quibus sa-
cerdoti nefis est uesci. Nefarios M. Var. & Nonius sceles-
ratos dici interpretantur, tanquam ne farre quidem uui des-
beant. Vnde qui indigni sunt qui uiuant, nefarij uocantur.
Pedianus Asconius: Nefandum (inquit) est, non fandum:
Nefarium, quod sacra polluit, farre pio solita celebrari. Er-
go nefarij, sacrilegi dicuntur, qui sacra pollunt. Ad ar-
cana peruadere.] nihil sic acumen mentis operatur, quam
frugalitas in esu, et sobrietas in potu. Apollonius Tyaneus,
potu aquæ dicebat ingenium uegetari, fieriq; purgatius at-
que diuinus: ut meritò sobriosus atque abstemius facilius
posse uideatur aspirare ad religionis arcana noscenda, quæ
helluonibus uinolentisq; non patent, quorum mentes quo-
busdam quasi adipibus inuolutæ curuantur in terram, neq;
caelestia suspicere possunt.

Dixerat sacerdos: nec impa-
tientiâ corrumpebatur obse-
quium meum. sed intentis mi-
ti quiete, & probabili taciturni-
tate, sedulum quot dies obi-
bam culturæ sacrorum ministe-

Intentis.] Leo
go, intētus. Pro-
babili taciturnita-
te.] silentio reli-
gioso. Qui sacris
initiantur, in prio-
mis loquitari dedi-
scunt,

scunt, tacere con-
discunt, & Pytha-
gorica taciturnita-
te sese religioni is-
doneos approbas-
re. Orpheus ab
his quos initiabat
exegit, ne propa-
nis auribus religio-
nis secreta prode-
rentur. Quot
dies.] quotidie, et
ut ueteres dicebāt,
quot diebus, pro
singulis diebus: si-
cut dicitur quot a-
nis, quot mensi-
bus. Obibam.]
adibam, perage-
bam. Prolatio-
ne.] dilatione,
procrastinatione.
Cōpeteret.] qua-
si dicas, cōpotē
faceret. Supplic-
amentis.] Nomi-
ne supplicamento-
rum, non tam sup-
plicationes et ceri-
monias intellige-

rium. nec me fefellit, nec longi
temporis prolatione cruciauit
potentis deę benignitas saluta-
ris. Sed noctis obscure non ob-
scuris imperijs euidenter mo-
nuit, aduenisse diem mihi sem-
per optabilem, quo me maxi-
mi uoti competeret: quantoq;
sumptu deberem procurare
supplicamentis. ipsumq; Mi-
thram illum suum sacerdotem
præcipuum, diuino quodam
stellarum cōsortio (ut aiebat)
mihi coniunctum, sacrorum
ministrum decernit. Quis &
cæteris beniuolis præceptis
summatis deę recreat9 animi,
necdū satis luce lucida discussa
quiete, protinus ad receptacu-
lum sacerdotis contendo, atq;
eum cubiculo suo commodū
prodeuntem continuatus salu-
to. Solito cōstantius destinaue-
ram iam, uelut debitum sacris
obsequium flagitare. At ille sta-
tim ut me conspexit, prior: O
Luci, inquit, te fællicem, te bea-
tum, quem propitia uoluntate
numen augustum tantopere
dignatur. Et quid, inquit, iam
nunc

nunc itas ociosus, atq; ipsum demoraris? Adest tibi dies uotis assiduis exoptat⁹, quo deæ multinominis diuinis imperijs, per istas meas manus piissimis sacrorum arcanis insinueris. & iniecta dextera, senex comisimus, ducit me protinus ad ipsas fores ædis amplissimæ, rituq; solenni apertionis celebrato ministerio, ac matutino peracto sacrificio, de oportis adyti profert quosdam libros literis ignorabilibus prænotatos, partim figuris huiusmodi animalium, concepti sermonis compendiosa uerba suggerentes: partim nodosis, & in modum rotæ tortuosis, capreolatimq; condensis aspibus. ac curiositatē profanorum lectione munita, indidem mihi prædicat, quæ forēt ad usum teletæ necessariò præparanda.

tellexit Papinius in Thebaidos, illo uersu: Indignata se sequi torquentem cornua Mithram. ubi Lutatius interpres inquit: Sol apud Achæmenios Titan, apud Assyrios Osiris, apud Persas (ubi in antro colitur) Mithra uocatur.

re uidetur, quàm apparatus necessarium ad ceremonias, & religionem auspiciadam. Ipsum Mithrā decernit.] Non temerè Mithram sacerdotē appellat, sed mystico intellectu, alludēs uidelicet scite & callēter ad nomē solis, qui Serapis et Osiris est, quem Mithram Persæ appellant. Strabo in 15. Persæ, inquit, cœlum Iouem putant: colunt solem, quem Mithrā uocant. Item Lunam & Venerem, & ignem & tellurē, & uentos & aquam. De hoc in-

Hostanes quoque refert, solem proprio nomine Mithram dici. Persarum mos est, ut per mithram, id est, solem iurent. Sic apud Plutarchum Artaxerxes iurat, *ὅτι ἢ μίθραον*, id est, per solē. Siadas inquit, *μίθραον νομίζουσιν οἱ Πέρσαι ἀνεὶ τοῦ ἡλίου, ἡσὶ τῆ τοῦ δούσι πολλὰς θυσίας*: id est, Persæ autumant Mithram esse solem, cui multis hostias sacrificant. hinc Mithriaca sacra dicuntur Osiridis, siue solis sacrificia, de quibus Helius Lampridius in uita Commodi sic scribit: Sacra Mithriaca homicidio uero pollut, cum illic aliquid ad speciem timoris uel dici uel fingi soleat. Scitissime igitur Mithram Lucius appellat sacerdotem primarium, quasi solis lunæque antistitem, quorum deorum numina et sacra inter se cognata sunt, et communia. Mithrax Persarum gemma est, contra solem uariè refulgens. Stellarum consortio.] Consimile est illud Persianum: Nescio quid certe est, quod me tibi temperat astrum. Nec absimile illud Horatianum: Vtrunque nostrum incredibili modo conseruit astrum. Quis.] quibus. Summatis deæ.] præpotentis Isis. Dicitur summates, summæ conditionis et potentie: infimates, infimo loco natos. Plautus in Stichos: Summates uiri summi accumbent, ego infimatis infimus. Recreatus animi.] pro animo. sic ueteres loquebantur, ut supra dictum est. sic Flaccus in Argonauticis, Tandem animi incertum, dixit. Terent, falsus animi, pro animo: ut exponit Donatus, scribens esse antiptosin ueterum, ut casus pro casu positus. Contendo.] pergo. Commodum prodeuntem.] Tunc, eo ipso tempore, ut sæpe iam dictum est. Continua tus.] subsequens. O' Luci.] Verba summi sacerdotis ad Lucium Apuleium, quibus eum felicè appellat, tanquam ipsi deæ grati, à qua dignus indicatur religionis obsequio.

Augustum.] uenerabile, & sacrosanctum. Dea multis nominis.] Suprà explicatum est, deam hanc merito multis nominem dici, quam totus ueneratur orbis nominibus uarijs. Pijsimis.] Si credimus M. Tullio, pijsimus latinum nomen non est: carpenti M. Antonium, tanquam parum latine locutum, qui pijsimum hominem dixerat. Verba Ciceronis ex 13 Antoniana hæc sunt: Tu porrò ne pios quidem, sed pijsimos quæris: et quod uerbum omnino nullum in latina lingua est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Verùm posterior scriptorum æt. us latinitate donauit id uocabulum, quibus dictio hæc usitatissima. Pientissimum quoq; idonei auctores usurpant. Insinueris.] Quasi per insinuationem inseraris, admittarisq;. Comissimus.] suauissimus, facillimus, affabilissimusq;. Apertionis ministerio.] Hodieq; nostri sacerdotes ritu quodam solenni, et uerbis religiosis aperiuunt templi fores, matutinumq; officium peragunt in ecclesia. De operis adyti.] Adyta sunt sacraria in templis, ad quæ nullus nisi sacerdos summus accedit. Vnde ex Græca interpretatione nomen. nanq; ἀ μὲν εἶον ἡ ἀπὸ τοῦ κείνου, id est, particula priuatiua est: et ἀδω, ingredi. Virg. Eternumq; adytis effert penetralibus ignem. Tale erat Hierosolymis in templo sacrarium sanctitatis, quod sancta sanctorum uocant, quò solus semel in anno princeps sacerdotum solebat intrare, non sine sanguine, quem pro se offerret, & populi delicto. Vt refert Egesippus lib. 5. & ut auctor est Iosephus, intima templi pars inaccessa & inuiolata & inuisibilis omnibus habebatur, sanctiq; sanctum uocabatur. Olim Pompeius Magnus sancta sanctorum, non uenerator, sed ut prophanator intrauit. Refert Lilius, habita de Bacchanalibus quæstione, senatum decreuisse, ne

qua sacra in operto fierent. opertanea sacra (ut iam diximus) appellant, quæ in operto sunt. seclusa quoque dicebantur, quæ Græci mysteria appellant. Partim huiusmodi animalium.] Religiosa & ægyptiorum uolumina designat, quæ ex charta hieratica, id est sacrata conficiebantur. In his literas ignorabiles perscribebant, notis uolucrum, ferarum, aliarumque rerum prænotatas, quas sacras uocant, quas Marcellinus, Macrobius, cæteri que hieroglyphicas nominari tradunt, quibus & obeliscos insculptos habebant. Hinc illud Plinianum ex 36. ubi de obeliscis mentio: Etenim sculptura illæ, effigiesque quas uidemus, Ægyptiæ sunt literæ. De his literis, quæ singulæ singulis nominibus seruiabant, & nonnunquam significabant integros sensus, Cor. Tacitus sic scribit: Primi per figuras animalium Ægyptij sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur, & literarum semet inuentores perhibent. Hoc idem Lucanus eleganter expressit his uersibus: Nouerat, & saxis tantum, uolucresque, feræque, sculptaque seruabant magicas animalia linguæ. Ut autem tota res planius liquecat, subiicienda sunt ex celeberrimis auctoribus exempla, qui tradunt, per uulturem in literis Ægyptiorum sacris, & consequenter ignorabilibus, naturæ uocabulum significari: quia maiores nullos posse inter has alites inueniri, rationes memorant physica. Per figuram apis mella conficientis, designatur rex imperans cum iucunditate. Annus indicatur picto dracone, caudam suam mordente: quia in se uertit. Idem scribunt accipitrem, denotantes rem citò factam: quoniam accipiter sit inter aues uelocissimus. Crocodilus malum significat: multa que consimilia, ne infinitus sim, annotata reperiō.

perio, quibus nunc libros ad ceremoniarū arcana pertinen-
 tes prænotatos fuisse tradit, ne scilicet à prophanis talia no-
 sci possent. Compendiosa uerba.] Verba cōpendiosa &
 literæ dicuntur, quib. singularijs integri sensus significātur.
 Indidem.] ex libris illis, quorū lectio erat impenetrabilis
 & imperuia curiositati eorum qui non forent initiati. illis
 enim solis erant cognobilia. Capreolatim condensis api-
 cibus.] Figuras exprimit Hieraticarum literarum, quæ
 instar capreolorum colligatæ, implicatæq; ita erant, ut cus-
 riositas irreligiosorum talem lectionem assequi nequiret.
 Cheremon philosophus scripsit Hieroglyphica: adhuc Ro-
 mæ consimiles literæ uisuntur in minore obelisco, & aliæ
 quædã iuxta Pantheon Agrippæ. Capreolatim autem ad-
 uerbiū est, quod significat implicatè et connexe: ductum
 à capreolis uitigineis. Nam (ut docet M. Varro) collicolus
 uiteus intortus ut cincinnus, à capiēdo capreolus est dictus:
 qui se erigit ad locum capiendum, & uites implicat. uulgo
 bodieq; tales capreoli nominantur. Ad usum teletæ.]
 Teleta græco nomine dicitur consecratio, expiatio, sacrifici-
 cium. Augustinus in 4. de Ciuitate Dei tradit, Græcos teles-
 tas ac mysteria taciturnitate parietibusq; clausisse. Eiusdem
 ex uolumine 10 uerba hæc sunt: Hanc enim dicit per quas-
 dam consecrationes theurgicas, quas teletas uocant, idoneã
 fieri. apud Platonem in 2. de repub. legimus libros circum-
 ferri Musæi et Orphei, secundū quos sacra celebrat: persua-
 dentes non priuatis solum, uerū etiam ciuitatibus, solutio-
 nes & purgationes scelerum per sacrificia, cum ludorum
 oblectamentis fieri, & uiuentibus & defunctis: quas teles-
 tas, id est expiationes uocāt, quæ nos ab illis quæ mala sunt
 liberent. De teletis, apud Platonicos philosophos frequens

mentio. Scribit Porphyrius, teletis solis & lunæ animas nō purgari: ut hinc ostenderet, nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Suidas docet τηλετυ, hoc est teletam esse sacrificium maximum et preciosum: ex eo dictum, quod multa in teletis absumentur. τηλετυ enim dicunt Græci τὸ ἀναπαύειν, hoc est, insummere & impendere.

Gnauiter.] ce
leriter et strenuè.
Suetō lauacro.]
ut mundus pureq;
lautus, purissimæ
religionis sacris in
nitiarer. Græco
uocabulo Nym-
phea appellamus
lauacra, & ita Io-
sephus interpreta-
tur. Suidas tradit,
Nymphæa dici τὴν
ῥα, id est, laua-
cra. Iulius Capito-
linus in uita Goro-
dianorum sic re-
fert: Opera Goro-
diani Romæ nulla
extāt, præter que-
dam Nymphæa et
balneas, ubi nym-
phea accipimus
pro lauacris &

Et protinus gnauiter, & ali-
quanto liberalius, partim ipse,
partim per meos socios coc-
menda procuro. Iamq; tempo-
re (ut aiebat sacerdos) id po-
stulante, stipatum me religiosa
cohorte deducit ad proximas
balneas: & prius sueto lauacro
traditum, præfatus domini ue-
niam purissimè circumrorans
abluit: rursusq; ad templum
reductū, iam duabus diei par-
tibus transactis, ante ipsa dex-
uestigia constituit: secreto que
mandatis quibusdam, quæ uo-
ce meliora sunt, illud planè cū-
ctis arbitris præcipit, decem
continuis illis diebus cibariā
uoluptatem coercerem, neque
ullum animal essem, & inuini-
essem. Quis uenerabili conti-
nentia ritè seruatis, iam dies a-
derat diuino destinatus uadi-
monia

monio: & sol curuatus intrabat uesperam, tum ecce conflunt undiq; turbæ, sacrorum ritu uerusto uarijs quisq; meritis onerantes. Tunc semotis procul prophanis omnibus, linteo rudiq; me contectum amicum, arrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrorum penetralia. Quæras forsitan satis anxie, studiosè lector, quid deinde dictum, quid factum? Dicerem, si dicere liceret: cognosceres, si liceret audire. sed parem noxam contraheret aures & linguæ illæ temerariæ curiositatis. nec te tamen desiderio, forsitan religioso suspensum angore, diutino cruciabo. Igitur audi, sed crede quæ uera sunt. Accessi cõfiniũ mortis: et calcato Proserpinæ limine, per omnia uectus elemẽta remeui. nocte media uidi solẽ candido coruscantẽ lumine, deos inferos, et deos superos. Accessi coram, et adorauit de proximo. Ecce tibi retuli, quæ quamuis audita, ignores tamen necesse est. ergo quod solum potest si-

thermis, quæ potest sterilitatis causa à principibus extruebantur. Fœdissime labitur hi, & cecutientes hallucinantur, qui existimant. Nymphæa apud Capitolinũ significare cubicula nuptialia. Non enim nego *νῦμα* & *φῆτιν* dici *νῦμῶν* *ἰσπῆν*, id est, sponsoforum sacrorum: sed hanc significationem haudquamquam conuenire cum intellectu Capitolini, asseueranter affirmo. Domini.] Purior lætatio est, deum, prodeorum. Circumroras.] Ouid. Roratis lustrauit aquis. M. Tull. in Legibus præcipit, ut casti diuos adamus, & aspernos ne aquæ

ne aquæ labes co-
luamus: quod &
ad animos purifi-
candos refertur.

ne piaculo ad prophanorum
intelligentias enunciari, refe-
ram.

Ex instituto priscorum, sacrificaturus dijs superis, corporis
ablutione purgatur: eum uerò inferis litandum esset, solâ
aspersione utebantur. Constituit.] Statuit, collocavit.
Quæ uoce meliora.] Id est, quæ fileri melius est: & ita os-
tendit, non esse inuulganda arcana sacrorum. Cunctis
arbitris.] id est, coram omnibus: ut cuncti audirent, spe-
ctarentq;. Decem diebus.] Superstitio priscorum 10
dies puros, castosq; dedicauit Isiacæ religioni. Hinc illud
Propertianum: Cynthia iam noctes est operata decem. Li-
uius scribens de matre filium initiatura Bacchanalibus, sic
refert: Decem dierum castimonia opus esse. decimo die cœ-
natum, deinde purè lautum in sacrarium deducturâ. idem
docet, eum qui initiari uolebat, per aliquot noctes secubuis-
se à femine complexu, religionis causa. Ouid, quoq; in sac-
ris Cerealibus tradit, secubitus usurpari solitos, ut scilicet
femine solæ in uacuo thoro per aliquot noctes secubarêt.
Apud ueteres cerimonia denariæ dicebantur, quibus sacra
adituri per decem continuos dies certis quibusdam rebus
carendum erat. nunc Lucius noster denotat, ei ieiunium in-
dici solitum 10 dierum, qui sacris Isidis initiari uellet. sic
hodieq; nostri sacerdotes cibus ganeatis interdiciuntur cau-
sa religionis: uerum cum ad diem festum uenerint, satu-
rantur ad uomitum. Quorundam gulosa abstinentia est,
ut scilicet ab esu panis & carniū temperantes, farciantur
bellarijs: et martium panem pro frumentario pane deo-
porantes, de ieiunio gloriantur. Essent.] comessent, co-
mederent.

mederem. ab edo, es, inclinatum uerbum. Neque ullum animal.] Priscis temporibus nec carnibus uescebantur, nec animalia dijs immolabant, sed liba & fructus melle concinnati, ceteraq; huiusmodi sacrificia pura dijs offerebantur. nam uesci carnibus (ut inquit Plato lib. 6. de Legibus) & deorum aras polluere sanguine, impium uidebatur. & hæc fuit Orphica uita, & Pythagorica. inanimatis quippe omnibus uescebantur, & ab animalibus omnibus abstinebant. Dicaearchus Peripateticus, antiquos inquit nullum animal occidisse. Essæi Iudæorum philosophi, de quibus Hieronymus, Iosephus & Eusebius multa diligentissime descripserunt, abstinebant tū animalibus multis, tum prorsus omni incontinentia. deniq; ex ipsa uita temperatissima, atque ueritatis studiosissima, & deo deuotissima, inter eos multi futura præsagebant, prophetæq; nominabantur. Porphyrius Platonicus li. 4. de sacrificijs auctor est, uitam æternam contineri sanctimonia, abstinentia ab esu animalium. Sicut (inquit) magnes lapis animam quasi quandã tradit ferro quod rapit, ferrumq; natura grauissimum leue euadit, eleuaturq; spiritu magnetis: ita qui ad Deum eleuari cupit, non debet quærere nutrimentum carniū, quo saginatum corpus mentem impedit, nutritusq; diuinitate naturalius deo coniungetur quam magneti ferrum. Sed utinã absq; cibo penitus, atque potu, agere uitam potuissemus, ut corpus cohibentes, optimis statim rebus coniungeremur: in quib. & deus existens, ita deus existit. Demochares ait: Uere imprudenter, intemperanter, impie, nõ tam male uiuere est, quã diu mori. Si uis perfectus esse (ut uerbis Hieronymi utar) melius est saginare animam, q̃ corpus. Potus uini, carnisq; saturitas, seminariũ libidinis est. Idẽ Porphy-

rius, sed & Chæremon Stoicus, et Hieronymus noster, nar-
rant, antiquos Ægypti sacerdotes, ex eo tempore quo cœ-
pissent diuino cultui deseruire, & carnibus et uino semper
abstinuisse, qui oua quoq; & lac in cibis uitauerunt: quo-
rum alterum carnes liquidis, alterum sanguinem esse dice-
bant, colore mutato. In templo Eleusina Cereris tria tantū
precepta de Triptolemi legibus celebrantur: honorandos
parentes, uenerandos deos, & carnibus non uescendum. In
decretis canonicis di. 35. & in ueteri testamento scriptum
legimus, quod sacerdotes qui ministrāt in templo Dei, pro-
hibentur uinum & siceram bibere, ne ebrietate grauen-
tur corda eorum, ut sensus uigeat semper, & tenuis sit. item
44 di. cum uiuolentus esse prohibetur, gula intemperan-
tiam nequaquam habere permittitur: neq; enim ebrietas
prohibetur, et uoracitas permittitur, utrumq; improbatum.
unde Hieronymus: Venter, inquit, & genitalia sibi metipsis
uicina sunt, ut ex uicinitate membrorum confederatio in-
telligatur uitiorum. sacerdoti itaq; de altari uiuere, non lu-
xuriari permittitur. Comestiones & ebrietates tanquā
pestiferæ abdicantur, interdiciunturq;. Inuinius.] Vo-
cabulum Apuleianum, elegantissime fictum pro abstemio,
et eo qui uinum non bibit. inuinius enim dicitur, quasi sine
uino: ut inuius, sine uia. Candidatum autem religionis inui-
num, hoc est abstemium, & hydropotam, id est, aquæ po-
torem esse debere, sanxit uetustas, & dudum explicauit
ninus. Apollonius Tyanens apud Philostratum docet, se a-
quā semper bibisse, neglecto uino. aitq; potores aquæ soma-
num leuem capere, neq; uertigines ullas pati, quibus uino-
lenti afficiuntur. præterea: Anima, inquit, à uino pura faci-
lius conspicit per somnia uaticinationem, quæ apud homi-
nes

nes diuinissima existimatur. ob hoc dixit Sidonius Apollina-
 naris de Tyaneo Apollonio scribens: Lege, inquit, uirum à
 diuitibus ambitum, nec diuitias ambientem, cupidum scien-
 tiæ, continentem pecunie, inter epulas abstemium. Error est
 in codicibus impressis, in quibus legitur, inter epulas asteo-
 mium. cum legi debeat, inter epulas abstemium. Quis.]
 quibus. Diuino uadi.] sicut uadimonium pratoris est,
 ad quod ex iuris formula sisti debet reus: ita uadimonium
 dicitur diuinum, quo sisti debeat Lucius noster, post exa-
 ctos 10 præscriptos abstinentiæ dies futurus in numero sa-
 cratorum. translatio est à uadimonio pratorio, de quo su-
 præ abundè dictum est. Curuatus.] ad occasum flexus,
 & in uesperam præceptus. Semotis propheta.] sequestra-
 tis omnibus irreligiosis. Iuxta illud poeticum: Procul ô pro-
 cul este prophani, Conclamat uates, totoq; absistite loco.
 Contactum amici.] Hoc quoq; tempore sacerdotes nostri-
 dum initiantur sacris religiosis, amicitur amicimine: hoc
 est, camisia siue tunica lintea. Ad ea quæ superius hoc eo-
 dem commentario copiosissimè annotauimus, de lintea ueste
 sacerdotali, adde & hoc quod scriptum legimus in Eze-
 chiele, cuius uerba subiiciam, quæ sunt hæc: Cum ingredi-
 tur portas atrij mei interioris, uestibus lineis induetur, nec
 ascendet super eos quicquam laneum: quando ministrant
 in portis atrij interioris, intrinsecus uittæ lineæ erunt in ca-
 pitibus eorum, et fæminalia lineæ erunt in lumbis eorum.
 In Leuitico Moyses, cū ante fores tabernaculi lauisset Aa-
 ron & filios eius, uestiuit pontificem subucula lineæ, accin-
 gens eum baltheo, & induens eum tunica hiacynthina, &
 de super humerale imposuit, cidari quoq; textit caput. est au-
 tem Cidaris, ut græci scriptores tradunt, tegumentum ca-
 pitis.

pitis, quidam ex capillis id textum autumant: nonnulli pio-
 leum regium Persarum cidarim esse dicunt. à quibusdam
 tiara creditur: alij coronam, alij strophion sacerdotale esse
 contendunt. Noxgeum antiqui uocarunt uestimentū candie-
 dum. Dicerem, si dicere li.] Mos hic scriptorum ferme
 omnium quasi peculiaris est, ut arcana cerimoniarum nec
 uelint nec audeant in uulgus edere, tanquam nō liceat pro-
 phanis nosse mysteria deorū, in quibus nulla maior quā
 fides silentij debeatur. Herodotus scribit, se in colloquio cū
 Ægyptijs sacerdotibus fuisse, multaq; ab his edidicisse ad
 rem diuinam pertinentia, quæ minimè enuncianda esse ait.
 Theodorus tragædiarum poeta, cum nonnulla ex iudaica
 scripturæ mysterijs ad fabulam quandam transferre uel-
 let, luminibus captus est. Theopompus quoq; quod cœperat
 nonnulla ex lege diuina transferre in Græcam linguam, il-
 lico turbatione quadam mentis & animi percussus est, eiu-
 dem magnopere deum orans, cuius rei gratia id sibi acci-
 disse, audiuisse fertur per somnium: quia res diuinas leno-
 cinio inquinaret, & hominibus promulgaret. Mysteria
 inde dicta, suprâ docuimus, quoniam scilicet oportet *μὴ
 ῥὸ σόμα*, id est, os occludere, neq; inuulgare teletas, arcana
 sacrorum. Esseni, qui sunt philosophi iudæorum, adiurant
 nouicios initiatos, nihil quicquam de mysterijs cōmunicare
 cum prophanis, etiam si intentata quissiam morte compel-
 lat. in Apologia: Equidem, inquit, nullo unquam periculo
 compellar, quæ reticenda accepi, hæc ad prophanos annun-
 ciare. Parem noxam.] Par esset, inquit, culpa & eorū
 qui audirent, & eorum qui annuntiarent. Accessi confi-
 mor.] Ex hoc colligimus, hominem qui uerè consecratur,
 fitq; sacerdos, integer, sanctus, per quandam quasi mortem
exuere

exuere uitam hanc irreligiosam, rapiq; numinis instinctu
 per superna & inferna, ut ea uideat & agnoscat, quæ uis-
 dit & agnouit apostolus Paulus, quæ ineffabilia sunt, nec
 licet homini eloqui: quæ etiam audita non intelligantur,
 cum sint supra captum intellectumq; mortalium. Pro-
 serpinæ limine.] limen Proserpinæ ostium est mortis,
 & introitus inferorum. Sine piaculo.] sine scelere.
 Prophanorum.] eorum qui initiati non sunt.

Mane factum est: & perfe-
 ctis solennibus, processi duo-
 decim sacratus stolis, habitu
 quidem religioso satis, sed effa-
 ri de eo nullo uinculo prohi-
 beor: quippe quod tunc tem-
 poris uidere præsentis pluri-
 mi. Namq; in ipso ædis sacræ
 meditullio, ante deæ simula-
 chrum constitutum tribunal li-
 gneum iussus superstiti, byssi-
 na quidem, sed floridè depicta
 ueste conspicuus: & humeris
 dependebat pone tergum ta-
 lorum tenus, preciosa chlamy-
 da: quâquâ tamen uiseres, co-
 lore uario circum notatis insi-
 gnibar animalibus. hinc draco-
 nes Indici, inde gryphes Hy-
 perborei, quos in speciem pin-
 natæ alitis generat mundus al-

Duodecim sto-
 lis.] Attende, hic
 stolis accipi pro
 uestibus sacerdo-
 talibus: sicut hodie
 stolas induunt no-
 stri sacerdotes,
 quod & orarium
 uocant. Hinc illud
 23 di. scriptum est:
 Ecclesiastica insti-
 tutione præfixum
 nouimus, ut omnis
 sacerdos cum ordi-
 natur, orario, us-
 troq; humero am-
 biatur: nec ad so-
 lennia sacrificia
 accedat, nisi ora-
 rio utroq; humero
 circumseptus, ita
 ut de uno eodemq;
 orario

erario cervicē pariter & utrinque humerū premat. Aliā stola dicitur uestis matronalis: unde stolatus pudor, promatronalis. Valerius Max. Te custode matronalis stola cōsetur. ideo autem uideatur dixisse 12. stolis se sacratum processisse, propter duodecim signa zodiaci. Namq; in mysterijs Iudaicæ ceremoniæ duodecim panes in mensa positi significabant circulū duodecim signorum, atq; annū duodecim mensibus diuisum. septem uerò lucernæ, in ipso candelabro, septē planetas indicabant. In sacris literis numerus duodenarius refertur ad duodecim tribus Israelitica

ter: hanc olympiācam stolam sacrati nuncupant. Ad manum dextram gerebam flammis adultam facem, & caput decorē corona cinxerat, palmæ candidæ folijs in modum radiorum proflistentibus. sic ad instar solis exornato, & in uicē simulachri constituto, repēre uelis reductis in aspectum populus errabat. Exhinc festinissimum celebraui natalem sacrorum, & suauis epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pariter ceremoniarum ritu celebrat⁹, & ientaculum religiosum, et teletē legitima cōsummatio. Paucis dehinc ibidem commoratus diebus, inexplicabili uoluptate simulachri diuini perfruebar: irremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tamen deæ monitu, licet non plenē, tamen pro meo modo supplicē gratijs persolutis, tardam satis domuitionem cōparo, uix equidem abruptis ardentissimi desiderij retinaculis.

et. & in Apocalypsi Ioannis legimus, amictos stolis albis
 nuncupari puros, & candore mentis immaculatos. Lego
 apud auctores Græcos pulcherrimum esse somnium, ferre
 ἁγίου λουρίου, id est stolam candidā. contra stolam purpur
 puream portendere, longum morbum: ornari stola regia
 signat ἁγίου ἰπρίτων, id est spei solutionem. Nullo uin
 culo.] Nullum, inquit, uinculum religionis est, nullum in
 terdictum, quo prohibeat enunciare de ipso habitu, uesti
 tuq; religioso. Meditullio.] in ipso medio. Superstia
 ti.] steti super tribunal ex iussu sacerdotis. Byssina ueste
 conspicuus.] Byssinam uestem lineam intelligit, à bysso,
 quod genus est lini tenuissimi, de quo supra diximus. Iose
 phus lib. 6. belli Iudaici scribit, sacerdotes ad altare, tem
 plumq; accedere solitos, omni uitio carentes, ueste byssina
 amictos, maxime uero uino abstinentes, ac sobrios, religio
 nis metu, ne quid res diuinis faciendo peccarent. Dicimus
 & byssinum absolute pro uestimento lineo. in Apdcalypsi
 Erat uestitus byssino albo & mundo. Byssinum capitur à
 Plinio pro infectu precioso, & colore qui ex cocco tyrioq;
 commixtus sit. Sed floride depicta.] Inter uestes sacere
 dotales priscorum est & illud uelamentum, quod hiacyn
 tho et bysso & cocco & purpura uariatum, mirabili ope
 re textum uisebatur, quod elementorū causam designabat.
 Byssus enim terram declarat, eo quod linum oriatur ex ter
 ra: purpura mare, eo quod piscium sanguine coloratur. ac
 hiacynthi colore significatur: coccum uero erat ignis indi
 cium. Pone tergum.] post tergum. Talorum tenuis.]
 usq; ad talos. Denotat autem tunicam talarem sacerdotale,
 cui consimilis uideri potest illa quam describit Iosephus li
 bro 3. antiquitatum: Princeps sacerdotū superinduitur tu

nica de hiacyntho facta, quæ & ipsa talaris est, quæ zona constringitur, coloribus prædictis, floribus exornata, auro contexta, uariata, ornatusq; in fimbrijs eius est: ita ut inter duo tintinnabula malum granatum habeatur, itemq; inter duo mala granata tintinnabulum. Talaris tunica græco nomine dicitur poderis, cuius mentio fit à Ioanne in Apocalypsi: & meminit Hieronymus, de qua sic scribit Suidas, ποδὸς ἀγῶνις ἢ τῶν ποδῶν ἢ χιτῶν, id est poderis tunica usq; ad pedes dimissa est. Chlamyda.] Ut supra, ex priscorū consuetudine declinatur recto casu chlamyda, tanquam nomē sit primi ordinis: sicut & casida à priscis dicta est casis. Circumnotatis animalibus.] Antè dictum est, sacras Ægyptiorum literas animalibus denotari, aliarumq; rerū imaginibus. Diacones Indici.] Denotat in ueste fuisse dracones cum gryphibus intextos. Bono autem epitheto hæc distinguntur, namq; apud Indos immensi sunt dracones, cum immanibus elephantis, pari periculo in mutua perniciem bellantes: quorum dimicatio commoritura eleganter à Plinio est dicta: simul enim concidunt & commoriuntur. gryphes uerò Hyperborei cognominantur, quantum in Hyperboreis montibus nascuntur: quos haud procul ab ipso aquilonis exortu esse prodūt, eruentes ex cuniculis aurum, propter quod bellum illis assidue est cum Arimasspis, quos uno oculo in fronte media insignes tradunt. itaq; gryphibus aurum custodientibus, & Arimasspis rapiētib; atrox dimicatio. Sūt autē gryphes ex uolucris genere ferarū, cætera parte leones, alis et facie aquilis similes. De felicitate Hyperboreorum fabulosis celebrata miraculis scribunt omnes, quæ gens ultra aquilonē sita, felix annofo degit æuo. regio Africa est felici temperie, omni afflatu noxiæ carēs. domus

his nemora, luciꝫ et deorum cultus. uiritim, gregatimꝫ; di-
 scordia ignota, & aegritudo omnis: ibi cardines mundi esse
 se creduntur, extremiꝫ; siderum ambitus luce semestri. aliꝫ
 medios fecere eos inter utrunꝫ; solem, Antipodũ occasum,
 exorientemꝫ; nostrum. Ob hoc dixit Lucius noster, quod
 gryphes generat mundus alter: quoniã Hyperborei ad an-
 tipodes spectare traduntur, in collimitio nostri mundi &
 alterius collocati. quod tamen fieri nullo modo posse, Plin-
 ius noster affirmat. Hanc Olympiacam,] cœlestem et
 diuinam, & Olympijs dijs dicatam, Deos autem Olym-
 pios Iupiter appellauit illos tantum, qui sibi in gigantoma-
 chia affuerunt: ut hoc cognominis honore bonus a malo in-
 ternosceretur, ipse quoꝫ; Iupiter inter cœtera cognomenta
 Olympius nuncupatur. De Olympiade, quæ est (ut Græci
 dicunt) τριταίσι μηνῶν ἀγών, id est, quadriennij certamen,
 scribũt omnes: nihil notius. Sacra ti.] sacerdotes. Flam-
 mis adultam.] ardentem larga flamma intelligit. nam &
 adolere significat cremare in sacris. Exornatum.] Le-
 ge, exornato, ut constructio congrua sit. se autem exornato
 tum dicit ad instar solis, quia coronatus erat corona pala-
 macea, cuius folia radios solis representabant. In uicem
 simulachri,] sicut simulachra & statuæ exornatæ consti-
 tuuntur in populi conspectu: ita Lucius exornatus intus, et
 mox tanquam simulachrum sublatis uelis populo exhibe-
 tur. Natalem sacrorum.] Natalis sacrorum dicitur ille
 dies, quo quispiam consecratur, fitꝫ; sacris initiatus:
 quem non minus religiose celebrare debemus, quàm diem
 natiuitatis: quoniam ex illo uita tantum, ex hoc uerò uita
 religiosa & sancta producitur. Natallẽ autem solitum anti-
 quitus solenniter coli, quis ignorat? quo lautiora conuiuia

et festa fiebant, quæ M. Tul. natalicia appellat, à natali coelebratione natalis diei: quo et munera missitabantur: qui initiantur sacris, dicere possunt, Hic nobis natalis erit, et illud, Hæc uitæ genitilis est origo. Ientaculū religio sum.] Quam multa (dij boni) in nostra religione cõsimilia sunt religioni Ethnicorum? quam multi ritus propè germani? de quibus plura aliàs, quorum iam magna quoq; pars superius explicata est: ex quibus & hic est. Nam quando nostri sacerdotes consecrantur (quoniam sacerdotium aliud quod adipiscuntur) consuevere ientaculo non tam religioso quàm guloso accipere symmistas, id est, consecratos, ut auspiciuntur introitum sacerdotalem. Ficta.] sacri ficij sacerdotalis, siue expiationis, purificationisq; necessarii: de qua supra dictum est abundè. Inexplicabili.] inenarrabili, et ob hoc maxima, quæ ob magnitudinem explicari uerbis non possit. Irremunerabili beneficio.] Beneficium maximum, cumulatissimumq; dicere uolens, dixit decenter irremunerabile: quod scilicet tantum erat, ut nulla unquam remuneratione repensari possit. irremunerabile enim id est, quod ob magnitudinẽ remunerari non possumus, nec par pari rependere, nec ullo modo dissoluere, semper obligati, semper obnoxij. Pigneratus.] mancipatus, obligatus, addictus. Supplicue.] suppliciter: ad uerbum priscum est. Gratis.] Lege gratijs. Domuitionem.] Tandem (inquit) domum in patriam ad meos redire constitui, quamuis me retinacula firmissima retentarent, quæ abrumperè difficile erat: cum à dea, deaq; cultu atque conspectu ex desiderio diuelli, abduciq; nequirem. Domuitionem dicimus, quasi itionem domum, ut supra.

Prouolutus

Prouolutus deniq; ante cō-
 spectum dex, & facie mea diu
 detrufis uestigijs eius lachry-
 mis obortis, singultu crebro
 sermonem interficiens, & uer-
 ba denorans aio: Tu quidem
 sancta, & humani generis so-
 spitatrix perpetua, semper fo-
 uendis mortalibus munifica,
 dulcem matris affectionē mi-
 serorum casibus tribuis: nec
 dies nec quies ulla, ac ne mo-
 mentum quidē tenue tuis tran-
 scurrit beneficijs ociosum, quę
 mari terraq; protegas homi-
 nes, & depulsis uitę procellis
 salutarem porrigas dextram,
 qua fatorum etiam inextrica-
 biliter contorta retractas licia,
 & fortunę tempestates miti-
 gas, & stellarū uarios meatus
 cohibes. Te superi colunt, ob-
 seruant inferi: tu rotas orbem,
 lumnas solem, regis mundū,
 calcas tartarum. Tibi respon-
 dent sidera, redeunt tempora,
 gaudent numina, seruiunt ele-
 menta: tuo nutu spirant flumi-
 na, nutriuntur nubila, germi-
 nāt semina, crescunt germina:

Detruffis.] Leo
go, detersis: id est,
abstersis. Ser-
monē interficiens.]
Ille sermonem in-
terficit, intercipit-
que, q̄ uerba pro-
mere non potest,
singultu pressus, et
mœrore confusus,
qui impediētibz
lachrymis uerba
singultantia deuo-
rat & absorbet.
Tu quidē sancta.]
est uidere in Lucio
nostro orationes
diuinas tam san-
ctę, tam grauitę,
tam sententialiter
compositas absol-
ui, ut nihil religio-
sius dici quicquam
possit: ut Apuleia-
nę preces
possint commodis-
sime aptari ad di-
uam Christiano-
rum: ut quicquid
hoc in loco dicitur

de Luna siue Iſide,
idem religioſe &
cōducenter debe-
at. Virgine dici
poſſit. Innumeri
ſunt hymni, preca-
tiones, orationes
compoſitæ à do-
ctiſſimis ad diuam
Virginem: ſed ni-
hil eſt (quod bo-
na cum uenia illo-
rum dictum ſit)
cum hac Apuleia-
na precatōe cō-
parandum. hæc
doctrinæ & ele-
gantix omnis eſt
refertiſſima: hæc
rogata dea noſtra
non minus placæ-
retur, fieretq; pro-
pitia, quàm omni-
bus ſanctorum o-
rationibus. Specta
dictiones, penſita
ſenſus, perpende
myſteria: uidebis

nihil quicquã abſolutius poſſe excogitari, dignãq; eſſe pre-
cem quæ ſacris noſtris inferatur, & ad exorandã Chriſtia

A P V L E I I

tuam maiestatem perhorre-
ſcunt aues cœlo meantes, feræ
montibus errantes, ſerpentes
ſolo latentes, beluæ ponto na-
tantes. At ego referendis lau-
dibus tuis exilis ingenio, & ad-
hibendis ſacrificijs tenuis pa-
trimonio: nec mihi uocis uber-
tas, ad dicenda quæ de tua ma-
ieſtate ſentio ſufficit: nec ora-
mille, linguęq; toridem, uel in-
defeſſi ſermonis ęterna ſeries.
Ergo quod ſolum poteſt reli-
gioſus quidem, ſed pauper a-
lioquin efficere, curabo; diui-
nos tuos uultus, numenq; ſan-
ctiſſimum, intra pectoris mei
ſecreta conditum perpetuò cu-
ſtodiens imaginabor. Ad iſtũ
modum deprecato ſummo nu-
mine, complexus Mithram ſa-
cerdotem, & meum iam paren-
tem, colloq; eius multis oſcu-
lis inhærens, ueniam poſtula-
bam, quod deum condignè tã
tis beneficijs remunerari ne-
quirem.

næ sectæ *sospitricæ* quotidie peculiariter adhibeatur. sed
 iam uerba ipsa sancta & pura dispiciamus. Matris affe-
 ctionē.] Quid maius in laudem deæ nostræ dicitur, quam
 quòd materno affectu & indulgētia nos foueat: quòd beni-
 gna, mitis, indulgens, perinde ac pijsima mater casibus no-
 stris opituletur, nec benefacere ullo unquã tēpore cunētes-
 tur: cui eximia propter merita cognomē indidimus matre-
 næ uenerationis, quæ Christianorum mater ac *sospitrix*
passim appellatur. Fatorū retractas licia.] Dicit numen
 deæ posse fatalia decreta rescindere, uel saltem remorari:
 ita ut *fila Parcarū*, quas inexorabiles aiunt, retractet, pro-
 rogetq; sicut *Ezechie fata* in an. 15. sunt protelata, prolon-
 gataq; nomine autem fatorum, quæ tria sunt, tres quoque
Parcæ significantur, quas *Plato* et *Plotinus filius adærynis*,
 id est necessitatis esse dixerunt: quarum *Lachesis* præteritis,
Clotho præsentia, *Atropos* futura procuret: quæ senten-
 tias *Iouis orthographiæ* studio ueritatis excipiunt, utpote
 librariæ superū, archiuiq; custodes. Vel intellige, quòd nu-
 men *Isidis* potest in melius referre, retorquereq; *fila Para-*
carum, ut uidelicet si *Parcæ* dira mortalibus moliuntur, ea
 in felicitatem numinis potentia conuertantur. *Luminas*
solem.] Euidenter ostenditur deam hanc esse, intelligiq; pa-
 rentem rerum naturam, ac opificem deum summum, cuius
 nutu cunēta fiunt: qui principia, fines, et media rerum om-
 nium penetrat: qui illustrat solem, rotat mundū, quē patrē
 et architectū huius orbis pronunciat: alioqui *lunæ* nō cōue-
 nit, ut solē illuminare dicatur, cū ipsa à sole lumē mutuetur:
 nec *Luna* rotat orbē, sed ipsa in orbe statutis motib. rotatur.
 deniq; *lunæ* maiestati ista nō cōueniūt, quæ hic explicatur,
 nisi mystico intellectu perpendantur. Itaq; hæc omnia ad

ultramundanum deum referenda sunt, qui genitor rerum omnium est beatificus, optimus, maximus, indicibilis, innuminabilis: qui siue masculino genere siue foeminino dicatur, nihil refert: cum in rebus diuinis non sexus, sed potestatis maiestas querenda sit. Tibi respondent sidera.] id est, motus siderales tibi consentiunt, atq; obsequuntur. respondere enim est congruere & consentire: unde & responsus pro conuenientia dicitur, & congruentia ac consensu. Victuuius: Symmetrica est ex ipsius operis membris rotæ partis responsus. Flumina.] Speciosior lectio est, flamina: ut dicat, flamina, hoc est uentos de æ nutu spirare. Non ignoro, & ex fluminibus auras spirantes sentiri. unde Homerus et Plinius, auras antelucanas è flumine semper insalubres esse tradiderunt. De Nilo auctores annotauerunt, quod contra fluminum naturam nullas spiret auras: quasi anauros, id est, sine aura sit. Germinant semina.] Quædam arbores terna germina edunt: ut robur & abies & larix. serotino quædam germinatu florent, maturantq; celeriter: ut morus, quæ nouissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Aues cælo meantes.] Tres exornationes iunctim locatæ: Iso colon, id est, compar: homœoteleuton, similiter desinens: homœoptoton, similiter cadens: quibus si commodè collocata fuerint, rarerentq; interspargantur, tanquam luminibus distinctis illustrabimus orationem. Beluæ ponto natantes.] in ponto, hoc est mari, beluæ sunt omnis generis, monstrificæ & enormes: & ut tradit Plinius, uulgi opinio est, quicquid nascatur in parte nature ulla, & in mari esse: præterq; multa quæ nusquam aliubi. à beluarum & multitudine et magnitudine beluosus oceanus

nius Horatio Flacco eleganter dictus. Inter cæteris maris beluis sunt balena, pistris, physter, rota, orca. Nec ora mille.] scilicet sufficiunt. sumptum ex poetica illa locutione: Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum, Ferrea vox. ab Homero parcius dictum, Δίνα γλῶσσαι, Δίνα ῥέματα, Decem linguæ, decem ora. Quod solum potest pauper.] non hæcatombis, non auro, non argento pauper deū colere potest; sed pura mente, & corde casto, & cogitatione indiuidua: quod sacrificij genus & culturæ præstatum se Lucius noster spondet. Etenim homines tenues unum habent colendi dei locum, mentem scilicet & imaginationem, ut sincero animo Deum adorent, Deum imaginentur: qui uerus est Dei cultus, legitimusq; sacrificium. Pectoris secreta.] Consimile est illud Persianum: Compositum ius fusq; animi, sanctosq; recessus Mentis, et incoctū generoso pectus honesto. Meum iam parentem.] Merito sacerdotem, à quo consecratus fuerat, parentem uocat, quasi auctorem secundæ natiuitatis. ut iterum quasi renatus fuisse uideatur, quando sacris initiatus est. præterea patrem religionis causa & ætatis, sacerdotem appellare solemus. quinetiam præceptores hoc nomine dignamur, cum mentium parentes sint, sicuti patres corporum. Quod deum.] Legendum puto, cum ut ad sacerdotem referatur, cuius beneficijs remunerationem condignam negat se posse rependere.

Diu deniq; gratiarum gerendarum sermone prolixo commemoratus, tandem digredior, & recta uia patrium larem re-

Gratiarum gerendarum.] Acyrus loquutus uis detur, cum consuetudo quotidiani sermonis

sermonis sit, ut gratias agendas esse potius quam gerenda usurpet. Patrium larem.] domesticum paternum. Contendo, pergo & progredior. Constrictis sarcinulis.] alligatis. Moris est uiantium, sarcinulas alligare. Plin. in epistolis: Atque adeo sarcinulas alligamus, festinaturo quantum itineris ratio permiserit. Hausi portum.] in portum feliciter perueni. Carpentum.] plaustrum, nam carpentum genus esse currus, siue uehiculi, sat notum: et alibi annotatum, cuius faber dicitur carpentarius. Peruolauit.] Ad significandam celeritatem

uisurus meum, post aliquantum temporis contendo: paucisque post diebus deæ potentis instinctu, raptim constrictis sarcinulis, naue conscensa, Romam uersus profectionem dirigo: tutusque prosperitate uentorum ferentium, hausi portum celerrime. Ac dehinc carpentum peruolauit: uesperaque, quam dies insequeretur iduum Decembrium, sacrosancctam istam ciuitatem accedo. nec ullum tam precipuum mihi exinde studium fuit, quam quotidie supplicare summo numini reginæ Isis: quæ de templi situ sumpto nomine Campensis, summa cum ueneratione propitiatur. Erã denique cultor assiduus, phaniquidem aduena, religionis autem indigena. Ecce transcurso signifero circulo sol magnus annum compleuerat, & quietem meam rursus interpellat numinis benefici cura peruigilis: & rursus teletæ, rursus sacerorum commonet. Mirabar quid rei tentaret, quid pronunciaret futurum, quidni plenissime

simè iādudū uidebar initiatus. hoc uerbo usus est,
sicut & M. Tull.

in oratione pro Roscio Amerino inquit: Decem horis non
Eurnis, sex & 50. millia passuum cisjys peruolauit. Cisia
(ut Ciceronianum uerbum intelligas) sunt uehicula, super
qua re in lib. Annotationū copiose diligenterq; perscripsie
mus. Dies iduum.] Significat se pridie idus decembris
urbem Romam, quam sacrosanctam ciuitatem appellat, ac
cessisse. est autem dies mensis xij. Sacrosancta autem ciui-
tas merito Roma nominatur, cum ob religionem, cuius cul-
tores sincerissimi Romani semper extiterent: tū ob deos, quos
dedit mortalibus. Præterea (ut inquit Plin.) numine deūm
electa est Roma, quæ cælum ipsum clarius faceret. Eccle-
siastica doctrina sancta ciuitatem nuncupat Hierosolymā.
Compensis.] Minutulus error syllabæ unius, literæ ue, in-
terdum magis obturbat ac remoratur cōmentatoris inten-
tionē, quàm diēctiones totæ inuersæ atq; præposteræ. qualis
est hic locus, qui (ut uerum fatear) diu me torfit, uexa-
uitq;: cum emendatio congruens non suppeteret, & diēctio
barbara illiterataq; cognosceretur: tandem re etiam atque
etiā agitata, inspecta, perpensa, uideor (ut mihi blandiar
plausibiliter) aperuisse uerbum prorsus Apuleianum, ut sci-
licet legas Campensis, intellectu historico, & uerbo. nam
in campo Martio Romæ erat templum Isidis, unde à loco
sumpsit nomen ut campensis diceretur. quod autem in cam-
po Martio templum Isidis fuerit constitutum, præter alios
ostendit poeta Satyricus, cū ait: A' Meroe portabit aquas,
ut spargat in ædem Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouli.
namq; hoc uersu euidenter uidetur, ædem Isidis fuisse pro-
ximam ouli. ouile autem fuisse in campo Martio, tradunt
omnes,

omnes, et inprimis Strabo scribit lib. 5. dictatorem Syllam Marianos ad quatuor fere milia, quia arma proiecerant; in campo Martio ad ouilia coactos, immixtis militibus triduo iugulasse. Livi quoque ouile indicat fuisse in campo Martio, uelamine ab origine urbis 25. Quinetiam Seruius grammaticus, septa & ouilia in campo Martio inclusa tabularis tradit, quamuis parli explicat: ut in notis Seruiis nis coarguimus. Lego apud Iosephum lib. 18. Antiquitatu, templum Isidis funditus euersum esse Romae, iubente Tibertio, statuam Isidis in Tyberim fluium proiectam, sacerdotes Isiacos in cruce sublatos, ob scelus quo matronam adultero tanquam deo Anubidi prostitueraut. Phani aduenam.] templi se Isidis aduenam dicit, quia alienigena erat, nec Romae prius fuerat. indigenam uero religionis: quia caerimonias Isiacas optimè callebat, easq; edidit sacris initiatus. Hoc genere eloquendi eleganter uti possent sacerdotes nostri, qui ex prouincijs huc uenientes ad conciliabulum sacerdotale, sunt quidem aduenae ipsius templi ad quod ueniunt, sed religionis indigenae, quam in proprio solo & aliubi didicerunt, colueruntq;. Signifero.] zodiaco. interdum enim notius est uulgatiusq; uocabulu graecū, quam latinum. Sol magnus.] Potest legi magnum, iuxta illud Maroniam: Interea magnum sol circumuertitur annum. Annus enim solis magnus dicitur, comparatione lunaris anni, qui est mensurius. De magno anno, et maximo, doctissime inter caeteros auctores scribit Censorinus libro de Die natali. Interpellat.] interrumpit. Interpellare enim est, hominem aliquid dicentem aut facientem interrumpere et impedire: auctor Asconius. Interpellatores diei, qui molesta sunt. M. Tull. In studijs (inquit) sine interpellatore uero for.

for: signat se à numine deæ admonitum esse in somnis, ut secundam teletam expiationemq; sacrorum usurparet. Per mugil.] Veteres recto casu dicebant perugil. sic mugilis dicitur, & mugil. Teletæ.] expiationis sacrificialis.

Ac dum religiosum scrupulum partim apud sensum meum dispero, partim sacrorum consilijs examino, novum mirumque plane cõperior, deæ quidem me tantum sacris imbutum, ad magni dei dominique summi parentis innicti Osiris necdum sacris illustratum. quaquam enim conexa (imò uerò unica) ratio numinis religionisque esset, tamen teletæ discrimen interesse maximum. Prohinc me quoque peti magno etiam deo famulum, sentire debere. nec diu res in ambiguo stetit. Nam proxima nocte uidi quendam de sacratis linteis innectum, qui thyrsos & hederas, & tacenda quaedam gerens ad ipsos meos lares collocaret: et occupato sedili meo religionis amplæ denunciaret epulas. is ut agnitionem mihi scilicet certo aliquo sui signo subministraret, sinistri pedis ta-

Religiosum scrupulum.] Scrupulus religiosus, quem anxium fecerat Lucium, erat ex eo, quod cum sacris Isis pleuissimè initiatus foret, non intelligebat quid sibi uellent commotiones nocturnæ, quibus à dea iubebatur, ut rursus teleta expiaretur, rursus sacris consecraretur. quod, ut mox docet, erat referendum ad alteram magni Osiris religionem, quæ quamuis conexa sit cum Isidica cerimonia, tamen teletæ dissimilitudine discrimenatur. Sacratotura

rum antistitum, et iuris pontificij omniumque religionis peritissimorum. Ad.] Lege atque sit particula aduersatiua, quæ tamen ab antiquis per d scribitur. Dominis que.] Legi potest, deumque, pro deorum. Artio.] Corrige, ratio, menda est ex transmutatione literarum, quales errores subinde scaturiunt in codicibus impressis. Numinis religio nisque.] Ægyptij peræque uniuersif colunt Isidem et Osirim, quorum mysteria sunt cognata atque germana; nec immerito, cum Isis Osiridis et soror et coniunx fuisse dicatur: quæ uiro mortuo iurauit

lo paululum reflexo, cunctabundo clementer incedebat uestigio. Sublata est ergo postquam manifestam domini uoluntatem ambiguitatis tota caligo: & illico deæ matutinis perfectis salutationibus, summo studio percunctabar singulos, eaque qui uestigium similis ut somnium? nec fides abfuit. Nam de pastophoris unum conspexi, statim præter indicium pedis, cætero etiam statu atque habitu examussim nocturnæ imaginis congruentem, quem Asinium Marcellum uocitari cognoui, postea reformationis meæ alienum nomen. Nec moratus, conueni protinus eum, sanè nec ipsum futuri sermonis ignarum: quippe iam dudum consimili præcepto sacrorum ministrandorum commonefactum. Nam sibi uisus est quiete proxima, dum magno deo coronas exaptat, & de eius ore quo singulorum facta dicitur, audisset, mitti sibi Madaurenses, sed admodum pauperem, cui statim sua sacra deberet

deberet ministrare. Nam & illi nulli se deinceps
studiorum gloriam, & ipsi grā nupturā, prout He
de compendium sua compara rodotus, Diodor.
ri prouidentia. Eusebius, ceteriq;
prodiderunt. et ut

antē dictum est, Osirim solem, Isidem lunam esse arbitra
bantur, utrunq; multinominem & omnipotentem. Pro
hinc.] proinde, ideoq;. Magno deo famulum.] qui sa
cris Isidis desponsus est, idem quoq; Osiridi (quem magnū
deum uocat) famulari debet, & cōsecrari, ut numina con
iunctissima adaequē colat, sitq; utriusq; numinis sacerdos.

De sacratis.] Hic distinguendum est, ne iunctum legas de
sacratis linteis. est enim sensus & ordo : Vidi quendam de
sacratis (hoc est sacerdotibus) intectum linteis, id est, ue
ste linteā & sacerdotali amictum. Vidi.] scilicet, se
cundum quietem & in somnis. Thyrsos gerens.] Sacra
dotes Osiridis thyrsos et hederas gestare meritō dicuntur,
cum Osiris idem sit & Dionysius, siue Bacchus, quem uitis
& hederæ inuentorem perhibent; unde et uitisator dictus
est. Hedera Dionysia siue Bacchica uocatur, quam lingua
Ægyptia Osiridis platā nominant, quæ in sacris uiti præ
fertur, ex eo quod uitis folia amittat, illa uerò perennē ser
uet uiriditatem. Thyrsum autem dici hastam pampinis in
uolutam, & hederis circumfusam, tradunt; a qua cultores
Bacchi thyrsigeri dicti. Thyrsō (ut eruditi autumant) Li
ber pater ferit non sentientes, quoniam uinum latenter fe
rit cerebrum potoris. Thyrsum pro stimulo & incentiuo
posuit Lucretius. Religionis amplæ.] religionem Isidis
dicit. Cunctabundo.] lento & tardigrado. Incedebat.
] incedere uidebatur. narrat enim nocturnam uisio
nem,

nem, perfectis salutationibus, mysterijs diuinis celebratis.
 Quid sit salutare deum, ante dictum est. Et qui.] Melius
 legitur Ecqui, id est, num quispiam foret uestigium similis,
 hoc est, habens uestigia similia illi sacerdoti, quem in som-
 nijs uideram, qualemq; mihi quiescenti somniū demonstra-
 uerat. Est autem uestigium similis, archaismos uetusq; figu-
 ra, pro habens similia uestigia: sic & Virg. Omnia Mercu-
 rio similis, uultumq; coloremq;. Fide absuit.] Lego, nec
 fides absuit. Potest & legi, nec is defuit: utroq; intellectu le-
 ctioneq; planissima. Pastophoris.] Pastophoros sacer-
 dotes sacrosanctos esse, & pastophoria sacerdotum domi-
 cilia dici, supra explicauimus. Præter indicium pedis.]
 claudicationem intelligit, quæ ex sinistri pedis talo inflexo
 faciebat tardigradum sacerdotem. tales proprie dicuntur
 Scauri. Cæteros.] Legendum est cæteris, uel cætero: ut
 sit sensus, conspexi unum sacerdotem præter illud indicium
 pedis tortuosi, congruentem etiam in cæteris rebus & stas-
 tura et habitu nocturnæ uisioni. Statu.] Statura. Exa-
 musim.] perfecte, diligenter, absolute. Plaut. Examusim
 est optima. dicitur & ad amusim. Asinum Marcellū.]
 Lego, Asinium: siquidem Romanum nomen est Asinius, ut
 apud Catul. Marrucine Asini manu sinistra Non belle ute-
 ris. Celebrati sunt inter oratores Asinius Pollio, et Asinius
 Gallus. In patria mea gens Asiniorum fuit, olim florentissi-
 ma, opulentissimaq;: à qua turris in minuscuro foro construe-
 ta conuulsitur, quam à conditoribus in hodiernum usq; co-
 gnominant turrim Asiniorum, quæ altitudine structuræq;
 æquilibrio est Bononiæ spectatissima. Alienum nomen.]
 Legendum putamus, Non alienum nomen. dicit enim, Asi-
 nium Marcellum habuisse nomē non alienum à sua reforma-
 tione,

inatione, quā in asinum fuerat demutatus. namq; inter asinum & Asinium cognatio est & proximitas. igitur congruenter illi qui asinus fuerat, per Asiniū sacra ministrantur. *Commonefactū.*] sicut Isis sacerdoti suo per quietem praecepit, quae erga Apuleium essent faciendae: sic & Osiris sacerdotē suum pariter secundum quietem commonefecit, ut sacra sua Madaurensi Apuleio ministraret, *Magno deo.*] Osiridi. *Facta dicitur.*] *Elegantior lectio est Fata, ut intelligamus, fatalia mortalium decreta constitui decerniq; ab Osiride: tanquam causa primordialis sit, à qua ceterae causae dependeant. Madaurensis.*] *Ludrius Apul.* qui Madaurensis fuit, ex Madaura Africae civitate: ut docuimus in principio commentariorum, hinc *Platonius Madaurensis* dicitur à *Sidonio.* Illi.] *Apuleio. Ipsi.*] *Asinio Marcello.* *Magno cōpendio.*] *Lucro.* *compendiosum* dicimus *lucrosū*, sicut *econtrario* *disspendium* *damnum*, & *disspendiosum* *damnosum.* *Columella:* *Disspendiosa cunctatio est.*

Ad istum modum desponsus sacris, sumptuum tenuitate circa votum meum retardabar. Nam uiriculas patrimonij, peregrinationis attriuerāt impensae, & erogationes urbi-
caē pristinis illis prouincialibus antistabāt. Plurimum ergo duricia paupertatis intercedēte, quod ait uetus prouerbiū, inter sacrum & saxum positus

Desponsus sacris.] *Desponsa dicitur, quae promissa uxor est: desponsus, qui uxore spondit se ducturū. qui spondērat filiam, desponsisse dicebatur: hinc et desponsus dicitur, qui promissus est sacris, & obligatio*
Ecce x

tus: & desponsor,
 qui promisit: à
 despondendo nas-
 ta omnia. sponde-
 re uerò et despon-
 dere, à sponte in-
 clinantur, id est
 uoluntate. Illud obi-
 ter annotatu di-
 gnum, quòd des-
 spondisse animum
 is dicitur, qui suæ
 spontis statuit fi-
 nem, & de uita
 desperauit: qua elo-
 cutiõe usitati sunt
 M. Varro, Plautus,
 Liuius, Seneca, to-
 ta que illa cohors
 scriptorum classi-
 corum. Eleganter
 quoq; dixit Colu-
 mella, despondere
 sapientiam, pro
 desperaxeris ad sa-
 pientiam te perue-
 nire posse. Circa
 uotũ.] Corrige, cõ-
 tra uotum. Iuri-
 culas patrimo

cruciabar: nec secius tamen i-
 dentidem numinis præmebar
 instantia. Iamq; sæpicule non
 sine magna turbatione stimu-
 latus, postremò iussus, ueste i-
 ipsa mea quamuis paruula di-
 stracta, sufficientem corras-
 sumulam, & id ipsum præces-
 ptum fuerat specialiter. An tu,
 inquit, si quam rem uoluptati
 struendæ molireris, lacinijs tu-
 is nequaquam parceres? Nunc
 tantas cerimonias aditurus,
 impænitendæ te pauperiei cõ-
 taris comitem? Ergo igitur cū
 cõtis affatim præparatis, rursus
 decem diebus inanis conten-
 tus cibus, insuper etiam de Se-
 rapis, principalis dei, noctur-
 nis orgijs illustratus, plena iã
 fiducia germanæ religionis,
 obsequium diuinum frequen-
 tabam. Quæ res summum pere-
 grinationi meæ tribuebat sola-
 tium: nec minus etiam uictum
 uberiorẽ subministrabat, quid-
 ni? spiritu fauentis euectus quæ-
 sticulo forensi nutrito, per pa-
 trocinia sermonis Romani. Et
 ecce post pauculum tempus in
 opinatis,

opinatis, & usque quaque mirificis imperijs domini rursus interpellor, & cogor tertiã quoque teletam suscitare, nec leuicura sollicitus, sed oppidò suspensus animi, mecum ipse cogitationes exercitus, cogitabã quorsus noua hæc & inaudita se cœlestium prorigeret intentio: quod subsiciuum quamuis iteratæ iam traditioni remansisset, nimirum perperam, uel minus plenè consuluerunt in me sacerdos utriq;. & Hercules iam de fide quoque eorum opinari cœptabam sequius. Quò me cogitationis æstu fluctuantē, ad instar insanix percutum, sic instruxit nocturna diuinatione clemens imago. Nihil est, inquit, quòd numerosa serie religionis, quasi quicquam sit prius omissum, terreat. quin assidua ista numinum dignatione letum capesse gaudium, & potius exultare, futurus quod alij uel semel uix conceditur: teq; isto numero meritò presume semper beatum. Ceterum futura tibi sacro

nij.] Legendū est, uriculus, hoc est pusillas uires, à uiribus ὑρονορις uō inflexo uocabulo. Dicimus autem eleganter uriculus patrimonij, pusillum patrimonium siue facultatulam, & reculas. in Apologia scribit patrimonium à se imminutū modicè esse, partim peregrinationib; partim liberalitatibus, dum amicis opitulatur, & magistris gratiã refert, quorū filias etiam dote auxit. Rogationes urbi cæ.] Sensus est: eorogationes pecuniarum, quas in urbe Roma facere cogebat, ut sacris Osiridis consecraret, longè maiores

erant, quàm fuisset illæ priores
provinciales, in
Achaia scilicet
provincia factæ,
ad peragendâ Ista
cæ ceremonie con
secratione. Ab ur
be deriuatur ur
bicus, et urbanus:
ut ab oppido, oppi
dicus & oppida
nus. præterea ur
banicianum usura

pari leges, & urbicarium, ab eadem origine formato
uocabulo. Antistabant.] præcellebant, exuperabantq[ue].
Dicimus antistat cæteros & cæteris, sic præstat doctos et
doctis, pro exuperat & antecellit. Duricia paupertatis.]
Versus apud Græcos uice prouerbij celebratus est, ἄλλο ἄλλο
ὄνειδος βαρύτερον ἢ τὸ πένθος: id est, nullū onus paupertate duri
us, grauiusq[ue] est. Ab eisdem Græcis id quoq[ue] canitur, ἄλλο
ὄνειδος βαρύτερον ἢ τὸ πένθος: id est, paupertatem fere
re & senectutem difficile est & durum. Inter sacrum
& saxum positus.] Prouerbum hoc difficultatis est, &
periculi: cui consimile est illud uulgi sermone proteritū, in
ter calces & parietem. hoc autem maxime Plautinum est
ex Captiuis: Nunc ego inter sacrum saxumq[ue] sto, nec quid
faciam scio, sumptum autem uidetur à frædere faciendo, cuius
hæc erat formula. Fræcialis sacerdos sumpto in manus
saxo, porcoq[ue] adhibito, post recitatas ex tabula leges: Audi
(inquit)

(inquit) Iupiter, si illis legibus Pop. Romanus prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die Pop. Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tantoq; magis ferito, quanto magis potes, pollesq;. Vbi id dixerat, porcum saxo silice percutiebat. ex hac solennitate fœdus grammatici dictū esse interpretantur, à porca fœdē & crudeliter occisa. Igitur cum porcus ille inter sacrum fœderis, & saxum facialis sacerdotis staret periculo proximus, fœdamq; mortem iamiam subiturus, ubi nullum erat effugium: inde factum est proverbium de hominibus in periculo & difficultate positis, ut dicatur, Inter sacrum et saxū positus est. Haud longē dissimilis sententia est παρὰ τοῦ ἱεροῦ illa Græcorū τὸ ὑπὲρ ἰχθὺν τὴν ἀνδρῶν: latine dicitur, auribus lupum tencor cuius Terentius, Suetonius, Hieronymus meminerūt. Quoniam incidimus in mentionem lapidis sacrificialis, nō ab re fuerit hoc potissimum loco annotatiuiculā conficere, enarrareq;, quid sit Iouem lapidem iurare. nam & apud M. Tul. quæri solet, quid significet in epistolis ad Trebatium: Quomodo tibi placebit Iouem lapidē iurare. & apud Gellium: Iouem lapideum, inquit, quod sanctissimū ius iurandū est habitū, paratus sum ego iurare. Hoc anxie quærēs, legi iam pridē, quod ad hāc rem facit apud Festū Pompeiū, scriptorem promiscuū, sic tradi: Lapidē silicē tenebāt iuraturi per Iouē, hęc uerba dicentes: Si sciēs fallo, ita me Diespiter salua urbe arceq; bonis eiciat, ut ego hūc lapidem. Verū eum hoc grammatici interpretamentum non plenum esse mihi uideretur, neq; desiderio faceret satis, in euoluēdis uoluminibus incidi in Polybium Megalopolitanum, qui fusius ueriusq; explicat, quid sit Iouem lapidem iurare. cuius uerba, ut res planius noscatur, apposui ex libro 3 historiarū.

rum, quæ sicut hæc: In primo fœdere iusurandum factum accipimus, primum Carthaginenses deos patrios iurati sicut: deinde Romani per lapidem, secundum uetustissimū ritum, Martis Quiriniq; numinibus additis, iusurandum præstiterūt; ritus uerò lapidis fuit huiusmodi. Fœcialis sumpto in manus lapide, postquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc uerba dixit: Si rectè ac sine dolo malo hoc fœdus atq; hoc iusurandum facio, dii mihi cuncta fœlicia præstent. sin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus saluis, in proprijs patrijs, in proprijs legibus, in proprijs larijs, in proprijs templis, in proprijs sepulchris, solus ego peream, ut hic lapis è manibus meis decidet. nec plura locutus, manu lapidem deiecit. Hactenus Polybius. Sepidè.] Minutulus error, pro sapiculè: aduerbiū est, Lucio nostro frequens, id est sæpe. Vestè distracta.] uestibus diuenditis: Vendidi (inquit) uestimenta mea, ut ita confecta pecunia possem erogationes peragere ad consecrationem religionis Isis pertinentes. Corrafi summulam.] collegi consecrauiq; summam pecuniæ mediocrem. sic supra: Viaticulum corrafi. Inde corrasas pecunias, pro collectas & congregatas dixere iurisconsulti tit. de bonis damnatorum, hisce uerbis: Plerunque inde corrasas pecunias præsidēs ad fiscum transmiserūt. Lacinijs nequaquā parceres.] Proba argumētatio à maiori: si causa noluptatis implendæ homo nõ parcat impensæ, et uendit uestem: quanto id magis æquum fieri causa cerimonie aduendæ, cum diuina terrenis, cum æterna caducis, cum bona animi bonis corporis longè sint anteponenda. Impenitendæ pauperiei.] Impenitenda est pauperies, quam facimus causa religionis. propter quam multi aurum argentumq; abiecerunt, bona terrena conculcantes,

conculcantes, ut animo beatissimi forent. Multi nunc sacer-
dotes (de bonis loquor) cum nihil habeant, omnia tamen
possident: iuxta Apostolicam sententiam, quorum Deus di-
spensator est largissimus. Talis ergo pauperies non solum
est fugienda, sed ultro appetenda, ut Deo ditissimi simus,
quibus diuitijs nulla ueriores existunt. Pauperies autem ac-
cipitur & pro inopia, & pro damno. Contra compluribus
inuenias, qui exemplum Ananiae & Saphirae imitentur,
qui Deo mentientes, agro diuendito partem precij ante
pedes Apostolorum posuerunt, partem sibi reseruantes.
Multi auro suffarcinati Deum sequuntur, & foris panno-
si ac senti, domi aureos uentilant: non tam soteria, hoc est,
seruatorem nostrum, quam argentinum deum aesculanumque
percolentes. Comitem.] Legitur & committere. Afo-
fatim.] abunde, large, copiose. Inanis contentus cibus.]
Lego inanimis, hoc est inanimatis. Dicit enim se in hac
quoque cerimonia auspicanda abstinuisse ab esu animalium
per decem dies, sicuti & Isiacis quoque mysterijs factitauerat.
Trimegistus: Hoc optantes conuertimus nos ad puram
& sine animalibus coenam. Denarias ceremonias prisci di-
xere (ut iam docuimus) quibus sacra adituro decem con-
tinuis diebus, certis quibusdam rebus & cibus erat tempe-
randum. De Serapis orgijs.] de Serapi supra copiosissime
me annotauimus, quem eundem & Osirim esse tra-
dunt omnes, & hic noster euidenter ostendit. Diodo-
rus in primo Bibliotheca: Osiris tum Serapis dicitur,
tum Dionysius, tum Pluto, tum Amon, tum Iupiter. Mar-
titanus quoque in hymno sic inquit: Et Serapim Memphis, Ni-
lus ueneratur Osirim. illud adde, quod Appion cognomina-
tus Plistonices, scriptum reliquit, fuisse in labyrintho Aegy-

pti colosseum Serapim, ex smaragdo nouem cubitorum.
 Germanæ religionis.] uel quod religio Osiridis & Serap
 pis germana, imò eadem est, cum idem sit numen: uel pos
 tius, quòd cerimonie Isis & Osiridis (ut antè dictum
 est) sunt inter se cognatæ atq; germanæ: ob quam cognat
 tionem fidentior obsequium diuinum capeſſebat. Quid
 ni.] cur non interpositio comica, ut supra. Fauentis eo
 uentus.] Superius quoq; annotatum est, euentum fuisse deũ
 priscorum, maxime agricolarum: quem M. Varro inuocat
 in primo de re Rustica: quoniã sine successu ac bono euentu
 frustratio est, non cultura. Praxiteles (Plin. teste) fecit eo
 uentus simulacrum, quod fuit Romæ in Capitolio. Nue
 trito.] scilicet mihi: & subaudi uerbum Subministrabat.
 Quæsticulo forensi.] Quæsticulus forensis dicitur, paruum
 lucrum, partum ex actione causarum forensium: quarum
 se actorem & patronum fuisse significat. dicitur quæsticu
 lus, pusillus quæstus: ut Lucellium, minutum lucrum. M. Tull.
 in 2. de Diuinatione: Conuenire potest aut fissum iecoris
 cum lucello meo, aut meus quæstuculus cum cælo, terra, reo
 rumq; natura. Sermonis Romani.] Latini: idem enim
 est sermo Romanus et Latinus: at (ut inquit Diomedes) La
 tinis est incorrupta loquendi obseruatio secundũ Romanam
 linguã. Patrij sermonis egestus, dixit Lucretius: pro Romæ
 ni, hoc est Latini. Aliubi fufius latiusq; explicauimus, uer
 naculum sermonem Romanorum fuisse latinum. Impe
 rij domini.] iussu Osiridis. Vellege Deũ, pro deorum
 cuiuscumodi error frequenter obrepsit. Tertiam teletã.]
 expiationem, purificationemq;: ut tertie quoq; religionis
 sacris initiarer, ut ter sacratus, ter religioni desponsus fierẽ
 beatissimus, cum numerus ternarius plene perfectus sit, &
 masculinus

masculus numerus dictus. Oppidò suspensus. Jualde sollicitus. Animi.] pro animo: archaismos, ut supra. sic Horat. Integer est animi. sic & M. Tul. pendeo animi. Exercitus.] exercitatus, & iugi cogitatione mecum ipse re cogitans. Aliàs exercitus dicitur cõtempus, ut docet Placides ex auctoritate Plauti, scribentis: Nos nostrãq; familiã babes exercitam. Quid subsiciuun.] quid reliquum. Si per hoc uerbo, suo loco satis ac super. Iterata.] repetitæ: & hoc dicit propter sacra primò Isidis, mox Osiridis, quibus utrisq; fuerat dedicatus. Horat. Cras ingens iterabimus æquor. Sacerdos utriq;.] alter Isidis Mithra, alter Osiridis Asinius Marcel. Sequius.] in deteriorem partem. Percitum.] percussum, commotumq;: ea ferme commotione, qua insani solent. Nihil est, inquit.] Verba imaginis diuinæ & propitiæ ad Luciũ: quibus admonetur, ut alacri animo & fidenti & gaudibundo tertiam sacrorum traditionem suscipiat, initieturq; tertijs sacris, auctoribus dijs: quod illi felix ac salutare futurum sit. erant autẽ hæc tertia sacra Isidis, scilicet Romanæ, ut scilicet ita Romæ Isidis sacris dedicaretur, sicut in prouincia Achaia fuerat dedicatus. nam cum in prouincia reliquisset amictũ illum Isiacum sacerdotalem, erat opus ut alterum Romæ quoq; repararet, et ita secunda Isiaca cõrimonia imbueretur, quoniam sine illa sacrificali ueste diebus solennibus supplicare non poterat. Numinum dignatione.] Quod dii dignentur te tam frequenter inuisere, quòd te peculiariter dignum iudicent suorum sacrorum initiationibus. De isto numero.] scilicet ternario, qui princeps est imparium, qui perfectus gignit senarium, nouenariumq;: cuius auspicio preces tertio, ac libamina repetuntur, ut Pythagorici autumant,

autumant, ternario numero omnia continentur. Græci triada uocant, cuius uim multiplicem explicat Ausonius in Grypho ternario. Libet obiter enodare nodum ex grypho Ausonij de trigono, sic scribentis: Per trinas species trigonorum linea currit Equilatus, uel crure pari, uel nominis impar. quibus planè uersibus significatur, quòd tripleuros tres habet formas dissimili positione figuratas. Nam trigonos omnis aut est isopleuros, aut isosceles, aut scalenos. Isopleuros est, tribus paribus lineis lateribusq; concurrrens, latine æquilaterum dicitur: æquilatus, dixit Ausonius. Isosceles est, quod ex tribus lineis duas æquales habet, quibus quasi cruribus insistit. nostri æquicrurum uocitant: Ausonius, crure pari. Scalenos uerò, omnes lineas tres inæquales habet: quod signat clausula carminis nouissima, uel nominis impar. In mentione ternarij numeri subit mentem prouerbiū græcum, τὰ τρία ἐν τριῶ: quo significatur, octonario numero cuncta contineri. Quidam autumant deos esse octo, omnium dominos, & cuncta continentes: uidelicet πῦρ, ὕδωρ, γῆ, ἄνεμος, οὐρανός, ἡλίος, μήτις, νύκτα: id est, ignem, aquam, terram, cœlum, lunam, solem, mithram, & noctem. Vbi annotandum, mithram à sole seiungi, diuersumq; censeri deum. Alij hanc paræmiā aliunde ortam prodiderunt. Exuuias deæ.] Intelligit Olympiacam illam stolam nuncupatam, quæ erat talaris byssina floridè depicta, qua indutus insignitusq; celebravit natalè sacrorum Isiacorum: ut proximè explicatum est. hanc autem uestem exuerat deposueratq; in templo Isis provincialis in Achaia. Ideoq; paranda erat Romæ altera, per nouam religionis consecrationem. Felici amictu.] Nimirum felix amictus est ille nominandus, quo ex prophaniæ

efficimus

efficimur sacriati, ex impuris puri, ex tenebricosis luminoso-
 si, & ab hac rerum terrenarum colluione transferimur
 ad uitam sincerissimam, & perinde beatissimam: qua tu
 Antistes amplissime illustratus, meritò dici beatus potes, et
 fœlix, cum in te sacerdotali dignitati sit literarum doctri-
 na coniuncta. Initiare.] Ego initiatus tertijs cœrimonijs
 imperatiui modi est. Dijs magnis.] Osiris, siue Serapis
 & Isis, dij magni intelliguntur, quorū auctoritate & iussu
 iubetur tertium consecrari. Græci δῖς μεγάλης uocāt deos
 magnos, de quibus M. Varro hæc: Principes dei cœlum &
 terram, hi dei. Idem: qui Ægypti Serapis & Isis, in Latio
 Saturnus et Ops, cœlum enim & terra (ut Samothracum
 initia docent) sunt dei magni, & hi quos dixi multis nomi-
 nibus. hætenus Varro. Idem: Dei magni Samothracæ no-
 minantur, de quibus Satyricus: Iures licet, & Samothracū
 Et nostrorum aras. Macrobius in 3. Saturnalium, non parū
 multa scripsit de dijs penatibus, quos eosdem & deos ma-
 gnos & Samothracas & deos patrios esse, celeberrimorū
 scriptorum auctoritatibus ostendit: ex quo liquet, uerum id
 esse quod sæpe iam pridem testati sumus, deum esse unum,
 nomina multa.

Hætenus diuini somnij sua
 da maiestas, quod usus foret,
 pronunciauit. nec deinceps
 postposito, uel in supinā pro-
 crastinationem reiecto nego-
 cio, statim sacerdoti meo rela-
 tis quæ uideram, inanimæ pro-
 tinus castimonix iugū subeo,

Suada.] suas
 dens, & (ut uete-
 res dicebant) per-
 suatrix: Græci Πι-
 tho uocant persua-
 dendi deam, quæ
 in labris Periclis
 Atheniensis scrip-
 sit Eupolis fessita-
 nisse.

uisse. hanc Ennius
 Suadam appellauit, scribēs Cethegum oratorē Suadæ medullā fuisse, ob suam eloquentiam. Horat. suadela uocat, illo uersu: Et benenummatum decorat Suadela, Venusq;. Quintilianus rhetoricen dicere uolens esse Suadæ medullā, nec tamen audens uti uerbis Enniani, dixit persuadendi opificem: quod græcè Isocrates dixerat *ἰσοκράτης ἀπομυστεύειν*. à poeta bono fames malesuada decenter dicta est, quod suadeat maleficia, & ad malum præcipitanter impellat. In supinam procrastina

& lege perpetua præscriptis illis decem diebus spontali sobrietate multiplicatis, instructum teletę comparo, largitus ex studio pietatis magis quàm mensura reb⁹ collatis. nec Hercules laborum me, sumptuūq; quicquam pœnituit. quidni? liberali domini prouidentia iā stipendijs forēfibus bellulę fortum. Deniq; post dies admodum pauculos, deus deūm magnorum potior, & maiorum summus, & maximorum regnator Osiris, non in alienam quampiam personam reformatus, sed coram suo uenerando me dignatus affamine, per quietē præcipere uisus est, quam nunc incontanter gloriosa in foro redderē patrocina, nec extimescerem maliuolorum disseminationes, quas studiorum meorum laboriosa doctrina ibi deseruiebat. Ac ne sa cris suis gregi cætero permixtus deseruirem, in collegium me patrophororū suorum, imò inter ipsos decurionum quinquenales

nales elegit. Rursus denique, quàm raro capillo collegij uetustissimi, & sub illis Syllæ temporibus. conditi munia non obumbrato uel obrecto caluicio, sed quoquo uersus obuiio, gaudens obibam.

F I N I S.

dis. iuxta illud Silij: Cum fata tenemus, Pelle moras, breuis est magni fortuna fauoris. M. Tullius in 6 Philipica: Nam cum plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est, tum hoc bellum indiget celeritate. Dicimus procrastinare & recastinare: pro differre, & in crastinum prorogare. Columella: propter quæ recastinari nõ debet. Inanimæ castimonia.] Iam (inquit) redeo ad castimoniam, abstinentiamque ciborum inanimatorum: sicut iam his antè factitauerat. Inanima castimonia dicitur, frugalitas edendi, qua ab animalibus abstinentes, cibarijs uescimur ac nimia carentibus, sicut paulo antè dixit: Inanimè contentus eibis, qui uictus est Orphicus & Pythagoricus. Talis autè uita & castimonie iugum plerisque omnibus durissimum est, assuetis carnibus uesci, & mihi imprimis: qui malim inter creophagos quàm carpophagos annumerari. et quãuis clamet Pythagoras, Parcite mortales dapibus temeræ re nefandis Corpora, diuitias alimentaque mitia tellus Sugo gerit, atque epulas sine cæde & sanguine præbet: tamen ego illud ecclesiasticum probo, Omnia munda mundis: & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione suscipitur. Si quis mihi interdiceret esum carniū, & ad inanimos cibus

bos relegaret, citissime tabescerem, fieremq; & ipse inani-
 mis. Hic occurrat forsitan quispiam dicens, Heus tu magi-
 ster & commentator noster, hæccine tua est disciplina? sic
 nos instruis? Ganeo es, & lurco, & edax, & uorax? Tu no-
 bis popinam & gancam colendam præcipis? Nescis studiū
 salutare fieri non posse citra frugalitatem? nescis parco ui-
 etu & tenuiculo opus esse studiosis disciplinarum, quarum
 tu haberes professor tam magnus, tam famigeratus? Quo-
 modo potes corpori simul & animo uacare? Quomodo po-
 pinam simul et libros colis? Isti ego (Si quis forsitan id quæ-
 rat) sic uoce exertissima respondeo: Lautior uictus ad stu-
 dendum, ad philosophandum, ad bene uiuendum impedi-
 mento non est, modo sit moderatus: quod olim Aristippum
 dixisse tradunt. Ego iuxta illud saluberrimum præceptum,
 edo citra satietatem, bibo citra ebrietatem, edo & bibo ut
 uiuam (prout Socrates monet) non uiuo ut eadem & bi-
 bam, ut Asoti de patella proclamāt. Simplex quidem cibus
 mihi iucundissimus est, ut pote qui homini saluberrimus esse
 dicatur: sed cum uolo deliciauiorem, nec inficior, esculen-
 tiorēq;: qui nec oneret sensus, nec difficulter perficiatur.
 nec enim ita stomachus meus concalluit, ut etiam cruda di-
 gerere possit. in summa, non saginam, non uoratinam ex
 usu carniū quæro: sed bonam corporis ualitudinem, &
 ingenij salubritatem. & profectò longe conducibilis
 salutarisq; est modico cibo, & eo quidem precioso ueni-
 culas reso cillare, recreareq;, quàm oleribus & pomis atq;
 leguminibus implere uentrem ad saturitatem: quæ omnia
 sunt cacochyma, ut Galenus docet: & argumenta quoti-
 diana euidenter ostendunt, quibus corpus distentiū languet,
 & animus hebetescit. Sed cum hæc idē *ἡ ἀρετὴ* dicta
 sint,

sint, iam à diuerticulo in uia regrediamur, ut extrema manu
 dijs hominibusq; fauentib. hisce comētarijs imponatur: ut tandē
 Lucius noster ex tenebroso lucidus factus, prouolet in publicū, et in man^o
 tuas Antistes Maxime festināter conueniat, quæ illū comiter, desideranter, amanterq; exci-
 piēt. Spōtali sobrietate multiplicatis.] Ex præscripto legis sacerdotalis,
 cibaria uoluptas per dies tantū decem erat coercenda, & sinceritas
 castimonie obseruanda: tamen Lucius noster ait se multiplicasse
 dies illos frugalissimos, & ultronea sobrietate longe pluribus
 diebus quàm lex ipsa præscribat fuisse abstemium, abstinuisseq;
 à eibatu animalium esculentiore. Quidam putant multiplicatos
 intelligi dies, quia iam tertia uice abstinens sit, et inuinius,
 ut ita multiplicati ter dies decem summā conficiant mensurā.
 In struetum teletæ.] apparatus, instrumētumq; necessariū ad tele-
 tam, id est, purgationē et cerimoniam tertiā indispiscendā.
 nomen est quarti ordinis. Largitus.] large & abundanter,
 media correpta pronunciandum, cum aduerbium sit. dicitur enim
 largitus pro large, ut publicitūs pro publice. Affranius: Quid
 istud est? quid fles? quid lachrymas largitus proloquere? Domini.
] Osiridis: uel dic deū pro deorum, ut sæpe. Bellule fotum.] Ordo est:
 nec me pœnituit sumptum bellule fotum, hoc est, satis belle & eleganter
 suffarcinatum, instructumq; ex lucello & mercede forensis patrimonij.
 Bellule aduerbium Plautinum est, tertio gradu diminutionis: bene,
 belle, bellule. Deus maiorum summus.] Describitur maiestas
 Dei amplissimi sacratissimiq; Osiridis, facta amplificatione per
 exornationem, quæ græcè climax, latine gradatio nominatur,
 quæ repetitio cuiusque superioris uerbi fit: quæ res habet lepo-

rem quendam, & elegantiam. Consimile est illud: *Galus non magis pecuniarum repetundarum, quam maiestatis neq; maiestatis magis, quam Plautinae legis: neq; Plautinae legis magis, quam omnium legum reus inuenitur.* Affa mine.] affatu & alloquio. Non in alienam personam reformatus.] Tale est illud poeticum: Cum mihi se non ante oculis tam clara uidendam Obtulit, & pura per nocte in luce refulsit Alma parens, confessa deam, qualisq; uideri Coelicolis, & quanta solet. Scribit Iamblichus Platonius in lib. de Mysterys, quod omnes superi inuocati ueniunt in conspectum: sed alij sub alijs formis occurrunt. Dij in aspectum ueniunt admodum salutare: archangeli horribiles simul & mansueti. Mitiores angeli, Daemones metuendi, Heroes uerendi minus. deorum pulchritudo occurrit inæstimabilis, incomparabilis, admiranda, supra modum delectans. Archangelorum angelorumq; consimilis: sed gradatim inæqualis deorum apparentium magnitudo totum cœlum occupare uidetur. Daemonum magnitudo et forma minor, heroum rursus augustior. Deniq; quilibet pro magnitudine potentiae suae, & imperij latitudine, magnitudinem formae lucisq; praefert. deorum imagines quam plurimo splendore coruscant. Dij animas perfectissime purgant, exhibent in super alij nobis alia. Dij praesentes dant corpori sanitatem, uirtutem animae, menti sinceritatem. quod in nobis est letiferum delent, calorem fouent, efficaciorumq; reddunt ad uitã, et harmonia intelligibili menti lumen ofundunt. Optandum est ergo ut deus potens uenerando affamine nos dignetur, ueniatq; in aspectum nostrum inuocatus, ut tribuat bona praemia: sicut Lucius noster ait, *O si rim suum sibi apparuisse opitulatorem, monitoremq; uitae salutaris,*

salutaris, & ut patrociniā susciperet calamitosorum, cum homo hominum iuandorum causa natus sit. Recipere.] Lego, præcipere: est enim uisus præcipere & monere. Incōtanter.] sine cunctatione et procrastinatione. Deseruebat.] Emendo, differebat: hoc est, disseminabat. præmissit enim disseminationes maleuolorum: nam rumusculi & maledicta inuidorū differebantur, id est, disseminabantur, diuulgabanturq;: cum gloriosa doctrina Lucij rumperentur, & hominis uirtutem ferre non possent. inuidet enim nemo nisi superiori. Sententia Plautina est: Malim mihi inuidere inimicos meos, q̄ me inimicis meis. Gregi cætero permixtus.] Voluit (inquit) Deus me esse inter suos cultores egregium & eximium: hoc est, e grege exemptum, tanquam excellentiorem, lectioremq; nec dignū gregali colluuiōe. In collegium pastophororū.] Antè dictum est, pastophoros fuisse uenerabiliores, maiorisq; auctoritatis sacerdotes, quorum collegium erat sacrosanctum. Sensus est: Osiris deus elegit me non solum ut essem unus in collegio pastophororum, uerum etiam inter ipsos decuriones, quorum dignitas erat temporaria, qui per quinquennium præerant ipsi collegio. Nunc hodieq; in collegijs conciliabulisq; nostrorum sacerdotum creantur rectores generales, præsules, uicarij temporarij, quorum imperium ferme triennale est: hos nunc decuriones uocat, sicut in municipijs decuriones dicuntur senatores gubernatoresq; primarij, & in militia decuriones præfecti turmarū equestrium. Animaduerti in libris Esdræ pastophorium propiè dici triclinium siue cœnationem, in qua sacerdotes discumbunt. sic enim scriptum est: Exurgens Esdras ab antè atrium templi, abiit in pastophorium Iona

thæ, & hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bi-
 bit, super iniquitatem multitudinis. Item paulo ante: in pas-
 tophorio domus Dei nostri, ubi exposuit commentator, pas-
 tophorium esse thalamum, deputatum ad uescendum extra
 atrium sacerdotum. Quam raro capillo.] Legi etiam
 rituumq; cerimonia se peregrisse munia & officia, pertinen-
 tia ad collegiū pastophororū, quod Syllanis temporibus cō-
 ditum fuisse designat. Cuius rei nulla sanè extat historia,
 nec refert, neq; enim res hæc est digna historico stilo, cum
 auctore Cornel. Tacito ex dignitate R. P. repertum sit, res
 illustres scribendas annalibus mandare: minuta uero & ui-
 lia, qualia sunt hæc de collegio pastophororū, diuinis urbis
 actis tradi. Non obumbrato.] Solent pleriq; omnes sa-
 cerdotes tiara siue pileolo capitis coronam caluiciumq; sa-
 Eticium obumbrare, obtegereq;. Lucius uero noster deno-
 tat, se capite aperto detectoq; incedere solitum, palam os-
 tentans derasum caput, & obuium omni ex parte exhi-
 bens, nullo galericulo nulloq; pileolo obumbrans caluiciū
 sacerdotale: per quod ostendere uidetur, se simplicib. mori-
 bus & aperto pectore, pureq; & (ut ita dicam) fenestra
 to obysse munia religionis, citra omnem personam, seueri-
 tudinem, sanctitudinemq; adumbratam: sub cuius uelamen-
 to multi flagitiosi delitescunt. Suprà suo loco annotauimus
 (non indiligenter opinor) pertinentia ad derasum caput sa-
 cerdotis, coronamq; calucij manu fectam. Illud adde, ne
 quid sciens praterream: in lu. Et. & amarum dine solitos uo-
 teres, maximeq; Judæos, radere caluicium, & caput pulue-
 re cinereq; turpare. hinc illud Ezechielis: Et superiacient
 puluerem capitibus suis, & cinere constringentur, & rade-
 rent

dent super te caluicium, & accingetur cilicys. Apud eundem Dominus præcipit (quod annotatu dignū scituq; est) ne sacerdotes caput suum radant; neq; comam nutriāt, sed tondeant. Quoquò uersus obiuo.] ex omni parte spectabili, cunctisq; conspicuo caluicio. Gaudens obibam.] cum gaudio, cum hilaritate adibam, peragebamq; munia sacerdotalia: quæ lætus obibit & plenus gaudio, quisquis fuerit sacerdos integer uitæ, scelerisq; purus: cuius mens nõ in terris curua, sed in cælum sublimata, nihil nisi diuinum, nisi cæleste cogitabit: qui contemplatu Dei ac diuinitatis perfruens, uitam deget gaudialē, ac prorsus beatam: cuius uitam nos aliqua ex parte participes esse possimus.

Finis Commentariorum in Apuleij Asinum
aureum.

Fff 3 CON

CONCLUSIO OPERIS, AD D.
 Petrum Archiepiscopum Colocen-
 sem, &c.

Habes Antistes maxime, cōmentarios Apulcianos Pbiis
 lippea incude formatos, & succisuis lucubrationibus ab-
 solutos: qui si faciunt ad stomachum literatorum, & cum
 primis tuum, si tibi probantur, tuiq; similis, in cœlo sum,
 nec operæ fit iactura, bonasq; horas bene collocatas esse
 gaudibundus exultio. Vale, & hoc quicquid est muneris
 literatorij, ea hilaritate benignus cape, qua lucubrationes
 id genus nostras capere consueuisti. Qui cum maximis ipse
 studijs polleas, nostra sitienter amplecteris. Lectio Asini
 Apuleiani nimirum speculum est rerum humanarū, istoq;
 inuolucro effecti nostri mores, expressaq; imago uitæ quo-
 tidianæ conspicitur. Cuius finis & summa beatitas est reli-
 gio, cultusq; diuinæ maiestatis, unā cum eruditione copula-
 ta connexaq;. Iam uale decus Antistitum, & commenta-
 rios hosce unā cum Asino aureo confertos perlege: quo pla-
 nē opere Lucius noster magiam asserere, eamq; rerum om-
 nium potentissimam ostendere, pro uirili paro-
 te contendit.

AD

AD MAX[▶] ANTI
STITEM, D. PETRUM ARCHIEP
episcopum Colocensem, Philippi
Beroaldi Bononiensis Epi-
stola.

MOS fuit, antistes amplissime, Statuas eorum publi-
ce dicare, qui aliqua illustri causa perpetuitatem
meruissent. Summiq; homines non pauci, simula-
cra corporum suorum in propatulo collocata conspici uo-
luerunt: ita nominis gloriae consulentes, sibiq; immortali-
tatem prorogantes. Præclarum hoc sanè negocium. Cuno-
sta enim uirtutis monumenta præclara esse censeo. Sed ni-
mirum illud multo præclarius est, multoq; perennius, inge-
niorum quàm corporum effigies relinquere, animorum quàm
membrorum expressa liniamenta nepotibus posterisq; dis-
seminare in memoriam sempiternam. Siquidem statuae et
imagines intrecunt, aut ui conuulsa, aut uetustatis situ de-
coloratae: uoluntaria uerò, quæ sunt uera spirantiaq; homi-
num simulachra, nulla ui conuelluntur, nullo senio oblite-
rantur, fiuntq; uetustate ipsa sanctiora durabilioraq;. Ego
iam pridem aliquot id genus effigies sub literatoria incu-
te proCUS, mihi ipsemet publice posui: quibus non minus
opinor ingenij mei similitudo expressa conspicitur, quàm
Olympionicarum simulachris perfecta corporum liniamenta
spectabantur, quæ Iconica auctores appellant. Hoc ue-
rò nouiciam animi nostri simulachrum uario effigiatu cul-
tuq; laborioso perpolitum, sub tuo nomine publicamus, ti-
biq; nuncupatim dedicamus, Archiepiscopo Colocensis
quem merito beatum censemus, cuius amplissimæ religioni

luculēta doctrina cōiuncta est: quæ duæ sociabili nodo cō
 nexæ, proculdubio sunt beatitudinis effectrices. Quippe re
 ligio uitiorum expultrix, Deo nos conciliat, et uinculo pul
 cherrimo connectit: doctrina uerò uirtutis indagatrix, im
 mò ipsa uirtus animos nostros exornat, excolit, uenustat.
 Tolle ex mortalium commercio religionē atq; doctrinam,
 quibus haud dubiè uita constat: cuncta conspicias in condi
 ta, impolita, squalentia: nec minus tenebricosa, quàm si ex
 mundo solem lunamq; sustuleris. Pythagoras ille philoso
 phiæ primus nuncupator, inter plurima quæ humano ge
 neri saluberrima docuimenta præcipit, cum primis monet,
 Deum religione colendum esse, animū disciplinæ excolen
 dum. Tu perinde ac Pythagorici dogmatis obseruantissim
 us cultor, ita religione præcellis, ita doctrina præpolles,
 ut nulli Antistitum clarissimorum sis secundus: agisq; Ar
 chiepiscopum ex omni prorsus parte absolutissimū, in quo
 confertus Episcopaliū uirtutum chorus splendet, & sa
 cerdotalia ornamenta collucent: Ecclesiæ columen, Euan
 gely tuba, & doctrinæ Christianæ promptuariū: Apo
 stolus Paulus, in Episcopo perfectissimo desiderat sobrie
 tatem, prudentiam, sanctitatem, cōtinentiam, sanamq; do
 cttrinam: quæ omnia in te uno affatim cumulata cōspiciun
 tur. Tu sobrius, tu prudēs, tu moribus defecatis ornatus, tu
 castitate uitæ sanctissimus, frugalissimusq;: doctrina ue
 rò tanta peculiariter excellis, ut non minus sis eruditio
 ne quàm Archiepiscopatu memorādus: instar Iubæ regis,
 quem studiorum claritate quàm regno memorabiliorē au
 ctiores clarissimi prodiderunt. Tu instar Cypriani auro ar
 gentoq; suffarcinatus existi de Ægypto, iuxta Dominicum
 præceptum despoliata. Tu mellis primitias (hoc est, præ
 dulcem

dulcem eloquij suauitatem) Domino obtulisti. Tu, sicuti di-
 ceris, ita re ipsa es Archiepiscopus, hoc est princeps prima-
 riusq; episcoporum. Nam sicuti claritudo natalium non fa-
 cit matrem familiam, sed boni mores: ita neque stemmata,
 neq; opes, neq; nobilitas dant primatum apicemq; summo
 sacerdoti, sed religio doctrinae copulata. Contrario com-
 pluseculi hac tempestate in ecclesia Dei uisuntur, qui cum
 episcopali dignitate sint summi, morum & inscitiae deho-
 nestamento sunt infimi: quibus magna lauticiae luxuriaeq;
 cura est, maxima uirtutis incuria. In quibus Episcopi nihil
 quicquam cernas, praeter habitum & nomen: qui quid sit
 episcopatus ignorant, instar Phaniae pontificis, propter ru-
 sticitatem quid esset pontificatus nescientis. Conditores ec-
 clesiasticae litteraturae celeberrimi prodiderunt, caecum anis-
 mal Deo offerri, quotienscumq; illiteratus sacris initiatur,
 fitq; adscripticius militiae religiosae. Dij boni, quot caeca ani-
 malia quotidie Deo dedicantur? quot antistites primarij,
 quot protomystra, quot Episcopi caecutientes sunt, & pror-
 sus talpae, hoc est indocti incultiq;? Lux enim sacerdotis, et
 cultus, doctrina est. Habet hi quidem domos exornatas, opis
 param suppellectile, familiam numerosam, omnia splendētia
 praeter ipsos dominos: qui uitijs decolorati, & labe ignora-
 tionis infecti, sunt tenebrosi, prorsusq; sordescunt. Et cum
 maiestas Episcopalis auro cōparetur, non tam fulgore auri
 splendent, quam plumbi luore pallefcunt. Episcopus au-
 tem cum graeco uocabulo explorator siue speculator signifi-
 ficetur, uidere sane est tales Episcopos dignos tanto nomi-
 ne, dum curiosae explorant et solerter speculantur redditus
 atq; uectigalia episcopatus: qua quidem unica in re meren-
 tur Episcopi nominari, hoc est, exploratores diligentissimi,

& speculatores solertissimi, quos (ut serio loquar, & dicam quod sentio) non tam episcopos quam pseudoepiscopos merito appellaueris. Cum autem ignorantia inter religiosos (hoc maxime seculo) tanquam granæ serpat, & perinde ac pestilentia latè grassetur : tu ab eius contagione longè resiliès, munisti temetipsum alexipharmacæ doctrinæ Christianæ, eloquentiæq; medicamento, quibus nihil potest esse potentius. Et cum aliorum animi in macie, corpora in sagina sint: tua mens adipibus doctrinarum saginata pinguescit: qualis pinguitudo quanto uberior, tanto salubrior. Cæterum cum ex Apostolico præcepto, oporteat Episcopum esse Dei dispensatorem atq; pedisequum eumq; in ecclesia hoc sit episcopus, quod in nauì gubernator, in curru rector, in exercitu dux: tu instar boni patris familias tota Ecclesiæ membra circumspicis, & ne quid luxurandum ruat curiose procuras: ut uerum sit, Qui bona fide Deum colit, eundem & diuina diligenter excolere. Instarq; boni pastoris, eorum quibus præces commodis salutiq; subseruis. Tu ecclesiæ rector, exornator, illustratorq; existis. Et sicuti sacrarum sanctitudinis, ac domiciliū Dei ecclesia dicitur: ita te præside esse cognoscitur. Quæ uerò ad tuum sacerdotium pertinent diuina mysteria, ea tam diligenter, tam sanctè, tam solenniter celebrantur, ut omnia in his maxime casta, solennia, religiosa sint, ut sacerdotes alij ex institutis tuis religionis colendæ formulam mutuentur. Ad hæc, cum hospitalitas (quæ præcipua uirtus est) Episcopum cum primis exornet: domus tua patet illustribus humilibusq; hospitib; indiscriminatim. Pauperes ad te perinde ac in asylum salutis confugiunt, tuisq; erogationibus sustentantur, Et profectò qui beneficus est in egestos,

Deus

Deum promeretur inimò (ut uerius loquar) Deum ipsum
 comptat debitorem. Plautina illa sententia, De mendica
 male meretur, qui ei dat quod edat aut bibat: tibi iure o-
 ptimo ueluti inhospitalis ac detestanda improbat, qui
 probe calles humanitatis officium esse, necessitati hominis
 egentis subuenire. Quantum uerò illud est, quo præconio,
 qua laude memorandum, quòd militibus regijs annonã o-
 mnifariam, calceos, pilea, uestimenta largè suppeditas? qui
 oppositi sunt ueluti obices Turcis coercendis. & sanè decet
 Episcopum orthodoxum nulli impendio parcere, ad cohi-
 bendos hostes Christianæ fidei sempiternos: qui sanguinis
 nostri sitientes, Christianiq; nominis delendi cupiditate fla-
 grantes, faciunt continenter in regionibus Pannonicis in-
 cursiones, omnibusq; uiribus expugnare contendunt pro-
 pugnaculum in confinio Pannoniæ munitissimum, cui Bela-
 grado nomen. Verum illic præsidium regium in prociectu
 semper est, ad illorum impetum retundendum, & ferociã
 suffrenandam. Hi autem bellatores limitanei tuis inuita-
 mentis excitantur, tua largitate fiunt in arma promptissi-
 mi: te opitulatorem, te parentem consono ore appellan-
 tes. inde fit, ut te non minus auxilio pollentem, quàm con-
 silio experiantur. Cum autem summus honos sit, notũ esse
 tantummodo amplissimis principibus: tu apud Max. pon-
 tificem Alexandrum es impetrabilis: tu maximo regum
 regi Mathiæ, (cuius laudes nulla ætas cõitescet: qui Ale-
 xandro magno, Cæsari dictatori, Hannibali Pœno uirtute
 imperatoria est comparandus) tam charus, tam iucundus
 olim fuisti, ut apud maximum regum honoratior fueris,
 quàm apud Scipionem Panætius, apud Alexandrum Ari-
 stander. Nec immeritò. Ille enim maximas compluscular

tue

tuo consilio, auctoritate, prudentia gloriose consecerati
 quamobrem maximis (sicut par erat) te ornamentis orna
 uit, & Archiepiscopatus apice meritissimo condecorauit:
 quem tu tamen ante merueras, quam acciperes. Quippe ui
 ri præcellentes student non tam suscipere sacerdotium,
 quam mereri. Verumenimvero in ætate hominum agenda
 (ut inquit Plautina matrona) uoluptati mæror comes con
 sequitur, & serenitati tempestas est proxima. Deniq; nulla
 tranquillitas potest esse diuturna, nec ulla ferè est tam soli
 da felicitas, quam non fortunæ turbo concutiat: quæ sem
 per uirtuti aduersatrix est, & cõtumax. Cuius spicula acu
 leata cum aliubi, tum in aula principali maxime perforât:
 ubi inuidi calumniatores atq; maleuoli criminatores domi
 nantur, qui in cubiculo regio uiperæ linguas uirulentas ui
 brant in perniciem bonorum: qui felicitatem inuident bea
 tis, doctrinam eruditie: qui inuidentiæ stimulis irritati, uir
 tute præcellentem allatrare non cessant, omni prorsus pe
 stilentia pestilentiores. In hoc maximi Principes (quod cū
 bona illorum uenia dixisse fas sit) identidem peccant: ut ui
 delicet næuo credulitatis infecti, aures nimis patulas præbe
 ant delatoribus, quos (ut sapienter Domitianus dicere sole
 bat) qui non castigat, irritat. Horum itaq; fictæ criminatio
 nes te regi Mathiæ fecere suspectum, te ueluti procellæ tur
 bulentiæ uentos regios (qui tibi spirabant secundissimi) in
 mutarunt, in tantum, ut cymba tua retrorsum acta scopu
 lo illideretur. Tunc fortunæ fulminantis ictu non tam ex
 tinctus quam decoloratus, docuisti, uirtutem afflari posse,
 extingui non posse: cuius cum proprium sit, neq; rebus secū
 dis immodice efferri, neq; aduersis imminuitu sicuti in pro
 speris modestus, ita in aduersis constans, procellam illam
 impetus

impetu uehementiore proficientem patienter pertulisti, uir-
 tutis adminiculo fultus, & conscientia immaculabili subni-
 xus. Qui ad unicum calamitatis leuamentum studia confu-
 gens, id temporis maxime expertus es, literis, sicut foelicia
 bus in rebus sunt maximo ornamento, ita in calamitosis es-
 se maximo solatio, singulariq; perfugio: ex quo uberrimus
 est fructus, iucunditasq; sapienti: Verum cum maximum
 hominis propugnaculum innocentia sit, cumq; uirtus con-
 cuti possit, excindi funditis non queat: tu pristino mox fa-
 stigio restitutus, clarior illustriorq; emersisti: instar solis,
 quem nubecula obumbrauerit: qua mox dissipata, purior, ni-
 tidior, flagrantior emicare consueuit. In praesentiarum in
 maxima es (sicut merito esse debes) existimatione atq; au-
 storitate, apud sacratissimum, & omni cum honore mihi
 nominandum regem Vladislauum: quem religiosissimu,
 sanctissimum, indulgentissimum Regum omnium, sciunt o-
 mnes qui nouerunt: & constans fama, latissima praedica-
 tione circumfert: qui regis uirtutibus quasi compactus atq;
 conglutinatus, duorum regnorum Pannoniae & Boemiae
 habenas sapienter & salubriter moderatur: cui non secus
 ac Traiano alteri, cognomentu Optimi optime congruit.
 Quem mihi in animo est aliquando reuerenter salutare,
 sed non sine munere carthario: sicuti Parthorum regem
 nemo sine munere salutat. Tu apud summates & proceres
 aulicos omnis es amabilis, atq; pro ea (qua plurimum pola-
 les) uirtute es uenerabilis. Te omnes uti parentem colunt,
 regnq; status patronum strenuissimum cum laude suscipi-
 unt. Caeterum cum pulcherrimum sit, ut in uita, ita in stu-
 dijs seueritatem comitatemq; miscere, & ex dissonis faces
 re concentum: tu austeriorem spiritualis doctrinae discipuli

nam misces lenioribus secularis sapiëntie condimentis: post
 spicas ex salubriori messe collectas, racemos uindemia O-
 ratoria suauissimos decerpis, sine cuius suauolentia doctri-
 nae omnes inodoratae, insuaues, iniucundae sunt, & pro-
 fus aspernabiles. Omnes qui istinc ueniunt, multa de tua
 quietate, temperantia, integritate, doctrinae que com-
 memorant, te que praeconio bonitatis extollunt. Quid
 memorem quam probus, quam splendidus, quam incul-
 patus existas in uita interiore atque domestica: ex qua mo-
 res perpenduntur, & interior homo dissipitur? Cumque ex
 moribus ministrorum domini per sepe iudicentur, domus tua
 tota bene instituta: Famulitium, quod pro dignitate co-
 piosum est, ad mores dominicos mere formatum: nihil tur-
 pe dictu factuque in domo tua neque auditur, neque cernitur.
 Quod si qui aliquando improbiore existunt (difficile est
 enim, in maxima familia ad praescriptum cunctos innocen-
 ter degere) eos tu austeriore medicina, seueritateque, non
 tam tetra quam tetrica, ad frugem bonam reuocare con-
 tendis: probiores uero indulgenter amplexaris ac foues. Ita
 ex malis bonos, ex bonis optimos efficiens: id quod in M:
 Antonij Imperatoris laudem plausibiliter proditum est. Et
 cum in familia numerosa plures habeas egregie fideles,
 inter ceteros probissimus est Martinus Atthadinus, quo in
 negocijs dominicis obeundis nihil fidelius, diligentius, uigi-
 lantius noui. Quem tu ex omnibus unum, utpote solertio-
 rem, maxime idoneum delegisti, cui arcana committeres,
 & negocia permagna concederes: quem ad Pontificem
 Maximum nuncium renunciumque impetrabilem es expe-
 tus. Et cum in te abundant uirtutis & bonitatis exempla,
 tu iusti aequique pertinax, religiosaque institutionis seruantis-
 simus,

finus, pensum religiosum, quod quotidianum sacerdos bonus Deo debet. suis horis absolutum incontanter reddis: in tantum dissimilis istis, quibus pro psalterio psalteria est, pro sancto breuiario scortū accubat. Et cum ex Homericā sententia turpe sit uiro primario totam noctem somno consumi: tu somni parcissimus, uigilas de nocte, bonasq; horas bonarum artium studijs impendens, ita uitam producis, prorogasq; uita enim uigilia est. Deniq; agis archiepiscopum sine superstitione religiosum, sine simulationis furore sincerum, sine labe emaculatum, sine iactantia literatū: ut merito unus dici possis irreprehensibilis, quod absoluta uirtutis instar est: idq; in episcopo deposcit Apostolus. Age uero illud uetus uerbum quod ait, similia similibus letari, nonne spectatissimum in te uerissimumq; esse constat? qui cum sis literatissimus, cōuictoribus uti soles literatis, habesq; in prandio & cœna eruditos fabulatores, quorum sermones conuiuales sunt tibi pro pabulo suauissimo. Qua in re mēbercules, Alexandro Imperatori Romano es similimus: qui in conuiuio doctos omnes adhibebat, dicens se literatis fabulis recreari & pasci. Et profectō uiro eruditissimo condimentum suauissimum est, fabulatio literata. Contrā, cum inter se doctis indoctisq; sit naturale dissidium, tu prophasum uulgus odisti, & indoctos eliminas. Bonos omnes inter se (ut inquit Plato) oportet amicos esse, etsi sint minus noti: quorum mores secta q; cōueniunt. Tu Platonici præcepti retinentissimus, bonos omnis (hoc est, literatos) diligis ac foues. Et cum eruditis sit amicitia tua uel maxime cōcupiscenda: tu eruditorum beneuolentiam studiose expetis, muneribusq; concilias. Nullus in Italia, literarum literatorumq; altrice ac parente, est studiorum claritate paulo celebrior.

lebrior, qui non tibi sit glutino amicitiae copulatus. Tu me
 perinde ac in studijs humanitatis neq; postremum, neq; in
 mi subsellij professorem, muneribus prosequutus, tu ad me
 crebris literis dedisti: quo (dij boni) lepore, qua uerbo-
 rum atq; sententiarum amoenitate refertissimas, prorsus ut
 perfectus orator. Tu ad me ueluti ad praecceptorem neque
 moribus, neque doctrina poenitendum, destinasti ne-
 cessarios discipulos, ut doctrinis expolirentur, & dolo-
 torio eloquentiae leuigarentur. inter quos eminent Michael
 Cheserius: quo in puero mirifica indoles uirtutis apparet,
 & ingenij lumen elucescit: qui ad poliendam linguam, &
 capiendum facundiae culum est oppidum quam docilis: haud
 quaquam degenerans a parente Stephano Cheserio, uiro
 clarissimo, qui ob probitatem atq; uirtutem agit istuc Vices
 palatinum, quod nomen est praefecturae in Pannonia hono-
 ratissima, tertiusq; a Rege dignitatis partes gerit. Magnam
 hoc ego duco, quod archiepiscopo maximo, eloquentissimo,
 doctissimoq; nostra, quantulacumq; est, doctrina non sordet.
 Huiusce autem inter nos florantis indies amicitiae concilia-
 tor, & quasi conglutinator fuit discipulus meus Philippus
 Cyulanus, iuuenis apprimè nobilis, & impense doctus: qui
 auro Pannonio merces Latias, hoc est literariam supelle-
 ctilem, qua nil preciosius, comparauit. Et hac politiori eru-
 ditione suffarcinatus, pigmentisq; oratoris bene coloratus,
 in patriam ad suos nuperrimè remeauit. Et sanè me pluri-
 mum iuuat, cum ex gymnasio nostro literatorio scholasti-
 cos conspicio, non solum cismontanos, uerumetiam trans-
 montanos, nobiles complusculos bene literatos prodysse,
 quotidieq; prodire, repurgata linguarum utiligine, omnia
 que deteresa barbarie. Inter quos ad praesens est gemma
 scholasticus

scholasticorum, & illibatus eloquentiæ candidatorum flos,
 Ioannes Vartibergensis Boemus, meus (ut uulgo dicitur)
 compater, quem arctissime diligo: quo amabilius, elegans
 tius, splendidius nihil quicquam reperiri posse contende
 rim. Hic me formatore ac magistro, tam enixe colit elo
 quentiam, tam diligenter indulget Stilo Latiali (qui opti
 mus opimusq; est dicendi artifex) ut ad genitales terras in
 patrium larem sit elegantiis Ualicis haud dubie secum res
 laturus: ut Tullianis ornamenti excultus, possit inter suos non
 solum disertus, uerumetiam eloquens haberi, et doctrinæ
 nitidioris honestamento nobilitari. Ego igitur, ut hæc
 quæ mihi tecum felicibus auspicijs exorta est amicitia, tam
 proba, tam sancta, tam splendida, uulgo innotesceret, fieri
 retq; apud posteros quoq; testator: Commentarios hosce
 Apuleianos tibi nominatim dedicaui, archiepiscopo Petre,
 inter Antistites primarios doctissime, inter doctos religio
 sissime, inter utrosq; clarissime: quod sanè munus neq; mi
 nus preciosum quam aurum, neq; minus fulgens quam ar
 genteum, tibi potissimum uideri debet: qui optime nosti, bo
 na animi tanto bonis extrarijs præstare, quanto animus
 corpori antecellit. Quæ in Lucio nostro salebrosa antehac
 sentiebantur, ea læuigare: quæ obscura, illuminare: quæ tor
 tuosa, corrigere connixus: non pauca quasi aliud agens de
 industria interserui, ad omnifariam interpretationem per
 tinentia, quibus ueluti condimentis nauscosus lassescens
 conuiuæ stomachus reficeretur, & omne quasi fastidium
 abstergeretur. Multa mediisfidius ex secretarijs doctrina
 rum abdita eruere atq; expromere elaboraui, ut pro uiri
 bus iuuarem studiosos linguæ Latialis, prodessemq; poste
 ritati. Spero haud indignos futuros commentarios, qui in

bibliothecam tuam reponantur: quam libris omnigenæ do-
 ctrinæ copiosissimis habes instructissimam, elegantissimamq̃.
 Diu faxini, ut testes sint mei erga te amoris & obseruantia
 sempiternæ, ut nomen tuum meumq̃; uerè tim latissime cir-
 cunferant. Mibi certè in animo est, in reliqua quoq̃; Apule-
 iana uolumina condere annotationes, si hæc tibi non displi-
 cuisse cognouero. Te enim iudicem tanti facio, quanti fieri
 debet doctissimus, maximus, amantissimus censor, & is cu-
 ius nomini peculiariter dicantur. Opto, ut opus hoc musteū
 tibi priuatim missum, tuoq̃; nomini dedicatum, omnibus
 probis legatur. Male literatos nihil moror. Vale decus An-
 tistitum, & colamen eruditorum: meq̃;, prout cœpisti,
 absentem absens dilige: & cum à serijs occupationibus
 fueris feriatas, hæc qualiacunque sunt, translegere non
 spreueris.

VITA L. APVLBII SVM-
 matim relata.

LVcio Apuleio Afro nobili Platonico patria fuit Ma-
 daura, Romani populi colonia olim splendidissima, et
 sub Syphacis ditione collocata, quæ in Numidiæ Getuliæ
 que confinio sita est. Ex quo seminumidam et semigetulum
 semet ipse proficetur: & Madaurensis Platonicus à Sido-
 nio est dictus. Pater nomine Theseus, cunctis in patria ho-
 noribus perficentus: mater nomine Saluia, inter feminas
 probitate præcellens, cuius nobilitas satis clara, utpote à
 Plutarcho illo inelyto Cheronēsi, ac Sexto philosopho Plu-
 tarchi nepote deriuata. Vxor Pudentilla, opulentis uirtuti-
 busq̃;, quæ in feminam cadunt, dotatissima. ipse uerò succu-
 lenta proceritate, oculis cæsis, flauo capillitio speciosus flo-
 ruit Carthagine, sub Loliano Auito & Claudio Maximo
 proconsulibus.

proconsulibus: ubi pueritiam disciplinis liberalibus excoluit, plurimumq; sub doctoribus Carthagenensibus profecit. Vnde haud immeritò sese Carthagenis alumnus gloriabundus prædicat: eamq; Africæ musam cœlestem et magistram uenerabilem appellat. Dein Athenis (unde omnium doctrinarum fluentia antiquitus hauriebantur) bibit Musarum crateras multijugas: Poeticæ cōmenticiam, Geometricæ limpidam, Musicæ dulcem, Dialecticæ austro rulam, uniuersæ uerò philosophiæ nectareâ. nouemq; Musis, hoc est nouem disciplinas ingenuas, magno studio, nec casto sudore percoluit. Mox Romæ studiorum latinorum cultor assiduus & uigilax, ad id facundiæ Romanæ fastigiū peruenit, ut eloquentissimus doctissimusq; iuxta conspiceretur, possetq; meritissimo polyhistor (hoc est, multiscius) nuncupari: ubiq; sacris Osiridis initiatus, in numerum pastophororū, quod sacrosancti erat collegij nomen, cooptatus, patrocinia forensia ex Dei præcepto libens obibat. Hic non minus eloquio pollens, quàm eruditione præpollens, negocium agens posteritatis, non parum multa uolumina condidit, quæ partim iniuria temporum intercepta desiderantur, partim ad posteros transmissa affatim declarant quantū uir ille ingenio doctrinaq; præstiterit, quantūq; inter barbaras atq; incultas nationes uirtus elucescat. Sic et olim apud socordissimos Scythas Anacharsis nat⁹ fertur. Ex Apuleianis monumētis cum alia cōpluscula, tū de cōuiuia lib. quæstionibus, de piscib⁹, de genitu animaliu, et epigrammata, et Hermagoras desiderantur. ex his uerò quæ hoc tempore extant, circūferuntur libelli quatuor Floridorū, in quibus florida faciūdia et odorata eruditio lectorē mirè in modum oblectat, tenet, amcenat: ubi ueluti saltuatim ua

rictas rerum contexta conuifitur. Oratorias omnis uirtue
 tes complectitur copiofiffima & difertiffima oratio, qua
 crimen magice ab aduerfarijs obiectum, à fe alienum effe
 defendit, tantis eloquentie doctriనేq; uiribus, ut femeti-
 pfum uiciffe uideatur. Liber efi unus de Deo fiue demonio
 Socratis infcriptus, cuius testimonium identidem citat di-
 uis Augustinus in diffinitione demonum, & descriptione
 hominum. De dogmate Platonis libri duo, ubi que à Pla-
 tone pluribus uoluminibus difperfim lateq; explicantur,
 ftrictim & in arctum collecta, miro breuiloquio perferri-
 buntur. De cosmographia unus, non pauca cōtinens ex me-
 teorif Aristotelicis. Dialogus Trifmegifti ab eodem latinis
 tate donatus, ita ut non tam eleganter atticiffare, quàm la-
 tialiter difertare uideatur. Cum primis uerò uolumina ii. de
 Afino aureo, tanto lepore, tanta elegantia, tanta florulen-
 te narrationis uarietate condita funt, ut nihil lepidius, flo-
 ridius, amabilius effe quicquam poffit: adeò ut merito Afi-
 nus aureus ob ftilum bracteatum & nitidiffimam pulchri-
 tudinem infcribatur. Quid enim pulchrius hoc Afino, uerè
 aureo, uerè bracteato? Quanquam non pauci funt, qui me-
 tamorphofin (hoc efi transfigurationem, fiue transforma-
 tionem, ex rei argumento) malint appellitare. Ceterum
 cum nitor huiufce Afini plerifq; omnibus non aureus ac ful-
 gens, fed tenebricofus ac pallens uideatur: exiftimauit me
 facturum operaprecium, confulturumq; pro uirili parte
 ftudiofis Apulicane eruditionis, fi commentarios excudiffi-
 fem ea incude, eaq; officina tornatos, ex qua commentarij
 in Propertium, in Suetonium Tranquillum formati, in pu-
 blicum iam pridem prodierunt: Ex qua annotationes, ora-
 tiones, poemata, innumeraq; opuscula fluxere. Itaque non
minis

minus libenter quàm diligenter suscepi hanc commentandi pronunciam, ut meo labore aspredines salebrarum (sæ quæ sunt) in asino Apuleiano leuigarentur, omnisq; notæ eterna caligo immissa luce discuteretur. Spero hæc nostra qualiacunq; sunt annotamenta, minimè futura ingrata, minimeq; pœnitenda candidatis doctrinæ politoris: tibiq; potissimum, qui semper sititor cupitorq; extitisti Apuleiani leporis atq; facundiæ, qui libellos meos in cælum fers, qui nostros etiam nœuos amare consueuisti. Hisce autem commentarijs de industria habenas modò laxiores dedi, modò datus præsi, prout res, locus, tempestiuitas exigere uidebantur. Interdum ex instituto propè peculiari flosculos ex doctriinarum prato decerptos decenter intexui, & more pietorum parerga frequenter adieci, quibus lassescès lector reficeretur. & sanè id genus additamenta, nisi amor instituti operis me fallit, non minus languidum ingenium refovent, quàm stomachum nauseantem subamarâ & subaustera esculentioribus obsonijs immixta reficiunt.

COELII CALCAGNINI FER-
rariensis epigramma.

Exi lucidus undecunq; Luci,
Tersus, frugifer, elegans, rotundus:
Nec graues metuas subisse rhonchos,
Adeptus modò pristinum decorem:
Quem doctus Beroaldus & disertus
Lima restituit seueriore.
Nec solum tibi reddidit priorem
Cultum: at si quid erat parum retrouitum
Consuetudine, dissipulit tenebras,
Et lucem dedit enitentiorem.

Quare sub Studium eruditorum
Exi lucidus undecunq; Luci.

PHILIPPI BEROALDI HEN-
deca syllabon ad Asinum aureum.

I dextro pede, sidere & secundo,
Fœlix Pannoniam petas Aselle.
Te non aspera saxa, non uiarum
Scrupi, flumina, cesspites, lacunæ,
Cluorum salebr osa senticeta
Delassent: iter hoc laboriosum
Transcurras sine claudicatione.
Commentaria nostra, sarcin. usq;
Perfer nauiter, offer. usq; munus
Petro pontifici, pio, eloquenti:
Quo nil doctius, elegantiusq;:
Quo nil sanctius est, benigniusq;:
Is te comiter, obuiosq; gressu
Gratanter capiet: Statim refectum
Vnguento ambrosio, thoro fouebit.
Tunc molli satur educatione
Fies delicium tui patroni,
Gustabisq; rosas, eris torosus,
Splendens, floridus, aureusq; Asellus.
I dextro pede, sidere & secundo
Fœlix Pannoniam petas Aselle.

F I N I S.

LECTORI.

INDICEM RERVM ET VER-
borum in Commentarijs P. Beroaldi ad *Asinum aureum*
præcipuè memorabilium, ad calcem reliquo-
rum Apuleij Opusculorum
reperies.

OCN 52303793

... et alia et dico et plene. ...
... et dico et plene. ...
... et dico et plene. ...
... et dico et plene. ...
... et dico et plene. ...

Hic uero patitur cum habet quod quare
per euacuacionem ut uero manifestum dicitur
ex parte euacuacionem quam in eo erit patitur
quod repleta est per immoderate

Dico et quod habet eorum curdiorum uero non euacuacionem
in eis manifestum et dicitur euacuacionem per et quod
et in eis quam si esset non accit in eis quod uero et repleta
replone supflua.

